2=4=101=

NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
23 — H
33

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

J.III.6.

Digitized by Google

Digitized by Google

Camera = Scanſ. 12. Ord. 4.
n.° 404 =

Digitized by Google

Digitized by Google

PARADOXA
QVADRAGESIMALIA
IN SACRO-SANCTA
EVANGELIA.

IN QVIBVS CELEBRIORES FIDEI,
& morum materiæ reſolutæ continentur.

*CVM SS. PATRVM EXPOSITIONIBVS PIIS ME-
ditationibus, crebris reprehenſionibus, & exemplis,
ex Euangelio collectis.*

AVCTORE R. P. F. HVGONE CARBO-
nello Tectoſago ordinis S. Franciſci Reg. Obſ.
Lectore & Prædicatore Generali
Romæ in Conuentû S. Mariæ
de Ara Cæli edita.



PARISIIS,
Apud IOANNEM PETIT-PAS, via Iacobæa ſub
Scuto Venetiarum.

M. DC. XX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

CHRISTIANISSIMO AVGVSTISSIMO,

ET NOBILISSIMO CArolo Lotaringo Duci *Guyſæ inuictiſſimo, Pari Franciæ integerrimo,* Prouinciæ *Prouinciarum Viceregi, ſancti Spiritus militi torquato glorioſo, Imperatorum, Regum,* Domi*norumq. aliorum orbis ſoboli.* S. D.

ANceps diuque cunctando (Auguſtiſſime Princeps) cui deberem paradoxa noſtra quadrageſimalia conſecrare, tandem aliquando diuino perculſus ſtimulo opera & doctrinam Saluatoris in illis animaduerti:

Miracula patrata, Euangeliumque diſſeminatum in Paleſtina patrimonio Chriſtianorum, quod ſublatum à proceribus ob prauitatem. Verum quia filij hæreditatem paternam recuperare tenentur, maiores tui ex Gallia cũ exercitu magno æquor mediterraneum pie, & legitime transfretantes, arcem Hieroſolymitanã, ſacraq; loca cruore Chriſti purpurata inuaſerunt, Paleſtinam recuperarunt, Turcas & infideles ex regione illa deturbarunt, fugarũt, illic Reges Hieroſolymitani extiterunt, Monaſteria Minoritica quæ adhuc extant conſtruxerunt. Inſignia Chriſtianiſſimæ Lotaringorum familiæ, Guyſianã pietatem, fidem, ſpem, & charitatem portentant. Hoc auſim dicere, niſi fuiſſent Lotaringi & Guyſani, in Europa religio Chriſtiana iacturã maximam paſſa eſſet, vix eſſet qui

ſeChriſtianũ profiteretur. Nũquid progenitor tuus Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanę, Gallicanę, tutor & protector? Quot victorijs caput ſuum laureauit? quot triũphis ſuam proſapiam illuſtrauit? Parentem ſequitur ſua proles, Aquilæ Aquilas progenerant, lilia ex lilijs producũtur. Tu Carole Guyſa Traianum bonitate, Veſpaſianũ prudẽtia, Pertinacẽ & Seuerũ integritate vitę & regimine militari ſuperaſti. Tu Cato, tu Mars, tu Athlas lilia ſuſtinẽs & Eccleſiã protegens. Cohęres Chriſti exiſtens accipe ſacra Paradoxa quadrageſimalia patrimonij Lotaringorũ monumenta, Chriſti geſta & dicta; hæc pedibus celſitudinis tuę proijcio, cum apici laureato, manibuſq; victricibus palmis adornatis apponere puſillitas mea minoritica neget, hoc ſolum cupio ſaliente oculo hęc in-

tuearis, manumque des benigniſſimam repenti atq. demiſſo, vt ad ſublimia perfectionis faſtigia euehatur. Apes ſæpiſſime volatu, & pēnis aquilinis celſa petūt, cæleſtia ſuſpiro dum in te ſpero. Vale & in æuiternas olympiades viue. DATUM ROMÆ in monte Tarpeio & Conuentu S. Mariæ de Ara cæli. 18. Auguſti. 1620.

Tuus in æuum clientulus
FR. HVGO CARBONELLVS.

R.P. F. HVGONI CARBONELLO
Franciſcano obſeruanti Toloſano
Concionatori & lectori
Generali.

EPIGRAMMA.

CVm ſis doctrina clarus, ſis moribus æquis,
Ambiguum an virtus maior, an ingenium:
Diuinum ſane eſt, populo pietate nitere,
Aſt arte egregij quis neget eſſe viri?
Sed quod vtrumque facis, numquid te ſecula dicent
Humanum virum ſydereumque ſimul.
Franciſcus du Agean Pariſinus
Ad eundem Epigramma.
Nonne es honorandus cum ſis quod quæritur actu,
Doctus es, ergo ſophus, ſi ſophus, ergo Deus.
Ingenium ſermone viri iuueniſque ſeniſque
Noſcitur, & mores lingua loquendo notat.
Lingua probat, charta produnt, re conſtat honeſtis
Artibus æternum te meruiſſe decus:
Sic animus nomenque tuum ſuper aſtra volabunt:
Qui volat ad ſuperos is ſine fine viget.
I. Condominus Caſtrenſis Rector Pratenſis.
Ad eundem & librum ſuum Epigramma.
Non decet humanas laudes reſonare deorum
Non æquum eſt vatem lædere cælicolas.
Hoc ſolum dicam, ſi laus produceret annos,
Secula multa tibi carmina noſtra darent.
Ergone tam paruus liber hic, tam multa recludit?
Ipſe licet paruus, maximus ergo liber:
Ioſephus Boſquetus Toloſas.

ABACVS
PARADOXORVM QVADRAGESIMALIVM.

Feria. 4. Cinerum: *ſalubrius eſt homini ieiunare quam comedere.* *fol.* 1.

Feria. 5. *Cinerum*: *bellum Pace præſtat. fol.* 17

Feria. 6. *Cinerum*: *meliores hoſtes Amicis. fol.* 37

Sabbatho. *Cinerum*: *Nox eſt die vtilior. fol.* 63

Dominica *prima quadrageſimæ*: *Deſertum tranquillius eſt ciuitate. fol.* 86

Feria. 2. *poſt dominicam.* 1 *quadrageſimæ*: *Præſcinit* Deus *ab æterno ſaluandos & damnandos.* 106

Feria. 3. *poſt dom.* 1. *quadrageſimæ. Sicut Deus in templo adorandus, ſic & orandus.* 126

Feria 4. *poſt dom.* 1. *quadrageſimæ*: *cer-*

tum eſt Salomonem eſſe ſaluum. 149

Feria. 5. *poſt dom.* 1. *quadrageſimæ*: Fœmi*næ præſtant viris. fol.* 169

Feria. 6. *poſt dom.* 1. *quadrageſimæ : melior eſt morbus ſanitate. fol.* 193

Sabbatho *poſt Dom.* 1. *quadrageſimæ : Paradiſus terreſtris eſt. fol.* 214

Dominica. 2. *quadrageſimæ: Animæ defũctorum apparere poſſunt. fol.* 236

Feria. 2. *poſt. Dom.* 2. *quadrag. Peccatum in ſpiritum ſanctum irremiſſibile. fol.* 259

Feria. 3. *poſt Dom.* 2. *quadrag. nec patrem, nec magiſtrum ſuper terrã vocare licet, vltra Chriſtum Dominum. fol.* 280

Feria. 4. *doſt. Dom.* 2. *quadrag.* Homo *rationalis neſcit quid petat. fol.* 299

Feria. 5. *poſt Dom.* 2. *quadrag. Melior eſt paupertas diuitijs. fol.* 321

Feria. 6. *poſt Dom.* 2. *quadrag. Vinea eſt plantata à Noe. non autem creata à* Deo. *fol.* 341

Sabbatho *poſt Dom.* 2. *quad. Fames vtilior abundantia fol.* 361

Dominica. 3. *quadrag. ſalubrius corporaliter vexari à* D*æmone quã fœdari labe mortali in anima. fol.* 380

Feria. 2. *poſt Dom.* 3. *quadrag. Propheta in patria & extra patriam honorandus, etſi*

non omnes ſancti ſint 400

Feria. 3. *poſt Dom.3.quadrag. Qui Eccleſiam Romanam non audit, eſt ſicut ethnicus & publicanus. fol.* 420

Feria 4. *poſt dom. 3. quadrag. Æqualis authoritatis ſũt ſactæ Romanæ Eccleſiæ traditiones, ſacræ ſcripturæ* Bibliæ, *quam integram nuſquam habebit Eccleſia. fol.* 441

Feria. 5. *poſt Dom. 3. quadrageſ. Sacerdotibus vxores habere non licet. fol.* 462

Feria 6. *poſt Dom.3. quadrag. Sicut monogamia, ita polygamia in Eccleſia Dei cauetur. fol.* 483

Sabbatho *poſt* Dom.3.*quadrag. quos Deus coniunxit homo ſeparare non poteſt, & coniunctis adulterium cautum. fol.* 503

Dominica. 4. *quadrag. corpus Chriſti ſicut eſt in cælo vnũ numero, ſic eſt in Sacramẽto Euchariſtiæ ſacratiſſimo tot in locis vbi cõſecratur multiplicatũ vnũ numero fol.* 522

Feria 2. *poſt. Dom.4. quadrag. Chriſtus fune cinctus verus chordiger chordam ſanctificauit. fol.* 541

Feria 3. *poſt. Dom.4. quadrag. ignorantia nobilior ſciẽtia, & poteſt vir fieri doctus ſine ſtudio & profeſſore. fol.* 562

Feria 4. *poſt Dom. 4. quadrag. cæcitas præferenda viſui. fol.* 582

Feria. 5. *poſt* Dom. 4. *quadrag. meliùs eſt mori quam viuere. fol.* 600

Feria. 6. *poſt* Dom. 4. *quadrag. Extaſis ita naturalis vt ſopor, quies & ſomnus fol.* 618

Sabbatho *poſt* Dom. 4. *quadrag.* Deus *nominari non poteſt. fol.* 636

Dominica *paſsionis.* N*ullus malus poteſt veritatem cognoſcere. fol.* 655

Feria 2. *poſt.* Dom. *paſſ. nomẽ miniſtri in ſacris litationibus Eccleſiaſticis carnificem ſignat. fol.* 674

Feria. 3. *poſt.* Dom. *paſſ. fœlix fuga & exilium fol.* 694

Feria 4. *poſt Dom. paſſ.* Dies *dominicus non eſt à* Chriſto *inſtitutus, Ab Eccleſia ordinatus ſeruandus eſt. fol.* 613

Feria 5. *poſt* Dom. *paſſ.* M*agdalena fuit peccatrix, ſed non meretrix. fol,* 733

Fer. 6. *poſt.* Dom. *paſſ. nil agitur ſine cõſilio.* 753

Sabbatho *poſt.* Dom. *paſſ. hæreſis est cãtum ab Eccleſia* Dei *amouere velle. fol.* 772

Dominica *palmarum: Ieſus* Chriſtus *Iudæorum Rex pacificus fuit. fol.* 792
Luctus paſſ. domini noſtri Ieſu Chriſti. *fol.* 810 *In* die *ſancto Paſchæ: ſurrexit non est hic. fol.* 850 Feria 2. *Paſchæ.* P*eregrinatio stabilitate melior. fol.* 869 Feria. 3. P*aſchæ: Melius est dare quam accipere fol.* 897

RESCRIPTVM EX PROPRIO originali permiſſionis.

FRater Ioannes Venido totius familiæ ciſmontanæ ordinis ſancti Franciſci regularis obſeruantiæ Cõmiſſarius Generalis & ſeruus, necnon Generalis Cõmiſſarius Indiarum, dilecto nobis in Chriſto ac reuerendo admodũ P. F. Hugoni Carbonello lectori & prædicatori generali noſtræ Prouinciæ Aquitaniç antiquioris ſalutem in Domino ſempiternã. Cum nuper nobis relatum ſit te quædam & diuerſa opera ad Theologorum & prędicatorum, necnon ad iuuandam Rempublicã Chriſtianam ſummis vigilijs & laboribus conſcripſiſſe, cumq. obnixe à nobis petieris vt tibi liceret illa typis mandare, eã ob rem opera ipſa vt de te & de tua eruditione iam concepimus, maximæ frugis ſtudioſis & ſpiritualibus viris fore rati, cũ benedictione paterna atq. ad ſalutaris obedientiæ meritum tibi liberam impartimur facultatẽ præfatos libros excudendi, atq. omnia quæ ad hæc opera imprimenda ſpectant libere exequẽdi, nemine nobis inferiori impedimentum ponente, præmiſſis autẽ & ſeruatis ſeruandis quæ ſacrum Concilium Tridentinũ & pragmaticæ Regni Galliarum, ſeu cuiuſcumq. regni & prouinciæ vbi prælo mandentur circa impreſſionem librorum diſponunt. Poteris inſuper pro impreſſione & expeditione librorum intra prædictũ regnum Galliarũ ſeu Venetiarum ad omnia loca profi-

ciſci quæ magis commoda videantur. Vale in Domino eundem pro nobis oraturus. Datum Matriti die decima quinta Februarij anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo nono.

Fr. Ioannes Venido Commiſſarius Generalis.

APPROBATIO.

EGo infra ſcriptus ſacræ Theologiæ profeſſor Prouinciæ Conceptionis natione Hiſpanus, Frãciſcanus obſeruãs, ſacræ Theologiæ profeſſor, de familia cõuẽtus ſãcti Petri in monte aureo Prouinciæ & vrbis Romæ, legi Paradoxa quadrageſimalia R. P. Hugonis Carbonelli eiuſdem inſtituti Lectoris & prædicatoris Generalis, Toloſani, Occitani Aquitaniæ prouinciæ, in quibus nil contra fidem & bones mores offendi, eaque prælo mandanda iudicaui. Datum in præfato Cœnobio Kalẽdis Septembris. 1616.

F. Ioannes à Carthagena.

APPROBATIO.

NOs infra ſcripti Doctores facultatis pariſienſis Paradoxa quadrageſimalia R. P. Fratris Hugonis Carbonelli minoritæ obſeruantis lectoris & Prædicatoris Generalis Toloſani Occitani Prouinciæ Aquitaniæ vidimus, legimus, nihilq; in eis quod fidei & moribus aduerſetur offendimus, hinc prælo mã-

danda iudicauimus. Datum Caturci 7. Octo-
bris. 1619

Anthonius Carbonellus Archidiaconus.
Claſſon decanus Montiſpenſati.

APPROBATIO.

TEnore præſentiũ notum erit me Doctoré Facultatis Pariſiẽſis paradoxa quadrageſimalia R.P.F. Hugonis Carbonelli Frãciſcani obſeruantis & lectoris generalis legiſſe, quæ vtilia excudẽda iudicaui. Datum in palatio noſtro de Mazeretis 20. Auguſti. 1619.

F. Petrus E. Mirapiſcenſis.

APPROBATIO.

PAradoxa quadrageſimalia R. P. Hugonis Carbonelli legi, vidi, & prælo danda iudicaui. Datum in maiori conuentu regularis obſeruantiæ Toloſæ 6. octobris. 1619.

F. I. Carriere gardianus.

Extraict du priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Iean Petit-Pas, Marchant Libraire & Imprimeur en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé: *Paradoxa quadrageſimalia A. R. P. F. Hugone Carbonello Tectoſago Tolozati minorita obſeruanti Lectore & Prædicatore generali Prouinciæ Sancti Ludouici nuper Antipolinato Gardiano Romæ in Conuentu S. Mariæ de Ara Cæli edita.* Et faiſant deffēſes tres expreſses à tous Libraires & Imprimeurs, ou autres de nos ſuiects, de quelque qualité ou condition qu'ils ſoiēt, d'imprimer ou faire imprimer ledit Liure, le vendre, debiter, ny diſtribuer par noſtre Royaume, durāt le tēps de dix ans, ſur peine aux cōtreuenās de mille liures tournois d'amēde applicable moictié à nous, & l'autre moictié audit ſuppliant, cōfiſcation d'iceux deſpens, dōmages & interests, comme plus appert és lettres de priuilege. Donné à Paris ce 29. iour de Ianuier 1620. & de noſtre regne l'vnzieſme.

De par le Roy en ſon Conſeil.

DE FIEVBET.

Digitized by Google

PARADOXA
QVADRAGESIMALIA.

FERIA QVARTA Cinerum:

Salubrius eſt homini ieiunare quam comedere.

LERNA vniuerſorum ſcelerum gula fores totius impietatis pandit, & inferorum aditus reſerat, hinc D. Gregorius de ſacrilegijs Nabuzardam ſuper 4. Reg.cap. 25. ita loquitur. Nabuchodonoſor Rex Nabuzardam turmarum ſuarum ducem immaniſſimum ad obſidendam, capiendam, & deuaſtandam Hieruſalem deſtinauit : hoc Deo permittente expleuit: Nabuzardam princeps coquorum explicatur, quo caſtrimargia ac inordinatus

D.Greg.in 4.Reg. 2 Nabuz.

Digitized by Google

vorax comedendi pergræcandiq. luxus indicatur: illius ſiquidem appetitus extra ſepta culinæ nuſquam ſpatiabatur: tale intemperantiæ facinus Hieruſalem deſtruit, animam laniat, & omni vitio conſpurcat, inde ſalubrius eſt homini ieiunare quam comedere.

Aue Maria.

IEiunium eſſe ex prçcepto, & iure diuino litteræ ſacræ tum veteris, tum noui teſtamenti probant, illudque prçdicaſſe tum Prophetas, tum etiam Apoſtolos ac primores patres. Et certe miror quod Iouinianus Vualdēſes, Vuiclef, Lutherani, qui ſe Chriſtianos iactant, Scripturaſque ſacras recipiunt, dicant in ieiunio nihil eſſe meriti: Id docere non poſſunt niſi voluptatum amatores, qui docent illa quæ propria libido dictat.

Iouinianus Vualdenſes Vuiclef.

Si enim virtutes amandæ ſunt, & illarum æmuli meritum conſequuntur, habebit neceſſario meritum aliquod Ieiunium, cum virtus ſit & pars temperantię. Nam cum gula ſit vitium quod in nimio cibo, aut potu cōmittitur, fieri nequit

vt ieiunium,quo cibo & potui parcimus, virtus non ſit, & ſi ieiunium eſt actus ſtudioſus propter Deum factus, qui fit vt illi non reddatur, ſicut & cuilibet bono operi merces aliqua?

Ieiunium non ſolum eſt virtus, ſed fouet virtutes, & viam parat apertiſſimam ad illas, quapropter oportet vt præmiũ illi reſpondeat, quemadmodum alijs virtutibus quibus cõſentit. Cum enim Paulus dicat eos qui male agentibus præſtolantur, dignos eſſe vltione, cur non etiam digni erunt præmio qui bene agentibus patrocinantur? Nunquid Deus largior erit in punitione quam in præmio? Abſit. Oportet ergo vt ieiunium donetur præmio, quemadmodum donatur virtus cui iter pandit. Parat namque ieiunium Caſtitati ſemitam, quæ maxima virtus eſt, quod ſi gula inardeſcit luxuria, operæ pretium eſt vt parſimonia caſtitas augeatur, quoniam oppoſitarum cauſarum oppoſiti ſunt effectus.

Quid peccare fecit Sodomam niſi ſaturitas panis? Venter mero ęſtuans facile deſpumat in libidinem. Si ergo panem ſubſtraxeris, & vinum, peccato viam pręcludis, quoniam iuxta vulgi & vatis di-

ctum, ſine Cerere & Baccho friget Venus.

Ioel.cap.1. & 2. Vnde Ioel Propheta cap.1.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum.

Et cap.2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu &c.*

Cum igitur altiſſimus iubet nos cõuerti ad eum per ieiunium, conſtat ieiunium eſſe præcepti diuini, Deoque placere ac gratum eſſe. *Bona eſt oratio cum ieiunio & Eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere.*

Quod Tobias vult effectum precum exprimens ieiunio & largitione.

Clem Ale. Famoſi intemperantis ſpecimen D. Clemens Alexandrinus ante noſtràm oculorum aciem ſuggerit lib.12. pædagog. cap. 1. qui animum in aluo defodit, piſci qui Aſelus dicitur ſimilis, qui ingluuiei indulget, cor & omnem affectum in cibo & potu collocãs poſt ſtomachum inhiãs, *Piſcis Aſel.* piſci Aſelo aſſimilatur. Refert Athenęus, *Athen. Rondel.* & poſt hũc Rondeletus, vterque ſectator Ariſtotelis, piſcem hunc cor in medijs viſceribus geſtare: Et quid proximius inordinatam mortalium gulam exprimendã notat? dicente Apoſtolo Philip. 3. *Quorum Deus venter eſt.*

Numen guloſi aluus eſt. Verum ſi pro-

bus fidelis Chriſti Athleta apud Deum cor & animum conſtituit, ita dilatatus incraſſatus epulo in vētre recōdit poſt cibū & potū ſua ſomnia perpetuo rotans, viſceribus eſculenta cibaria indies ardētiſſime excogitans.

Venenum ſuum aduerſus homines voluptuoſos gula iaculat, ad Epicuri vireta illos trahēs, vt opipare veſci eos doceat, in huiuſmodi delitijs felicitatem conſtituere, ſicq. iuxta Sapientis dictum illos hortatur Sap. 2. *Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ ad comedēdum cor noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer: & tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur quæ fugata eſt radiis ſolis, & à calore illius aggrauata, & noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri, qui conſignata eſt & nemo reuertitur: Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquā* Sap. 2.

in iuuentute celeriter: Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.

Talia ſunt & ſimilia malorum irritamenta, ſeu impulſus inauſpicati. Verum ſi huiuſmodi ſibila nihil poſt huius vitæ tranſitum ſurpereſſe ſuadere valerent, validioribus argumentis ad inſectandam

Aug. Epicuri diſciplinam non eſſet opus. Si enim anima (ex Aug. 5. conf. c. vlt.) non eſt mortis expers, & cum carne extinguitur, Epicuri diſcipulum ingenuè me fateor, & primas inter Philoſophos illi adſcribo, quod de ſummo bono prę cæteris melius & acutius tractauerit.

Eruamus pupillas viſiles, ſicut Philiſtęi

Samſon. Samſonem excæcarunt, vt contrarium non pateat: qui animę rationalis immortalitatem reijcit, ſolem & lucem eius ab orbe detrudere nititur, ab igne calorem amouet, & in niue candorem negat: illius talis, & tanta immenſitas vix aliunde quam ab ipſius pulſu ac motu probatur: non concutitur ab alio, ſed corporis greſſus & motus efficit: anima diſcurſu intellectus omnia elementa, ſphæras ce-

leſtes, planetas ac ſydera ſingula percurrit; immo de Deo & Angelis diſſerit & poſt rationalia ſeu intelligibilia ſpatiatur, vnde illius immortalitas irrefragabiliter deducitur affectib⁹ cōtinuiſ orbes trāſcēdit ſupremos, qui non inanes dum naturales exiſtunt: ſenſuum abſtractionibus & alienationibus immortalis probatur, quibus extra ſe rapitur, ſoporatur, in extaſim trahitur, & quaſi extra corpus euolans corpori contubernium aufert, vt ſe abſque illo viuere poſſe demonſtret, ſicut in alijs occaſionibus in quibus dignam diuinitatis imaginem portentat.

In Lyceo, academia, & portico Stoicorum, ſed melius & accuratius in Gymnaſijs filij Dei talis immortalitas oſtenditur probatur, fulcitur. Aduerſariorum nugæ, paralogiſmi, ac falſa dogmata ſolo proſtrantur, euelluntur, deſtruuntur. Sanctum immortalitatis deſiderium petulantiam carnis eruditione & pietate cohibeat neceſſe eſt. Temperandæ auſteræ corporales exercitationes ne acumen ſpiritus eliminetur, quod nimijs & imprudentibus corporis parſimonijs omnino deficeret.

Amœnum odoriferumq. paradiſum

plus quam par ſit irriga: & flores violæ, lilia, hyacinthi ſtatim areſcent, quod ſi non indies irrigaueris, humore exſiccato naturaliter marceſcunt. Ita facile monſtra defectu quam ſuperabundantia materiæ procreantur. Extrema in moralibus actionibus perpetuo vitioſa, quia virtutis cancellos & prudentiæ regulas tranſgrediuntur. Nequaquam venter de homine ſic bene meritus, quod debeat aera auibus, aquas & maria piſcibus, terram brutis expurgare, deuaſtare, vt huic idolo venata, ſeu piſcata liter, victimet. Nec talis arcetur ingluuies horrore metẽpſychoſis Pythagoricæ quæ animas hominum in corpora beſtiarum migrare ſuſtinet, qui huic Æthnæ inextinguibili, Gehennæ inexplebili & gulfuri inſatiabili ſatisfacere audent Belidis aſſimilantur, qui ſua dolia pertuſa implere nequeunt, hocque ſupplicio torquentur æterno.

Metempſychoſis.

Belides.

Porro quid melius, aut eſſe beſtiam, aut belluinos mores inſectari? Edepol fantaſiandum non eſt Carminibus Cyrces, philtris, & potionibus amatorijs Vlyſſis contubernales in ſues, canes aut lupos vllatenus transformatos, ſed Vates inge-

Cyrce.

nioſus ſingulari atq; ſubtili dexteritate nomina brutorum affectat animalibus hominibus; quia ſuis paſſionibus à belluis non multum diſtare videntur. Nunquid deterius beſtiales ritus imitari, quã ſpeciem & non mores beſtiales habere? connatæ nobis imperfectiones cenſuram non patiuntur, ex meris naturalibus nec meremur nec demeremur, ſed hæ quæ à natura corrupta erumpunt, vitioſam originem ſortiuntur propterea inexcuſaſabiles, irremiſſibiles à praua noſtra electione manantes.

Quonam pacto effrenatus, ſuis paſſionibus illectus petulantiæ carnalis clientulus veniã merebitur, qui poſt carnales appetitus inhians ſponte viſcera replet vt pereat? Si Nauclerus in proprio ſenſu abundans ſupra modum nauem ſuam onerat, de quo conqueretur ſi naufragium fecerit? hodie bruta homines antecellunt rimulas naturæ nuſquam excedentia, ſupra captum & ſaturitatem nullibi veſcuntur. Talis immoderata ſatietas Sardanapolos, Heliogabaloſque redolet! ô prodigia! ô monſtra! fluctus tranquillum maris interturbant, torrẽtes meſſes deuaſtant, nubes ſolem obnu-

Nubes. bilant, exceſſus diſſoluti animos agitant, ſicq; alterant vt virtutes deglutiant, lumenque intellectus ſuffocent. Cyclopes *Cyclopes.* vino abſorpti oculo monoculi orbentur,quo dirigebantur & illuminabantur: & vt vnico verbo paucis conſtringam, infamis gula, ſecunda ſeu noua Africa *Africa,* prodigioſis vitiorum nouitatibus ſcatet, portentis abundat, atque redundat.

Sanctificate Ieiunium, Vocate cœtum.

Quam efficax ſit Ieiunium ad placandam iram Dei,aut aliquid ab eo impetrandum *Reg 7.* varia ſcripturæ exempla docent 1. reg. 7. admonēte Samuele: *Gongregate vniuerſum Iſraël in Maſphat vt orem pro vobis dominum &c.illic tunc domus domini & arca fœderis. Et Ieiunarunt in die illa atque dixerunt: Tibi peccauimus Domine.* Sic iram Dei *Achab.3. Reg.21.* placarunt, & inimicos Philiſtæos occiderunt,vicerunt. Achab Rex. 3. Reg.21. *Naboth.* cum occidiſſet Naboth, & audiſſet terribilem Helię Prophetæ comminationem, ſcidit veſtimenta ſua & operuit cilicio carnem ſuam;ieiunauit & ambulauit demiſſo capite, dormiuitque in ſacco ! & impetrauit à domino malorum ſibi denunciatorum ceſſationem vſque in dies regni filij ſui. Valde ſalubre remedium ad

curandas ægritudines ieiunium:nam ſicut primi medicorum Aphoriſmi dietam præſcribunt : ſic primum auxilium febre tentationis ęſtuantibus abſtinentia dicitur:vnde ieiunium inter opera pœnitentiæ primo collocatur. Hoc eſt ſummi Hypocratis Dei optimi maximi ſecretum ſaluberrimum: Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio.* De nemore fames lupum eijcit, & abſtinentia ſeu ieiunium dæmonem ab homine fugat, vnde Marci. 9. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio & oratione.* nam ſicut oratio manumittit peſtes cordis, ſic Ieiunium epidimiam corporis, teſte Auguſtino: huius rei typus eſt Iudith quæ ieiunans Holopherni caput trucidauit. Iudith. 13. & 9. *Simile.* *Ioel.2.* *Simile.* *Marc.9.* *Simile.* *Aug.* *Iudit.13.9*

Ieiunium inſuper valde certum ſtratagema eſt ad caſtrum arcendum vrgendum, & expugnandum: ſicut enim non inueniuntur ita fortes arces quæ ſi victualia eis ſubſtrahi poſſint non expugnentur; pari ratione non eſt ſpiritui caro ita rebellis quin cibaria amouendo à ſpiritu & quotidianis pietatis exercitijs non conſternetur: caro ſiquidem noſtra propugnaculum ſatanæ *Simile.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

quæ perpetuo aduerſus ſpiritum militat:
Luc.11. de hoc caſtro dicitur Luc. 11. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum*: Atrium cacodæmonis immundum ac conſpurcatum corpus, in quo omnia ſopita tranquilla, quieta, otioſa: Turris elationis, foſſa philargyriæ, cautes ęmulationis, habens pro muro defenſionem culpæ propriç, portas conuerſationis indiſciplinatæ, pacem ſceleſtiſſimam intrinſecus delectationis immundæ, ſed quibuſcunque armetur liuoribus, ieiunio & ciborum penuria expugnatur.

Math.6. Chriſtus in ſacro codice ieiunium commendat: Math. 6. merces Apud patrem promittitur ei, qui vere ieiunat non
Luc. 2. vt Phariſæi. Luc. 2. commendatur vidua illa quæ non diſcedebat de tēplo ieiunijs & orationibus vacans die nocteque, &c.
2. Cor. 6. Apoſtolus 2. Cor. 6. inquit: *Exhibeamus*
Heſter. 4. *nos ſicut dei miniſtrōs in vigilijs & ieiunijs*. Si Heſter hoc potuit, quatenus indiceret ieiunium Iudæis tribus diebus & noctibus
Iona. 3. 4 cap. atque Rex Niniuitarum tum hominibus cum iumentis, Ionæ. 3. valentiori igitur titulo Eccleſia illiuſque præſides ob certas cauſas, facultatem habent conſtituendi certis diebus ieiunia

& orationes, cum non minori fulgeant ditione.

Quoniam ergo totus hominum feruor aruit, & corporis inſania nimium laſciuit, Eccleſia diuino flamine icta ieiunij & abſtinentiæ tẽpus diſcreuit, vt caſtigato domitoque corpore, peccata eluantur, & ira dei placetur,

Tres pueri ieiunio flammas mitigarũt; Daniel ora leonum obſerauit cap. 10. ieiunio Helias abundantiam & egeſtatem impetrauit, & ieiunus in monte Oreb Deum alloquitur. 3. reg. 17. 1. reg. 19. *Daniel. 3. 10.* *3. Reg. 17.* *1. Reg. 19.*

Ad nouum teſtamentum deflectamus: ieiunia Annę prophetiſſę Phannelis apud Lucã cap. 2. cõmendantur. Ægritudines à iuſtis ieiunio & oratione mirifice ſanãtur, Math. 17. Marc. 9. apertiſſimum ieiunij meritum à patre cœleſti remuneratum. *Anna.* *Luc. 2.* *Math. 17.* *Marc. 9.* *1. Timoth. 4.*

Obijciẽt hęretici illud Pauli 1. Timoth. 4, Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt, vitę promiſſionem habens quæ nunc eſt, & futurę. Cui obiectioni reſpondebimus, illum Pauli locum noſtrę ſentẽtiæ minime aduerſari, duplici fundamento. Primo quia ieiunium non proprie dici-

tur corporea exercitatio, neque de hoc Paulus loquitur teſte Theophylacto, qui ait: *Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen ſecus ſe habet, ſiquidem ſpiritualis ſit: nam etſi corpus per inediam maceratur, ſpiritus tamen eſt vigilantior: ſed corporalis exercitatio corporis eſt agitatio quædam, quæ cum laboris plurimum habeat, parum tamen & ad breue corpori ſit profutura.* Hoc in loco Paulus non abſolute negat corporalē exercitationē eſſe vtilem, ſed illam dicit ad modicum eſſe vtilem ſi non habet pietatem ſibi coniunctam, & hoc ex præcedentibus conuincitur. Diuus Ambroſius clarius dilucidat: *Exercitiū autem corporale ad modicū vtile decet. Ieiunare enim & abſtinere à cibis manente authoritate creatoris non multum prodeſt niſi addatur huic pietas: & infra; Corporis autem exercitium, nihil aliud quam carnis frena ſunt.*

Theophylactus. *D. Amb.* *Rom.*

Abeant Epicurei ſenſuales ieiuniorum hoſtes: caueant ſibi & animaduertant ne cælum illis præcludatur Concilij Gōgrēſis, Telenſis, Tridentini & aliorum Cenſuris, ſequantur Apoſtolum Paulum qui in ieiunio operuit animam ſuam.

Concilia.

Athleta Polychronius vndique reco-

Polycronius.

lendus ieiunijs & parſimonijs vires ſuas adipiſcebatur:

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc tempus ſalutis, amplectimini ieiunium quadrageſimale, parcite gulę, ventri ſubſtracta pauperibus famelicis erogate.

Ponite cineres ſuper caput ſanguiſugę ſtatim emittet ſanguinem: ponite cineres ſuper ceruicem veſtram, ſtatim& ex templo euometis peccati malitiam. Apud Ægyptios conſuetudo viguit vt cum aliquis è viuis excedens efflauerat animam, prȩcordia, viſcera & ſtomachus eruebantur, ſoli expoſita ſpargebantur, quod fuiſſent mortui hominis malorum omnium ſtimuli. Ardentes diaboli ſagittę ieiuniorum & vigiliarum frigore ſunt reſtringendę.

Sanguiſuga. *Simile.*

Gula ieiunio caſtigatur: cur triſte quod ſalutare? docuit Ieſus aduerſus duriora dęmonia ieiunijs prȩliandum: quid enim mirum ſi eadem operatione ſpiritus iniquus educitur quo ſanctus inducitur? auguſtus Cęſar minimi cibi erat atque vulgaris, cæpe, ſecundarium panem piſciculos paucos: non vult viuere Socrates vt

Aug. Cæſar. *Socrates.*

Galenus. veſcatur, ſed veſci vt viuat. Ferunt Galenum decimæ diei abſtinentiam loco medicinæ indixiſſe: ſatius ergo nobis *ieiunare quam ingurgitari.*

Oratio.

DOmine Deus omnipotẽs, qui Moyſẽ in monte Synai, Heliam in Oreb, & plæroſq. famulos tuos ſine eſcis in ieiunio mirabiliter conſeruaſti, ſcimus hominem non ex ſolo pane viuere, ſed ex omni verbo tuo, da nobis vires ieiunium quadrageſimæ futuræ omni cum pietate ferendi, vt caro ſpiritui obediens penes te ſit, penes te viuat, tandemq. in cælis pane Angelorum ſatiari valeamus. Amen.

FERIA QVINTA CINERVM.

Bellum pace præſtat.

INſtitutum ab altiſſimo fore gladium in vltionem impiorum & tutelam proborum, non eſt qui neget, dicente Apoſtolo Rom. 13. *Rom 13.*
& 1. Pet. 3. Ideo & bellum licitum vt pax *Pet. 3.*
vigeat, quid enim bellum niſi malum & iniuſtitiã cohibere, frenare, corrigere? Ideò bellum admittitur vt quietius pax habeatur, & obedientia reddatur: iure diuino gladij vſus inſtitutus, necnon & bellum, & ea quæ belli curſus exigit ac continet: omnipotens templorum & bellorum numẽ militibus auxilium, præſidium & gratiam crebro cõtulit: Duces milites vtriuſq. paginæ vndiq. celebrã- *Bellum.*
tur: *Cum introiſſet Ieſus Capharnaum acceſsit ad eum centurio.* Math. 8. *Math. 8.*

Aue Maria.

MIrabitur aliquis pacis alumnum, mauortia deſcribere, atq. ſedata bile tueri: verũ ſi quis ſcopum noſtrum inſpexerit bellum pace præſtare fateri non dedignabitur: irrefragabilibus rationibus cõprobatum exemplo facile amplexabitur. Dum viget optata pax diſciplina militaris anteuertitur, quæ pro cõquerẽdis, augẽdis & cõſeruãdis imperiis, regnis, prouincijs & rerum publicarum propagatione maxime neceſſaria dijudicatur armis Maratõ, Salaminæ Termophiles, Plates, & aliæ arces ampliſſimæ redditæ; Horatius Cocles bello immortalis efficitur, ſicut duo Decij ſemidei habiti: A ſtrenua pugna duo Scipiones ab Hiſtoriographis magnifice cõmendantur: oratorum Encomia pro Marco Marcello, purpuratorum togatorum laudes antecellunt: centurionis fiduciam Chriſtus in Euangelio intra ſepta Capharnaum benigniſſime celebrauit: *Cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum centurio.*

Maraton. Horatius Cocles Decii. Sciꝑiones.

Triplicẽ cõperimus in Scriptura ſacra cõmendatum Centurionem: vnũ prædi-

cãte Chriſto in terris qui hodiernus habetur.2. moriente Chriſto in tormentis Math. 27.3. regnante Chriſto in cælis Act. 10. Primus ædificauit ſynagogam materialem. 2. Eccleſiã militantẽ. 3. declarat Eccleſiã triumphãtẽ. 1. Chriſti poteſtatem confitetur. 2. Chriſti diuinitatem. 3. implorat ſuam bonitatem. 1. eſt in Capharnaum quod interpretatur ager pinguedinis, vel cõſolationis villa. 2. eſt in ciuitate Hieruſ. quã exire cogitur, vt veniat ad cãpũ certaminis, ideſt mortis Chriſti, vbi illum cõfeſſus eſt: Vere filius Dei erat iſte. 3. ſtat in Cæſarea, quod interpretatur pulchra, & pulchritudo, & iſte hoſpitalitatem chriſtianis ſæpiſſime impendit, & maxime Petro. *Centuriones.* *Math. 27.* *Act. 10.* *Capharn.* *Hieruſalẽ.*

Centurio centum militibus præerat à Romanis ad cuſtodiam prouinciæ cõſtitutus, quia Iudæa illis tributaria rebellare ſolebat: *Acceſſit ad Ieſum Centurio.* reuera magis acceſſit ad Chriſtũ quã Iudæi, quia plus credidit quã ſeniores miſſi: licet alienigena generatione, tamen domeſticus corde: licet militũ princeps, tamen Apoſtolorum in fide conſors. Acclamitent nũc in prælia blaterantes. *Centurio.* *Aug.*

Multa fides pietaſq. viris qui caſtra ſequũtur.

Vniuerſa pene orbis ærea marmorea, lignea, aurea, & argentea ſimulachra occreata, loricata, armata, militaribus veſtibus inſignita. Ciuibus olim apud veteres panni viles pro indumentis cōcedebantur, nec purpura adornari præſumebant donec binos patriæ infenſiſſimos hoſtes ſuperaſſent, necaſſent.

Carthaginenſes.

Carthaginenſes tot agnos largiebantur ſuis militibus, quot vicibus in prælio aduerſus patriæ graſſatores inimicos extiterant: nec licebat illis vxorem ducere, quin pluries pro patria dimicaſſent, & in pugna ſtrenue certaſſent.

Animaduertite quibus titulis, quibus nominibus, quibus gradibus, quibus priuilegiis pro fide Catholica armātes, certantes, laureati vbiq. adornētur. Nū antiquitus cælituſq. creati torquati milites pro fide certantes nobiliſſimi? Equites Hieruſ. Rhodi, S. Iacobi, S. Lazari, equites Ieſu Chriſti in Luſitania: Equites S. Spiritus & S. Michaelis in Gallia, & equites ſtellæ nuper, equites ſacri Velleris in Hiſpania, equites Annunciatæ in Sabaudia, & equites ſancti Stephani in Ethruria, equites ſummi Pontificis Romæ, & innumeri quorum nuſquam intermoritura præclare geſta legimus, experimur.

Equites diuerſi.

deſideramus qui forſan alio declinãtes ſuperbia turgidi inſoleſcerent.

In bello cerui crebro leones in pace; ſæpe qui in certamine virtutis & honoris cupidus, in pace vitijs infãdis oppletur. Marius qui Cimbros debellauit, in exercitu virtute & fortitudine reliquos ſuperauit: pacis tẽpore nemo peior, nemo atrocior. Hinc facili negotio colligimus pacẽ cõcupitã, nũc tẽporis ſine dubio damnoſiſſimam. *Marius.*

Eia agite animi gratia præliorum & armorum antagoniſtæ, odia quomodo nuncupantur, inimicitiæ ac ſeditiones quod nomen ſibi vendicant? nunquid vt plurimum accenduntur, inſurgunt, vt laudabilia facta bonum commune expectãtia erumpant? Nec immerito prælium à Latinis bellũ, quaſi omni ex parte pulchrum & gratũ vocitatur, licet moderni bellum quaſi minime bellũ velint. *Denominatio belli.*

Damna pacis cum ruina bellorũ conferamus, quot exercitus ampliſſimi, non dicam pace, imo treuga diſſipati? Pace vitia augentur, leges multiplicãtur ſubſidia creſcunt, Tyrannides principũ excogitantur: pacis tempore virtutes ſopiuntur, & qui in prælio virtute & cõſtantia fulgebant, ſordidi, ſtolidi lym-

phatici,laſciui,ac effœminati reddũtur.

Deus ipſe bellum maximo in pretio habuit nam ab Iſraelitis Deus armorum, Deus exercituũ, Deus vindictę, Deus vltionis appellatur: Omnipotens exercitibus præerat: in virtute Dei Moyſes, Ioſue, Gedeon, Samſon, Dauid, Abrahã, Iudas Machabæus, & plæriq. alij admirandos actus in certamine ſunt conſequuti. Quid de Archangelo Michaële dixerim, qui cum dracone eſt præliatus in cælo ipſo? Inſuper D. Ioan. Bapt. venientibus ad eũ militibus & quærẽtibus quid faceret, non cõdẽnauit illorũ officium, nec eos deſiſtere iuſſit, ſed potius cõfirmauit dicens: *Contẽti eſtote ſtipendijs veſtris, & nemini iniuriã faciatis*, vbi cõmendat officiũ belli, ſimul & abuſũ corrigens, ideſt facere violentiã alicui ſine iuſta cauſa, vel etiã propter auaritiã pecuniæ aut diuitiarũ bellare: ſed abuſ⁹ officiũ nõ ſpectat: ſic etiã Chriſt⁹ corã Pilato dixit: *Si regnũ meũ eſſet de hoc mũdo, miniſtri mei vtiq. decertarẽt pro me ne traderer in man⁹ Iudæorũ*: Igitur ex iuſta cauſa belligerare permittitur. Hoc dato videndũ quæ perſonæ, qui homines, & qualiter gladio vtendũ atq. dimicãdum. Perſonæ ad regendum prælium habiles ſunt

Luc. 3. *D. Ioan. Bapt.*

Ioan. 18.

perfecti Principes,qui huiuſmodi poteſtatem ab altiſſimo ſortiuntur,vt bonos foueant & prauos arceant, Rom.13.& 1. Pet.3. ideò nullus ſubditorũ bellum excitet,ne in ſe Chriſti maledictũ trahat. Mat.26.*Omnis qui gladiũ ſuſcipit*(propria authoritate)*gladio peribit &c.*Omnis ergo populi tumultus quammaxime in maieſtates iniuſtus & damnoſus:quia ex Rom.13. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubijcitur,non tantum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* *Rom 13.* *1.Pet 3.* *Math. 26.* *Rom.13.*

Nulla vrbs,nulla ciuitas,nulla regio iuſte,& licite in principẽ armat, nec proſperabitur,licet poteſtas Tyrannidem & indebita exerceat: Tolerabilius ſiquidẽ eſt diſcolis, & ſæuis præpoſitis parere, quam in eos ſuo damno inſurgere:mali rectores ſuũ habent iudicem:Hinc Dominus Deut. 32. acclamat iratus: *Mihi vindictam & ego retribuam*:& Luc.6.*nolite iudicare & non iudicabimini.*Ideo&in inſtrumento veteri prohibitum,ne quidẽ detrahere aut maledicere ſuperioribus:Exod.23.*Diis non detrahes*:Et Paul. 1. Timoth. 2. iubet orare pro Regibus & principibus. Contra Dei ſancita moliũtur,qui aduerſus principes inſurgunt. *Deut 32.* *Luc.6.* *Exod.23.* *1.Tim.et 2.*

Olim ſapientes Philoſophi, omniũ hominũ opera diſtinxerunt in agriculturã & militiam. Agricultura debet nutrire, militia defendere. Ideo poteſtas in ſuo regimine quælibet ſuper vtrũq. reſpicere debet, & ſic ordinare quatenus vtrũque conſeruetur. Et ad hæc duo omniũ hominum officia referuntur. In huiuſmodi autẽ opere bono qui nõ reperitur, ſimilis eſt veſpis quæ mel apibus præripiunt. Milites ſtipendium ſuum iure erogent & ſumunt, ait enim D. Ioannes Bapt. Luc. 3. militibus: *Contenti eſtote veſtris ſtipendiis.* Quod ſi officium vel illorum ſtipendium illicitum foret, id nec pertuliſſet, nec confirmaſſet: quare dicens: *Contenti eſtote ſtipendiis veſtris*, iuſte cõpetens ſtipendiũ recipere queunt, modo certamen ex præſumptione non adeant, nec auaritia, vt hæc ſolũ bellare moueat ad opes congregandas, & qui pacem non intuetur, limites rationis excedens dæmonem ſectatur.

Luc. 3.

Capta in bello.

Capta in iuſto bello non ſunt reſtituẽda, niſi eſſent res peregrinorũ, clericorũ, religioſorum aut ruſticorum: licet quidã dicãt ex neceſſitate reſtituenda, quia iuſte capta, ablata iuſto bello ab ijs qui

iniuſto bello acceperãt, etiamſi iam in tuto ſe recepiſſent, prioribus dominis ſunt reſtituenda, ſi ſtemus iuri naturæ, vel etiam Cæſareo: ſi vero oppoſitum alicubi, vel lex ſtatuerit, vel conſuetudo præſcripſerit, ei ſtandum eſt, potuit enim licitè priuatorum iuri derogari ob bonum publicum.

Poteſt princeps ad vitandum maius damnum Reipublicæ, tradere hoſtibus aliquam vrbem, eſt enim id partem periculo pro totius ſalute exponere: milites ſine voluntate ſaltem præſumpta principis damnum hoſtibus dantes tenentur reſtituere: præſumitur. autem velle etiam, vt capti à Turcis, cum fugiunt, dominos ſuos alioſque ſpolient. Capti etiam iuſto bello fugere poſſunt, ſaltem ſi ſunt extra ditionem dominorum. *Potentia. Principis.*

Subditi non tenentur ad bellum proprijs expenſis gerendum, niſi forte ex pacto aut ex conſuetudine præſcripta. In bello licet quidem clerico hortari ad victoriam, adeoque ad pugnam, non autem pugnare niſi ſe defendẽdo. Belli tempore non poteſt princeps populum deſerere qui militi ægrotanti ſtipen- *Subditi* *Aug.*

Aug. dium debet. Diuus Auguſtinus Epiſtola.149. Bonifacio comiti conſulere non veretur vt iuſtum bellum aggrediatur:graui(inquit)de pugna conquereris: dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo conſilium:arripe manibus arma,oratio aures pulſet authoris, quæ certe moribundus non ſcripſiſſet, niſi chriſtianis licere bella compertiſſimum habuiſſet.

Bellum igitur ex cauſa malum non eſt, abuſus tantum reijciatur. Sacra teſtatur ſcriptura Deum Opt. Max. ob tranſgreſſionem mandatorum ſuorum atque peccata plagas correctionis varias in nos vibrare Deut. 28. *Adducet Dominus gentem ſuper te de longinquo & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,cuius linguam intelligere non poſſis,gentem procaciſſimam quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruticum,vinũ,& oleum, armenta bonum,& greges ouium,donec diſperdat te, & conterat in cunctis vrbibus tuis,& deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes in quibus habebas fiduciam in omni terra tua.* Ac gentem illam cum huiuſmodi conditionibus quis dubitat iam

Deut.28.

eſſe Turcas, quos Deus vt plagam vltricem ſcelerum, ac flagellũ quo nos mulctet permittit? *Turca.*

Vndenam Turciſmi à tot retro ſeculis diffuſio? his & ſimilibus plagis purgagamur cælitus & expiamur. Negligentia clericorum impunita minime remanebit. Hieremias cap. 48. maledicit omnem qui opus Domini negligenter facit & fraudulenter. Idem quoque 6. cap. teſtatur regem Ægypti contra Iudęos veniſſe propter auaritiam prophetę vſque ad ſacerdotem. *Hierem. 48*

Quis enumerabit luxum venereum, beneficiorum multiplicationem & cõmutationem, indeuotam & coactam celebrationẽ, orationẽ & horarũ canonicarũ, negligentiã officij cõmiſſi obliuionẽ? inſuper comeſſationes, ebrietates quibus indies madent, diu noctuue taxillis & aleis ludentes? &c. putas quod deus omnia illa impunita relinquat qui etiam ſanguinem neglectum vindicabit? Ezech. 3. non propterea inuſtum Chriſtus Phariſęis vę multiplex comminatur. Math. 13. Deinde ſtatus regum ac principum non etiam magiſtratuum inculpabile cum ambitione & *Luxus.* *Ezechiel. 3.* *Math. 13.*

elatione infletur? diſcordat Rex cũ Rege, princeps cum principe: Math.
Math. 24. 24. erit regnum aduerſus regnum.

Nemo interea comperitur qui cauſam pupilli & viduæ agat, omnes ſua quærunt, quilibet ſtudet alteri ante-
2. Reg. 24. poni, præferri in honore, pompis, diuitijs. Dauid ob ſuperbiam in populo caſtigatur. 2. Reg. 24. vbi trium plagarum ei optio præſentata. Delirant Reges, plectuntur Achiui: prouerbio inuincibili dicitur: *Quando caput dolet cætera membra dolent*: Ideo vulgus multipliciter peccat & punitur. Sic primitus Iſraëlis vituli conflatilis adoratio abſente Moyſe pene 23. millium extinctione expiatur. Quid iam exiſtimas in tam inuida ſacramentorum detractione, derogatione, quo is omnia abijcit & negat, alter noua erigit, vt Anabaptiſtæ, Puritali, Anglo-caluiniſtæ.

Num horrenda vulgus de ſacratiſſima ſynaxi ſentit, loquitur? quis ignorat? hinc ſicut Exod. 32. poſt idololatriã
Exod. 32. vituli ſurrexerunt ludere, & comedere, ſic heretici poſt ſuam abominationem inhiant, quiſque ſibi ſacerdos, Papa, Rex & dominus eſt; verum iuſtus

iudex tandem aliquando vlciſcetur, nec huiuſmodi impunita prætermittentur.

Deinde quis recenſeat Sodomiam & mollitiem, de qua Paulus Rom. 1.& 1. Cor. 6. teſtatur, quod talium nullus regnũ Dei hæreditabit: ſimiliter adulterium inundauit,fornicatio excreuit, iam ſine confeſſione inuerecunde peccatur, nec eſt quiſpiam potentatum qui vel fornicationem, vel adulterium rite puniat; periurium,blaſphemię, & falſum teſtimonium virtuti adſcribuntur. Gen.19. Numer. 25.Num ob hæc facinora ignis de cœlo deſcendit &viſcera terrę olim patebant?punitum vulgus ignitis anguibus ob murmurationem in Deũ & Moyſem.Num. 21. At quales noſtris temporibus ſint detractiones atque machinationes in ſupremas poteſtates,quis dubitat? quis ignorat? quæ crapulæ, comeſſationes, dolus, fraus, quam ardentis inuidiæ igniculos quis recenſebit? 1.Ioan.5.Totus mundus in maligno præpeditus, quare flagellum Dei, virga furoris eius, Turcarum incurſus imminent. Diuus Paulus Apoſtolus.1.Cor.10.pec-

Rom.1. *1.Cor.6.* *Gen.19.* *Num. 25.* *Num.21.* *1.Ioan.5.* *1. Cor.10*

cata & punitiones proauorum nobis obijcit, vt miſericordiam excitemus, & in horrendas Altiſſimi volas non incidamus, nec cum illis pereamus, quã-do hæc in figura contigerunt nobis, ad noſtram doctrinam & correctionem exarata: hæc in figura illis Patribus cõtigerunt, qui fuerunt in vmbra & veritate, ſicuti iam nos ſumus: nos ſæuior manet vltio, quia maioribus fidei luminaribus irradiati illuſtratique ſumus.

Bellum in Turcas. Tribus ergo in Turcas certandum, vt à manu Dei flagellum excutiamus. Primo vitæ emendatione: 2. Deuota oratione, & adeundo cum fiducia thronum Dei: 3. gladio & armis. Prima duo ſpectant ruricolas & clericos: arma ſiquidem noſtra non carnalia, ſed ſpiritalia ſunt deo gratiſſima, Papa cum ſuis Epiſcopis & clero litationibus & pijs orationibus Deum mitigent: ſecundo Reges cum populo. At tertium intereſt Cæſaris, Monarcharum, principum atque nobilium militum, populi, nempe gladio & armis pugnare aduerſus Turcas.

Sunt ſua militibus, ſunt & ſua prælia Clero;
Ille manu fortis, fortior iſte genu.

Primum & omnium potiſſimum ſine *Ezechiel. 28.*
quo cætera non præualent exomolo-
geſis eſt & emendatio vitæ; vnde Eze-
chielis 28. *ſi impius egerit pœnitentiam ab
omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, &
cuſtodierit præcepta mea: &c. omnium ini-
quitatum eius quas operatus eſt non recorda-
bor: quia nolo mortem peccatoris, ſed vt ma-
gis conuertatur, & viuat:* hoc autem Deũ
facere ſicut ſpopondit Niniuitarum te-
ſtatur hiſtoria Ionæ. 3. qui humiliantes *Niniuita.*
animas ſuas iram Dei declinarũt. Vnde *Ion. 3.*
1. Cor. 11. ſi nos ipſos diiudicaremus, *1. Cor. 11*
non vtique diiudicaremur, niſi venerit
emendatio vitę, neque gladius expu-
gnabit Turcas, neq; plagã auertet. Por-
ro vita emendata aut in voluntate pro-
poſita, vt cum effectu emendetur, tunc
ad deuotam orationem & fiduciam in
Deum cõfugiendum eſt, qui nos exau-
diendos eſſe promittit Math. 11. *Cum* *Math. 11.*
*ſteteritis ad orandum remittite ſi quid habe-
tis aduerſus aliquem, &c.* Ecce hic iubet
primo inuidiam remtiti, & vitam emẽ-
dari. 2. vt quidquid petierimus, ita pe-
tamus quod non dubitemus nos acce-
pturos; ſic procul dubio quod petemus
accepturi: Ideo amoueatur dubium de

exauditione, firmiter credamus, & efflagitata conſequemur.

Nabuchodonoſor. Nabuchodonoſor voluit vniuerſum orbem ſibi ſubiugare, miſit Holofernem principem ſuæ militiæ, &c. quæ hiſtoria per multa capita quammaxime quadrat cum inſtituto Turcæ, orat populus hortatu Sacerdotis, qui Moyſem ſeruum Dei illis obiecit, qui non gladio, ſed oratione vicit Amalechitas. Exod. 17. Et tandem Deus ordinauit

Exod 17. Heſter. 4. mediam Iudith, quę decapitauit Holofernem. Sic Heſter 4. orat, & Iudęis orare præcepit, atque ſic populum ſuum à

Oratio. Mardocha. Rex Ioſaphat. Gedeon. morte liberat. Oratio Mardochæi apud Deum plurimum valuit, vti Heſter preces validiſſimę. Inſuper Iudas Machabæus. 1. Machab. 3. vicit oratione & confidentia in Deum. Et Rex Ioſaphat, 2. Paralip. 2. & Gedeon Iudicum. 6. pene ſingula certamina veterum Patrum quando in ſola Dei potentia & brachio fuerunt innixa, oratione & fide in Deum ornata victoria plauſibilem coronam adipiſcuntur. Dum vero in vi & robore humano confidebant, proſtrati occubuerunt.

Tanta eſt orationis virtus vt ipſe Chriſtus

Chriſtus cum dæmone certaturus orauerit in cliuo oliuarum. Mat.26. poſtea vnico verbo proſtrauit principē tenebrarum harum, omneſq́ ſatellites qui ad eum ligandum cōuenerant. Ioan. 18. Apoſtoli oratione præpoſita Spiritum ſanctum acceperunt, qui cum fiducia loquitur verbum Dei eis dabat. Act. 4. Tertius modus expugnandi Turcas eſt ingens & fortis Regius exercitus. Si Iudas Machabæus. 1. Mach. 3. æquum eſſe duxit pro lege ſua Iudaica pugnare, pro filijs & conſorte dimicare: quanto amplius nunc rationi conſonum pro fide, patria, & ſanguine belligerare? *Math. 26.* *Ioan. 18.* *Act. 4.* *1. Mach. 3.*

Sermo mihi ad vos de negotio Chriſti, in quo vtique eſt ſalus noſtra: Hæc dico vt excuſet indignitatem perſonę loquentis authoritas Domini, excuſet & conſideratio propriæ vtilitatis: modicus quidem ſum, ſed non modicum vos cupio in viſceribus Ieſu Chriſti.

Ecce nūc (Chriſtiani) acceptabile tēpus, ecce nunc dies copioſæ ſalutis: cōmota eſt ſiquidem, & contremuit terra, quia cœpit Deus cæli perdere terram ſuam. Suam in qua eſt viſus, & annis pluſquam triginta homo cum hominibus

conuerſatus. Suam vtiq. quam crebris illuſtrauit miraculis, quā ſanguine proprio dedicauit, in qua priores reſurrectionis flores apparuerunt, & nunc peccatis exigentibus noſtris crucis aduerſarij caput extulerunt ſacrilegū, depopulātes in ore gladij terram promiſſionis, & Hieruſalem in pomorum cuſtodiam redigentes, vbi Redemptor noſter crucifixus.

Quid facitis viri fortes? Quid facitis ſerui crucis? Ita ne dabitis ſanctum canibus & margaritas porcis? quā multi illic peccatores confitentes peccata ſua cum lachrymis veniam obtinuerūt, poſtquam Patrum gladijs eliminata eſt ſpurcitia paganorum! Videt homo malignus, & inuidet, frendet dentibus & tabeſcit, excitat vaſa iniquitatis ſuę, nec vlla quidem tantę pietatis ſigna relicturus, ſi quando forte (quod Deus auertat) Chriſtianorum templa inuaſerit. Quid arbitramur, ô Chriſtiani! nunquid abbreuiata manus Domini, aut impotens facta eſt ad ſaluandum, quod ad tuendā, & reſtituendam ſibi hæreditatem ſuam exiguos vermiculos vocat? Numquid non poteſt mittere Angelorum pluſquā

duodecim legiones, aut certe dicere verbo, & liberabitur terra? Omnino ſubeſt ei cum voluerit poſſe. Sed dico vobis, tentat vos Dominus Deus veſter.

Reſpicit filios hominis ſi forte ſit qui intelligat,&requirat,& doleat vicem eius:miſeratur enim Dominus populum ſuum,& lapſis grauiter prouidet remedium ſalutare. Conſiderate quanto ad ſaluandos vos artificio vtitur, & obſtupeſcite: Intuemini pietatis eius abyſſũ, & confidite peccatores, nolite diffidere,benignus eſt Dominus.

Viri bellicoſi,Galli maxime Chriſtianiſſimi præ oculis geſta Balduini, & ſãcti Ludouici ſẽper habete, vt ab illis nõ degeneretis. Ludouicus nonus Galliæ Rex duodecim annos natus patre amiſſo cogitauit de recuperanda poſſeſſione Hieroſolymorum: vexillum à præſule Pariſienſi accepit, deinde mare cum ingenti exercitu traijciens primo prælio Saracenos fugauit,multa pro fide tulit, ſudauit, alſit,vt regni cæleſtis conſors fieret. *Balduinus.* *S. Ludouic.*

O Ludouice 13. Galliarum & Nauarreorum Rex noſter, ceſſet priſtina illa nõ militia, ſed plane malitia, qua ſoletis

inuicem ſternere, inuicem perdere, vt ab inuicem conſumamini. Quæ miſeros tam dura libido excitat, quod proximi corpus gladio, cuius fortaſſis & anima perit, tranſuerberant? ſed nec effugit qui glorietur, gaudeat cecidiſſe: illi ſe dare diſcrimini inſaniæ eſt non virtutis, nec audaciæ ſed amentię. Ad arma, ad arma milites, pro fide & ſalute: imitamini Centurionẽ Capharnaum à Chriſto Domino in ſacro codice cõmendatum.

Oratio.

DOmine Deus virtutum, Deus exercituum, Deus vindictæ, Deus vltionis, arma noſtra ſpiritualia non carnalia ſunt, quę te duce aduerſus hoſtes inuiſibiles præualebunt: temporalia quoq. & fortiſſima fore in virtute tua pro religione & ſalute: concede nobis in dextera tua virtutem, vt te præſtante & opitulãte hoſtes viſibiles & inuiſibiles proſtrare valeamus. Amen.

FERIA SEXTA CINERVM.

Meliores hoſtes Amicis.

COrdati ab hoſtibus infenſiſſimis vtilitatem mutuātur : haud nouit agricola vniuerſas terrę plātas ſeu arbores colere, domeſticare, nec venator ſingula bruta, veruntamen induſtria his vtimur : Æquore ſalſo, inſapido, & ad potum inepto nauigio facile trahimur, ita ab inimicis conſulto diuino flamine accenſi fructum maximum, inæſtimabilem adoptionis æternę comparamus.

Aue Maria.

LEx Domini immaculata conuertens animas, nulla enim lex gentium vbi non ſit imperfe-

ctio, lex Phoronæi latrocinium permittebat: lex Lycurgi homicidium: lex Solonis adulterium: lex Lydorum docebat virginem ex fornicatione ſibi dotem comparare: lex Baleariorum nuptias inceſtuoſas volebat: lex Moyſis vſuram & libellum repudij concedebat. Lex de manducando ianuis clauſis Cęſarea dicebatur: de dãdis pupillis tutoribus Põpeiana: de diuiſione camporũ Cornelia: de tributis Auguſta: de non vendendis & emendis dotibus mulierum Falcidia: de non exhæredandis filijs Sempronia: Ita lex amoris de diligẽdo Deum & inimicum, lex Domini appellatur. *Diligite inimicos veſtros, & benefacite iis qui oderũt vos.* Math. 5.

Leges gẽtiũ imperfecta.

Vtiliores nobis hoſtes amicis: amici ſæpiſſime blandiuntur, hoſtes vero inſidiantes intra exercitia virtutis nos continent. Ignem barbatus Satyrus occurrentem extẽplo oſculari amplexarique contendit, hoc Protheus animaduertẽs frõte caperata riſit: Crines, ô ſtolide Satyre, barbãq. tuã lugebis: ignis oblata & coniuncta in fauillã reducit, ſed in debita proportionataq. diſtantia obiecta irradiat, calefacit, ſinguliſq. artibus ſer-

Math. 5.

uiibus aliquomodo inſeruit modo, quis debite illo vtatur.

Inimicum difficile conuenimus & aggredimur, certo ſcientes noſtrorũ actuũ ſpeculatorem, obſeruatorem: cauemus nobis & conſulimus, Cytharędi coram æmulis dulcius pectine ſuam chelim puſant ne deludantur. Calor natiuus quãdoq. exiguus vt in puero: alias pluſquam par ſit defectiuus vt in homine: aliquãdo nimis inordinatus ſicut in febricitantibus, alias perfectiſſimus eſt, ordinatus, vt in viro temperato bonæ complexionis ſano eodem plane modo amor Chriſti & proximi, qui Deũ ſpectat, nos inuitat ad diligendum non ſolum amicũ, verũ etiã hoſtẽ ſup. 2. Cãt. Primo diligendus eſt Deus. 2. parentes, inde filij: poſt domeſtici, qui etiam ſi boni ſint prauis filijs præponendi: inimicos autẽ non ſicut te ipſum, ſed ſimpliciter odio non habeas. Inimica dilectio tunc veraciter cuſtoditur, cum non de profectu deijcimur, nec de ruina eius lætamur, nemo enim amat aliquem quẽ nõ vult eſſe meliorem, & dum ſtantẽ voto proſequitur quẽ cecidiſſe gratulatur.

Cytharedi *Aug.* *Greg.*

In Mat. 5. ſciendum eſt ergo Chriſtũ non impoſſibilia præcipere, ſed perfe- quæ fecit Dauid in Saul & Abſalon, -phanus quoq. Martyr pro inimicis idãtibus deprecatus eſt, & Paul. ana- -ema cupit eſſe pro perſecutorib⁹ ſuis: æc autẽ Ieſus & fecit & docuit dicẽs: *Pa- er ignoſce illis, quid enim faciũt neſciũt.* Inimici poſſunt conſiderari: *Quo ad naturã*: Omne animal ſibi ſimile diligit, leo leonẽ, ſed homo homini lupus, homo homini Deus: *Quo ad culpã.* Cũ inimic⁹ punitur, tunc potius de liberatione aliorum quã de punitione eius dolẽdũ eſt in miſeria pereuntis, & gaudẽdũ de iuſtitia iudicis. *Quo ad pœnam:* Greg. Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa indignationem. *Quo ad indigentiam*: Et tunc debemus eis beneficia impendere.

Greg.

Greg.

Cauſæ odij *paupertas*: Prou. 14. Etiã proximo ſuo pauper odioſus erit: *Pietas*: filij Iacob odio habuerunt pium Ioſeph: *Veritas*: Amos. 5. odio habuerũt me corripientem in porta. Prou. 12. qui odit increpationes inſipiens eſt.

Odiũ quadruplex: in animo, in facto, in ſigno, in verbo. circa iſtã quadruplicẽ odii differẽtiã ſtatuit ſaluator benignũ

ſim⁹ dilectionē; animi:diligite inimicos veſtros:facti :benefacite ijs qui oderunt vos: ſigni : orate pro perſequentibus& calumniantibus vos; verbi, ipſos hilariter cum gratia ſalutando.

Grecorum error eſt,quo aſſeuerāt licitum eſſe inimicū circumuenire,fallere, peccatum eſſe aliquod ſiquis nec dānū inferat,etiamſi ad hoc patrandū,aut periurijs, aut quouis mendacio iuuetur: Guido Carmelita illorum 25.errores excutiens eis illud imponit. Hoc ſerio loquar,vix auſim credere ſicque inſaniuiſ ad ſe hoc fantaſiādū,quoniā illa legi naturali aduerſantur, ita vt illam eorū sētentiam gentilis quiſque Philoſophus damnet, nedum omnino Chriſticola, quis vnquam mendacium nō horruit? quis non execratur periurium? & hec non ſolum cum amicis non ſunt exercenda, ſed neque cum inimicis: quia etſi in bello permittatur aduerſus hoſtes fraudibus præualere, non tamen mendacijs illis allucinari conceditur: ſiquidem Dominus Leuit. 19. proteſtatur: *Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.* At quantumlibet alteri quis inimicus exiſtat, nihi-

Error Græcorum.

Leuit. 19.

lominus proximus habetur: quod ex eo conuincitur, quod Samaritanus miſericordiã faciens ſauciato, voce Chriſti iudicatur proximus, licet Samaritides Iudęis vix conferrentur.

Præterea ex euangelico diplomate inimicus nullus permittitur, quia etſi alter me odio inſectetur, ego tamen teneor illum diligere. *Nõ reddentes*, inquit

Petr. 3. Petrus Epiſt. 3. *malũ pro malo, nec maledictum pro maledicto*, vice verſa benedicendi inimici, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionẽ hęreditate poſſideatis. & B. Paulus Rom. 12. *nulli malum*

Rom. 12. *pro malo reddentes*. & infra: *Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locũ iræ: ſcriptum eſt enim: mihi vindictam, & ego retribuã dicit Dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius: noli vinci à malo, ſed vince in bo-*

1. Theſſ. 5. *no malum*. & 1. Theſſ. 5. videte ne aliquis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectemini inuicẽ & in omnes.

Denique ipſe veritatis magiſter Iudęorum errorem corrigens ait: *diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs qui ode-*

runt vos.

Dilectio inimicorum exigitur ad remiſſionem peccatorum. Prouerb. 10. cum placuerit domino via hominis, inimicos quoque eius conuertat ad pacem. Eccl. 28. Ipſe dum caro ſit reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo qui exorabit pro delictis illius, memento inimicorum, & deſine inimicari. Math. 26. ſi enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cæleſtis delicta veſtra, ſecus autem hic dicitur. Item Math. 8. Ioan. 3. *Qui non diligit manet in morte.* *Eccl. 28.* *Ioan. 3.*

Inimicorum dilectio deſideratur ad cælorum adeptionem: Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij patris veſtri qui in cęlis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Is perfectæ charitatis typus eſt: nam per ſanguinem eius reconciliati ſumus cum eſſemus inimici, adeo vt pro hoſtibus mortuus ſit, pro crucifixoribus orarit: inimicos etiam ſuos poſt paſſionem ad ſalutem & fidem per Apoſtolos inuitarit. Potuit ne maius pignus dare, quã pro nobis mala noſtra ſufferre? ideo Chryſoſt. in Homil. 1. ad Philippenſes *Chryſoſt.*

ait: Non adeo diuitum filios agnoſcĕ in torque, quem ſemper in collo circū-ferunt, quam Dei filios charitate: & Auguſt. 15. de Trinit. cap. 18. confirmat ſummatim hoc dicto, Chriſtus quaſi ex oppoſito filiorum diaboli ſtatuit filios Dei, quod ſatanę nati ſanguine & liuore ſaliant, qui inuidia mortem orbi tranſmiſit. Inimicorum dilectio corde perficitur Prouerb. 17. qui in ruina alterius lætatur non erit impunitus. Eccle. 8. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere.*

Amor hoſtium ore perficitur: Prouerb. 25. ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit prębe illi potum, prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi. Sanguis Abel de terra aduerſus fratricidam Cain ad Deum clamauit, ſanguis vero Chriſti pro carnificibus & perfidis Iudęis etiā effuſus, apud Patrem pro illorum ſalute orationes fūdebat. Hebæor. 12. Moyſes dixit, exterritus ſum & tremebundus, ſed acceſſiſtis ad Syon montem, & Ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorū frequentiam, & Eccleſiam primitiuorū

Eccl. 6. *Abel.*

qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicem omnium Deum, Spiritum iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, melius loquentē quam Abel. Videte ne recuſetis loquentem. Sanguis Abel ſemel vltionē clamitat, vox Chriſti perpetuo pro inimicis patrem omnipotentem exorat.

Olim vltio patratum facinus ſequebatur, & in reos etiam inſenſibilia armabantur. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum pars calicis eorū: Serpentes, Lupi, Leones, Vrſi, Vulpes, *Pſal. 82.* Glires, Ranæ, Ciniphes in malorū vindictam inſurgebant. *Deus meus pone illos vt rotā, & ſicut ſtipulam ante faciem vēti, ſicut ignis qui comburit ſyluam, ſicut flamma comburens montes. Ita perſequeris illos in tempeſtate tua & ira tua turbabis eos: imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum* Domine, *erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi & confundantur & pereāt:*

Dauid incorrigibilibus & induratis aduerſa deſiderat vt reſipiſcant. Ieſus Chriſtus mitiores acclamationes intonat, & cum venerit ſaluum facere quod

perierat, noſtra ruina nullatenus delectatur, & indifferenter pro vniuerſo genere humano in rupe Caluarię ſe obtulit Patri miſericordiſſimo. Pſal:93. *Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt: & factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.* Nuſquam aduerſus malignantes ignem è cœlo auocauit: terram findi iuſſit vt abſorberentur, aut aliquid ſimile: quinimo iuſtæ Patris iræ benigniſſime ſe pro nobis oppoſuit, & in lacrymas atque ſuſpiria prorumpens veniam implorat. A Chriſto ſic Pater cœleſtis flectitur, vt poſtulata pro hominis ſalute conſequutus ſit. Pſal.87. Dauid Altiſſimi immēſa beneficia commemorat. Moyſes Deum Opt. Max. pro populo Iſraël adorato vitulo conflatili humillime deprecatus, illũ ſedauit, placauit, virgas è manibus extorſit, verum ſtatim ad arma deflexus plus quam viginti millia extinxit, crux infanda, homicidium horrendum, ſupplicium infame, impietas euidens: O Agne manſuete, benignitatis & teneritudinis tuæ nuſquam obliuiſceris! in ſanguiſugos immanes clementiam tuam exer-

Pſal.93.

ces! Amor tuus ſanctiſſimus odium illorum ſuperat, ſęuitiam eorum elidit, flagella amouet, vt expungantur, & in libro vitæ adſcribantur.

In euangelico codice nouum hodie decalogum, nouum Deuteronomium præſcribis, dilectionem inimicorum ex limine conſtituens: qui tibi charus ſine diſcretione quæ tua ſunt quoque diligit, nec examinat quid bonum, quid malum, quid ſanum, quid ægrum, ſufficit illi vt tua ſint. In hoc maxime elucet charitas, vt pro Deo indifferenter amemus. A Saule Dauid innumeris iniurijs lancinatus, etiamſi occaſionem opportunam nactus fuiſſet, non eſt vltus. Abſit hoc à me vt mittam manum meam in Chriſtum Domini: inde ab ipſo inimico cōmendatur: Tu me iuſtior es (ait Saul) peccaui, nequaquam vltra te lędam, quia cum poſſes vno ictu interficere, vitam meam ſeruaſti.

Pittacus inter Gręcos plurimum valens liuorem æmulorum patiebatur, illi dum relatum eos contra gloriam indelebilem ſuam debacchari, dicta & acta ipſius lacerantes aquo animo tulit: ſęmel vnus ex his ſycophantis vt *Pittacus.*

caſtigaretur adductus, qui eum apprehenderant interrogantur an aliquid aliud patraſſet, num de eo aliquis alius conquereretur? dicentes illi tantum detraxiſſe, audierunt: niſi aduerſus illum aliud adduxeritis, in pace recedat, abeat: non enim ſoleo meam tolerantiam vendere, meam ſufferentiam mercari, ſatius mihi nomen clementis quam atrocis; bruta vindicent, hominum eſt condonare. Idem inſulæ Melitinæ præfectus ab Alceo Poëta ſatyris impetitus, acciuit illum, ſicque hortatur: Caue ne deinceps mihi detraxeris, animaduerte quis ſit qui tibi parcit, dum caſtigandi te iuſtiſſimum nactus eſt argumentum.

O ſecla! ô mores! quo nam deuenimus, vt Ethnici virtute Chriſtianis prꝯſtent, ſint illis in exemplum, remanentibus innumeris electis beatis qui offenſas pro Chriſto pertulerunt. Sæpe ſæpius diu noctuque orationem dominicam pronunciamus, & dicimus: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-

debitoribus noſtris. O qualem impudentiam! rogamus veniam & indulgere nequimus, immo ſatius eſſe ducimus mori quam dimittere: profert aliquis minimum verbum iniurioſum contra nos, rationem exigimus, nec quieſcimus donec vlti fuerimus. Si quis bona, ſiquis honorem, ſi quis cutem lacerarit, odio inextinguibili excãdeſcimus. In dedecus ex Seneca vergit hominem hominem ſe non oſtendere: homo ſiquidem clemens ſit oportet, vindicta beſtijs ratione expertibus relinquatur: clementia tanti facit ſanguinem alienum quanti proprium (teſte Cicerone in oratione pro Q. Ligario) homo dijs nũquã ſic affinior, ſola clementia illis nos æquat.

Pythagoras benignum virum iniurias maximas dimittentem ſufficienti encomio celebrare non valuit. Honorium Imperatorem laureatus vates ita prudenter hortatur. Te clementem in eos qui tibi infeſti fuerint continuo præbe: in omnibus Dijs poſtponimur, ſola indulgentia Dijs nos æquiparat. *Pythagoras.*

Si ſolo honoris affectu ad benignitatē ethnici pelliciebantur, quanto magis ad hoſtium reconciliationē & amorem Chriſtiani lege diuina arceantur? ſi malum malo penſaueris homicida es, qui enim fratrem ſeu proximum ſuum odio proſequitur, homicida exiſtimatur duplici fundamento: nos enim & alios interimimus, dum vtrinq. rogum peſſimū conſtruimus. Huius ergo Romanos cap. 8. hortatur Paulus, vt potent & cibent inimicos ad prunas charitatis ſuper ceruices eorum congerendas: Chryſoſt. non eſt enim odium ita ferox, quod donis ac beneficijs non ceſſet. Dogma iſtud paradoxum autumabitur, dum Ieſus Chriſtus officia & beneficia Iudæis largiſſime impendens temnitur, ſpernitur. Inde apud Hieremiam 18. conqueritur: *Attende Domine ad mē, & audi vocem aduerſariorum meorum: nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.* Nunc iſtud impletum, quia beneficiorum diuinorum non recordamur, nec propterea in gra-

Rom. 8. *Chryſoſt.* *Hierem. 8.*

ti hominis obliuiſcitur:odium charitatem eliminare non valuit. *Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatem*(ait Salomon in Epithalamio) *nec flumina obruent illam.*

Stigmata manuum Saluatoris, & quæ per integrum corpus perferebat,amorem ardentiſſimum ab ipſius corde proſcribere, nec alterare valuerunt. Immo ſauciatus clamitat: his plagatus fui in ædibus eorum qui me diligebant (ſic enim hoſtes amicitiæ titulo beauit) Inimici nomen apud illum inauditum, ſolam amandi artem callebat, quæcunq. in illum excogitabantur, ſaliente oculo grataque manu admittebat, homo humanitatem contrariantia refellebat. Quis nunc peccatorum de ſalute deſperabit? Qui reus oratorem & mediatorem clementiſſimum , validiſſimum non admittet? Pro crucifixoribus etiam deprecatur: Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt. O vox grata! ô vox dulciſſima turturis in cruce gemẽtis! ô harmonia deficientes viuificans: de cætero pro criminib⁹ nō deſperabo, quia meis auribus diuina miſericordia ſonuit. O bone Ieſu, dũ te audio pro ini-

micis exorantem cum tibi infeſtus fue-
rim, felicem meſſem indulgengiæ tuæ
infinitæ colligere non dedignabor. O
luctus! ô clamor! ô lachrymæ ſalutares
pro ijs qui ſupra modum de defectibus
Indulgẽtia triſtantur. Innumeri prædicatione hac
Apoſtolica perculſi, huiuſmodi amoris
rogo accenſi. Niſi Chriſti immenſa cha-
ritas cor meum transfodiſſet, vix crucē
oſculari tentaſſem, ipſe ſcelere crucifi-
xus, Saluatoris. Indulgentiæ vox ani-
mũ exhilarauit, fons miſericordiæ inde
manauit, ſcaturiuit. Indulgentiam ple-
nariam indicit, magnũ iubileum con-
fert, ſupereſt vt animas noſtras tali ro-
re, & ſanguine abluamus.

Iſai. 53. Iſai. 53. Peccata multorum tulit, &
pro tranſgreſſoribus rogauit. His dictis
Propheta innuens tantum filium Dei
incarnatum vt pateretur, & crimina
noſtra portaret, ſanguine proprio a-
bluenda. Spem noſtram ſtabiliuit, pro
reis ac perfidis Iudæis in cruce depre-
catus eſt: Hoc dato peccatori ſemper
ſperandum eſt. Miremur, miremur! pri-
mam vocem à Chriſto prolatam, Pa-
ter ignoſce illis. Exequias non decer-
nit, bona non diuidit, ſoli pater-

æ legationis memor peccatorum ſalu-
t conſulit: Iob. 42. Ite ad ſeruum meum
Iob & offerte holocauſtũ pro vobis: Iob
autem ſeruus meus orabit pro vobis, fa-
ciem eius ſuſcipiam, vt non vobis im-
putetur ſtultitia, neq. enim loquuti e-
ſtis coram me rectum ſicut ſeruus meus
Iob. Sic contubernales Iob Deus affa-
tur, cũ illum flocci feciſſent, in illum ne-
faria eructaſſent, ad illum tranſmittun-
tur vt veniam conſequãtur: hæc omnia
Chriſtum in fimo crucis iacentem & de-
luſum effigiant pro quibus exorauit:
Hebræor. 5. exauditus eſt pro ſua reue- *Hebræor. 5*
rentia: Ita monemur palinodiam ca-
nere, & reſipiſcere, auxilium diuinũ im-
plorare; in eius fauore benigniſſimo
ſpem omnem conſtituere Eccleſ. 35. Dei
miſericordia ſpecioſa in tempore tribu- *Eccl. 35.*
lationis, quaſi nubes pluuiæ in tempo-
re ſiccitatis. Dauid ſperans dilectionem
detrahebant illi, qui ad orationem con-
fugiebat pro ipſis detractoribus. Iſai.
37. Cum Iſaias vidit Rapſaſſes nomine
principis Aſſyriorum, nomen Dei blaſ- *Rapſaſſes.*
phemabat & Regi Ezechiæ minabatur,
qui non aliò recurrit quam ad oratio-
nem vt populus à periculis imminenti-

bus erueretur.

Quod praui & ſceleſtiſſimi nos iniurijs impetant, peccata noſtra hoc fecerũt, ideo pro iniuriis laceſſẽtibus exorãdũ. Iudæis in conſpectu Gẽtiliũ blaſphemantibus contra filium Dei orationes

Iob 16. miſericordes cõferũtur. Iob. 16. hæc paſſus ſum abſq. iniquitate manus meæ, cũ haberem ad Deum mundas preces: non poſtulantibus veniam obuiat, ne ſibi perſuadeant odium concepiſſe, damnorum illatorum nullam exigit rationem. Cum leuaret manus Moyſes

Amalech. vincebat Iſrael: fugauit Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladij. Ieſus Chriſtus plus orando pro inimicis dæmoni diſplicuit, quam flagella, lanceam, & clauos perferendo, immo prædicando oratio eius vulnera leniuit, & plerique exemplo eius, reconciliationem amplexantes ab inferorum barathro pedem amouerunt.

O vtilem vocem! quæ innumeras animas de faucibus Satanæ extorſit enormitate ſcelerum deſperatas: ſed dum portam ſanctam & fores indulgentiæ patuerunt, profluuio miſeri-

cordiæ manante pœnitentiæ nauicula mare miſeriæ transfretauit. O dilectiſſimi Chriſtiani commam opportunitatis carpite. Ioel. 2. Propheta pronus in terram inſtar Chriſti venturi pro ruina populi exorabat: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuā in perditionem. Non gaudet Dominus diſſidijs, rixis, vult inimicis condonari: Ego autē dico vobis, diligite inimicos veſtros: non ait: diligite inimicos meos, quia quo quis inimicus Dei eſt, etiam odiendus eſt. Eſt autem inimicus non per naturam, ſed per contrariam voluntatem, vt docet Auguſt. lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 3. nec enim in natura eſt malum (ait Dionyſius lib. diuin. nom. cap. 4.) Proinde nec homo aut diabolus malus eſt natura, ſed voluntate, ex Cyrill. Hieroſolym. ſed neque ait: eximite à pœnis, poteſt enim inimicus quiuis aut lege politica, aut Eccleſiaſtica plecti abſque charitatis iniuria. Habet enim Diuus Ambroſius. 1. offi. non miſerendum latronis, etiam ſi lachrymæ deprecantium cogere iudicem videantur, ſed pro-

Auguſt. *Dionyſius.* *Cyrill.* *Hieroſol.*

ferenda ſententia : cum alioquin diſ-
1. Reg. 15. plicuerit Saul miſericors in Amalech.
1. Reg. 15. Charitas ergo Chriſtiana
non vetat iudicem legibus vti in no-
xios.

Habet quippe præceptum Exod. 22.
maleficos non patieris viuere, non enim
præcepta Euangelica de dilectione ini-
micorum, & miſericordia impendenda
proximis eatenus intelligenda ſunt, vt
peccati relaxetur impunitas: ſed vt de-
linquenti correctio, & naturæ miniſtre-
tur ſubſidium, donec per ſententiam
iudicis adempta ſpe correctionis, malo-
rũ tollatur exercitiũ. Imo per iudices oc
ciſionẽ licitã & per milites: Phinees quip-
pe numer. 25. Moyſes quoq. cędem cõ-
mendarunt ſuis exemplis, ſed inimico-
rũ Dei & legũ, nec errat: immo pie facit
pater filium caſtigans: Porro charitatem
quam ad inimicos & qualem habuerint
Exod. 2. Chriſtiani illi primi pulchre tractat Ter-
tul. c. 37. Apol. l. 2. *Diligite inimicos veſtros,
& benefacite ijs qui oderũt vos*: Ioſeph Pa-
triacham fratres eius oderant: qui ta-
men tempore penuriæ frumentariæ be-
nefecit illis. Gen. 45. Dauid autẽ quoties
Saul & pepercit, & benefecit, omnibuſq.

inimicis? Quamobrem etiam Chriſti figuram geſſiſſe dicitur, nec enim otioſa eſt Charitas. 1. Cor.13. vnde ſe inbeneficentiam exerit; immo benefaciendo vincitur inimicus, vt liquet ex Pauli verbis. Rom.12. ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum : ſic Dauid Saulem (vt dictum eſt) dicere coegit, iuſtior me es: ſic Chriſtiani Tyrannos eorum mores probare impulerũt. Hieronym. 1. part. Epiſt. 25. contra Pelagianorum hæreſim, benefieri inimicis dicit in correctionem, & reſurrectionem; vt odij igne beneficijs ſuperato, excocto charitatis frigore, inimicus eſſe deſiſtat. Beneficientiam in inimicos Chriſtiani Iuliani tempore cõmendarunt. Euſeb. Eccl. hiſt. Lib. 9. Cap. 8. Tripart. lib. 6. Cap. 29. cęterũ Chryſoſtomus Homil. 16. in Math.

Charitas. 1. Cor.13.

Euſeb.

Nouem gradus charitatis ex Euangelio colligit: Primus non prius lædere: 2. non amplius referre quam quod à lædente ſuſtinetur. 3. ne lęſi eadem referamus. 4. inimicis nos ad iniuriam ſuſtinendam offeramus. 5. ad maiorem quam illę qui nos perſequitur velit. 6. nec tamen eum oderimus.

Gradus Charitatis

7. Imo Diligamus 8. Illi benefaciamus. 9. Pro eo Deum deprecemur. Et orate pro perſequentibus & calũniantibus vos. Sic Dauid Pſal. 18. pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autẽ orabam. Moyſes orauit pro Maria ſorore ſua prius eum calumniante, Numeri 12. & ſæpiſſime pro populo perſequente eum. Et hinc Chriſti ſanguis Patri pro nobis ex Bernardo offertur: filius oſtendit Patri latus & vulnera: vnde Iacob & Ioannem increpauit, quod non recipientibus eum Samaritanis dicebant: vis iubeamus vt ignis deſcendat de cælo, & comburat iſtos? hos compeſcuit: neſcitis cuius Spiritus eſtis? ferrea ac marmorea præcordia geſtat, inhumanus & barbarus eſt qui hoſti veniam expoſcenti non indulget. Miles aliunde nobilis, infamis iudicaretur, qui ſauciato vulnere lætali inimico vitam negaret: dulce verbum frangit iram (ait Sapiẽs) quãto magis erroris dolor atque confeſſio? *flectitur iratus voce rogante Deus.* Ouid. ardeamãdi Lib. 1. *crede mihi miſeris cœleſtia numina parcunt.* de Archidami benignitate dicitur quod ne-

Ouid.

dum bonis, immo etiã prauis condonabat: tantam clemẽtiam redarguit Philoſophus, quia Blanda dominorum ſegnes facit indulgentia natos. Deus noſter miſericors & iuſtus bonis nocet qui parcit malis, & bis peccat qui peccanti obſequium parat.

Meliores ſunt hoſtes amicis quia vtiliores: diligite inimicos veſtros, licet amicorum dilectio bona ſit, perfectior inimicorum dicitur, quia opus eſt iuſtitiæ & ęquitatis, vt nos diligentes diligamus, & in amico honeſtatem veneremur. Ex Ariſtotele amicitiæ fundamentũ, & ex Scoto, charitas inimicorum dilectio eſt, quæ melior cum de ſuperadditis in euangelio maius meritum expectemus: vbi maior pugna, ibi quoque glorioſiorem palmam adipiſcimur, virtus enim circa difficilia eſt: difficilius autem inimicum quam amicum diligere, vnde & ſupra ſe magis in dilectione inimicorum quam amicorum diligens eleuatur, puriorque affectus, cum nihil habeat carnis, ſed totum ſpiritale: verum ratione obiecti perfectior dilectio amici quam hoſtis, quia amicus in quan-

tum amicus dicit bonũ, ratione autem circunſtantiarum, amor inimicorum feruentior, purior, difficilior, ſe etenim habent vt excedens & exceſſum.

Sic affectu diligatur inimicus, vt effectu tempore ſtato emicet: ſicut culpa deteſtabilis, ſic imago Dei diligibilis, ſed quantumcumque proximus diligatur, eius defectus odimus, & imaginem altiſſimi colimus. Debemus inimicos diligere in ordine ad Deum, vt ſcilicet quod diligant illum: pro illorum reſipiſcentia deprecari.

Denique duæ emergunt difficultates: prima vtrum quilibet recitans orationem dominicam habens cum fratre ſuo rancorem, peccet dicendo: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Dicendũ quod non, cum non dicat in perſona propria, ſed in perſona Eccleſię. Cæterum quia non pronunciat eam inquantum odio cõcutitur; immo verſus cœlũ inhiãs, meritum nihilominus retardatur. Secunda difficultas. Vtrum eadẽ dilectione amicus & hoſtis diligatur: Dicendum quod dilectis ambobus propter Deum eadem poteſt eſſe dilectio

ſine debito regulata vnico: ſi autem amentur vt obiecta ſic abſolute ſumpta, diuerſæ ſunt dilectiones ſicut diuerſa dilecta. Cicero Aulum Gabinium repertum reum ſummo ſtudio defendit, qui eum in conſulatu ſuo vrbe expulerat. Val. Max. Lib. 4. Cap. 2. Idemque Publium Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum duobus publicis iudicijs tutatus eſt. Ibid. Caninius autem Gallus reum pariter atque accuſatorem admirabilem egit: & Caij Antonij quem damnauerat filiam in matrimonium ducendo: & M. Colonium à quo damnatus fuerat rerum ſuarum procuratorem habendo. *Meliores igitur amicis hoſtes*, è quorum amore maius decus aſſurgit.

Aulus Gabinius. *Val. Max.* *Caninius.* *M. Colonius.*

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui in fornace charitatis cruci affixus pro inimicis Patrem cæleſtem imploras, aufer à nobis pectus ferreum, vt iniurias facile propter te condonemus, noſtrorum criminum elutionem obtineamus, & cum hominibus reconciliati tecum reconciliari dignemur. Amen.

SABBATHO CINERVM.

Nox eſt die vtilior.

Menander
Iob.

TRanquillam quietis almam noctem ſcommis impetunt, qui noctis perfectionem vſquequo non penetrarunt. Non eſt quem lateat nefaſtos vti faſtos dies apud proceres habitos: Menander apud Græcos diem matrem atque nouercam vocitauit: Iob diem perijſſe in quo natus erat voluiſſet: Nulla nos infauſta, nulla nox nouerca, im o fœlicē & beatam noctem in benedictione cærei Paſchalis Eccleſia intonat: O vere beata nox quæ expoliauit Ægyptios, ditauit Hebræos! fœlix hodierna in qua Apoſtoli laborātes, æquoraque ſindentes auxilium diuinum à Chriſto circa quartam vigiliam noctis ſunt conſequuti.

Aue Maria.

Nocte natura humida ros è cœlo ad nos diffũditur, vnde facilius nocte quam die pluit: ſic in nocturna mentis obtenebratione & humili conditione deſcendit ros contrionis cęlitus immiſſus, pluuiam lachrymarum & contritionis immitens fuit illis in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Hæc myſtica nox compunctionis opportunum tempus eſt ad Deum attentius collaudandum. Thren. 2. *Conſurge, lauda in nocte* & Pſal. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam & nocte canticum eius. Noctu maiori cum deuotione Dei recordamur: memor fui nocte nominis tui Domine. Cum Apoſtoli in remigando laborarent, nocte auxilium diuinum eos conſolatur, & dum clamãt, Domine ſalua nos, perimus, à naufragio imminenti explicantur: hodie vero laborantes in remigando vltra ſpem à periculo eruũtur in medio mari circa quartam vigiliam noctis, & quod hic forſan non habuiſſent præſidium.

Nox.

Thren. 2.

Certa vigilia.

intempeſtæ noctis tempore accepe-runt. Vnde noctem die vtiliorem fore fateri coguntur.

Cum ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra, & videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare, & volebat præterire eos: at illi viderunt ſupra mare ambulantem, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt: omnes enim viderũt eum, & conturbati ſunt, & ſtatim loquutus eſt cum eis dicẽs: confidite ego ſum, nolite timere: & aſcendit ad illos in nauim & ceſſauit ventus. Marc. 6. Nocte hoſtem inuiſibilẽ hilarius viriliuſque ſuperamus, proſtramus: Thobias à Raphaele ta'e conſilium ſalutare audiuit. Thob. 6. Ipſa nocte incenſo iecore piſcis fugabitur dęmonium: Tartarei inimici noſtri capitales nube & nocte cõtritionis exploduntur: Hierem. 39. *Viri bellatores fugerũt, & egreſſi ſunt nocte.* Nocte poſtulata facili⁹ ab altiſſimo conſequimur. 2. Paralip. 1. Salomoni Dominus in nocte apparet, petit ſapientiam & ei confertur: Serotina hora opportunior ſemper & cõmodior ad confitendũ defectus

Marc. 6.

Thobias.

Hier. 39.

fect⁹noſtros. Pſ. 119. Media nocte ſurgebã ad confitendum tibi. & Iſaię 26. Anima mea deſiderauit te in nocte: humidam noctem Salomon in Epithalamio conciuit. Cant. 5. Capilli mei pleni ſunt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Nox myſtica humilium cõuerſatio eſt, qui in bonum animæ interius conturbantur, noctu vigilant, & cuſtodias noctis ſagaciter percurrunt. 1. Reg. 26. de hoc accuſatur Abner à Dauid, nec non cuſtodes corporis Saül, quod dormiente Domino ſopore correpti quieuiſſent, cuius ciphum & haſtam arripuerat: illi etiam arguendi, qui dum cordis periculũ emergit inedia tabeſcunt, & in vtramq. aurem cubant. *1. Reg. 26. Abner. Ciphus.*

Ancilla. Iſbozeth. Ancilla Isbozeth inepte oſtium domus apertum reliquit, dum etiam dormiente hero ſoporata opportunam Bechab & Baana horam & ianuam fecit hunc ingulandi. Spiritus noctu vigilet, vt phantaſmata vitet, & oratione inuiſibiles poteſtates arceat: Samſon in ſinu Dalidæ dormiens Philiſtæis traditur: Hercules clauam depoſuit vt nocturnis Omphalæ amplexibus potiretur: Zizara in ſinu Iaſel dormiens clauo in aure

transfixo extinguitur: quid Holophernē commemorem, quem dormientem Iudith decolauit? Certe ſomnus pernicioſus, quem mors claudit. Pſal. *Probaſti cor meum & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Iſaias nocte Deū concupiebat, Ieremias miſſos fere omnes Prophetas noctu dictitat: Daniel ingenue fatetur ſomnium Pharaonis ſibi noctu reuelatum: Ieſus Chriſtus in oratione pernoctabat, primi Chriſtiani antelucanis cœtibus meditabantur, hymnos & cantica perſonabant. Id Philo Iudæus in Alexandria ſe vidiſſe narrat.

Silentium. Fuit apud Iudæos olim mediæ noctis ſilentium orationi deputatum à viris ſanctis, quorū exemplum viri religioſi in noua lege ſequuti, media nocte ſurgunt, vt Deo laudes dicant. Diuinus namque Pſaltes ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Pſal. 118. & iterum: *Memor fui nocte nominis tui Domine*: Et ne impius Vuiclef ſubterfugiat, dicens ex vno actu Dauid non eſſe ſumendum argumentum & deducendum, vt nos qualibet nocte hoc facere velimus: Audiant hæretici ipſum pro-

Pſal. 118.

hetam non vna aut altera tantum no-
e hoc facientem, ſed per ſingulas no-
es. Pſal. 7. *Lauabo per ſingulas noctes le-* *Pſal. 6.*
um meũ, lachrymis meis ſtratũ meum riga-
. Hunc autem locum de oratione no-
urna eſſe intelligendum Beatus Hila- *Hilarius.*
us docet, exponens illud Pſalmi: me-
ior fui nocte nominis tui Domine. Sic
nim ait: ſcit præcipue nocturno tẽpore
iuini eſſe à nobis nominis recordandũ;
it tum maxime cuſtodiam Dei legis à
obis eſſe retinendam, cum ſubrepunt
nimo impuræ cupiditates, cum ſtimu-
vitiorum per recens aſſumptum cibũ
orpus exagitant: tum Dei nomen re-
ordandum, tum cuſtodienda eius lex
ſt, pudicitiam, continentiam, timorẽ
ei ſtatuens: nouit hoc præcipue tem-
ore Deum Dominum eſſe orandum,
eprecandum, promerendum, dicens
lio loco: lauabo per ſingulas noctes le-
tum meum, lachrymis meis ſtratũ meũ
igabo. Non eſt periculoſo nocturnarũ
igiliarum otio animus relaxandus, ſed
n omnibus deprecationibus, in confeſ-
ionibus peccatorum occupandus eſt,
t cum maxime corporeis vitijs datur
pportunitas, tũ præcipue eadem vitia

diuinæ legis recordatione frangantur.
Ex huiuſmodi diui Hylarij dictis conſtat
Dauid Prophetã non vna aut altera tãtũ
nocte Deũ laudaſſe, immo ſingulis nocti-
Pſal.133. b⁹id præſtitiſſe. Vt tali ſancto exercitio
intendamus nos alibi hortatur Pſ.133. *In
noctibus extollite manus veſtras in ſancta,
& benedicite Domino.*

Act.16. *Sylas.* In Actibus Apoſtolicis cap.16. dicitur
quod Paulus, & Sylas media nocte ado-
rantes laudabant Deum, & audiebant
eos qui in cuſtodia erant: ſubito ve-
ro terræ motus factus eſt magnus, ita
vt mouerẽtur fundamenta carceris, &
ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vni-
uerſorum vincula ſoluta ſunt. Nocte
D. Anthonius in ſolitudine in oratione,
meditatione, & lectione maxime occu-
pabatur, contra lucem dolebat & ſolẽ re-
Syluanus. darguebat, quod præcocem lucem mit-
teret, & mundum irradiaret: Syluanus
Abbas contemplatiuus manibus extẽ-
ſis oculos condebat, ſicq. aduerſus diẽ
conquerebatur. Cur noctem fugas in
qua diuinis amplexibus reficior, & no-
S. Ephrem. ctis ſilentio Angelicis concentibus atq.
colloquijs ſolor? S. Ephrẽ Anachoreta
frequenti & attenta meditatione cap-

tus noctu, in extaſim exceſſumq. mentis ferebatur. *Cum ſero factum eſſet erat nauis in medio mari*: noctu laborarunt in remigando, & auxiliũ opportunũ circa quartã vigiliã noctis à Chriſto Domino ſuſceperunt. Iſta nox ſuperius illuſtrata tandem aliquãdo fuit, dum ſedatis vorticibus cõſortio Domini Ieſu ſunt benedicti. Sicut enim videmus quod in nocte homines illuminantur ab inferiori per ignis ſplẽdorẽ, & ſuperius, à ſole, luna & ſtellis micãtib⁹ ſic vere illos qui ſũt in ſpiritali nocte, ignis internę charitatis interius inflãmat, gratia Dei, & ſuffragio ſanctorũ illuſtrat. Dauid medijs in ærumnis bonum huius ſanctiſſimæ noctis admittit: Pſal. *Tota nocte in illuminatione ignis*: vnde Exod. 13. numquam defuit colũma ignis per noctem: Sap. 10. fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte. *Simile.* *Exod. 13.* *Sap. 10.*

Procul dubio hæc nox multas habet illuminationes ſpiritales: Dominus nocte Salomoni apparuit, & tunc incredibili ſapientia dotatus eſt. 3. Reg. 3. Nocte legitur Dominus Danieli myſterium reuelaſſe: Daniel. 2. Nocte legitur Angelus Domini ianuã captis Apoſtolis *Gratia noctis.*

aperuiſſe: Act.5. illi qui in nocte veræ humilitatis morantur, ſpiritualiter à Deo illuminari merentur, & in illis quæ ad ſalutē pertinent clarius & perfectius illuminantur, & informantur, ita quod talis humilis & nocturnus poteſt dicere illud Pſ. Nox illuminatio mea in delitijs meis: Cati, noctua, Bubo, Veſpertilio, Vlula nocte clarius atq. melius vidēt: ſic demiſſus & humilis vir nocte aduerſitatis limpidius intuetur & diuinitus irradiatur. Act. 16. Nocte viſio oſtenſa eſt Paulo. Iudic. 6. Gedeon nocte iuſſa Dei exequitur. Syluestria animalia occultātur in die, noctu vero venātur: Pſ. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox, in ipſa pertrāſibūt omnes beſtiæ ſyluę. Iudic. 9. Ionatha ſuperſtite iubetur ſurgere & occultari vt vincat: ſurge itaq. nocte cum populo qui tecū eſt, & latita in agro, & primo mane oriente ſole irrues ſuper ciuitatem.

Animalia noctis.

Nocte fœlix ęternæ vitæ ſpecimē eſt: nox enim ſeu homo in nocte laborū fluctibus non turbatur: gallorū cantibus exhilaratur: ardorū facibus nō obruitur. Homines & bruta die laborantia nocte quieſcūt, dormiunt vt viuant: Som-

nus enim eſt quies virtutũ animaliũ cũ intenſione naturalium: corpora laboribus diurnis conquaſſata noctis requie reficiuntur. Sancti & iuſti die peregrinationis iſtius exercitati plagis, tentationibus, fame, ſiti, ſcorpionibus, carceribꝰ martyrioq; lancinati, conſolantur, quieſcunt & in çternum beantur. Luc. 17. Erunt in illa nocte duo in lecto vno, eodẽ paradiſo fruentur.

Numquid per totã noctem galli ſuis nos cantibus recreant, tædium leuant, mediã noctem occinunt, & auram intimant, beatorum turmæ & Angelorum Chori Dei præconia inceſſanter çeleſtibus modulis intonant? 13. Marci: media *Marc. 13.* nocte gallus cantauit. *Gallus.* De Deo etiam dicitur Iob 35. Ipſe dedit carmina in nocte. Paradiſus terreſtris (ex Solino) aſcẽdit vſq. ad globũ lunarem, vnde aquæ cataclìſmi illuc minime peruenerunt, ex[illegible]o conſtat quod erat altior æthere: ſi quid mirũ in eo obſeruaueris, ſerenã, clarã, & delectabilem noctem, quod nec in Caucaſo, nec Olympo fuit habuit. *Caucaſus.* Nullis calorũ æſtibꝰ homo in iſta nocte grauatur: *Olympus.* ſicut enim præcedentis diei radij & calores in nocte temperantur: ſic

in Paradiſo non ſolum temperantur: quinimmo totaliter abolentur ardores tentationum quas patimur in hac terrena peregrinatione: Sap. 10. fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem: nox enim quid aliud quam vmbra terræ? nox gloriæ Paradiſi vmbra illa eſt, quæ animabus verum refrigerium tribuit.

O fœlix nox, in qua diſcipuli laborantes in remigando diuinam opem implorarunt, & à Chriſto Ieſu mare & tempeſtas ſedatur! Ambulauit ſupra mare vt ad eos veniret. Mare ſulcat Chriſtus, & Apoſtoli ſunt in naui: ars naturæ defectum ſupplet, ita quod deficiente lumine ſolis candela accenditur vt domus noctu illuſtretur: non valens ob grauitatem turrim aſcendere & volare, ſcala vtitur: Aquam tranſuadere non valens niſi mergatur, nauem parat qua æquora ſulcat.

Quatuor genera hominum nauibus vehuntur: Piſcatores Lucæ quinto. Duc
Piſcatores. in altum & laxate retia in captu-
Bellatores. ram. Matthæi quarto. Faciam vos fieri
Viatores. piſcatores hominum: Bellatores;
Mercatores

1. Mach. 15. Fero naues bellicas, volo autem procedere per regionem vt vlciſcar in omnes qui concupierunt regionem noſtram. Tot ſunt in Eccleſia naues bellicæ, quot ſunt ordines & religiones quę aduerſus vitia, hæreſes, & malas artes ſatanæ præliantur. Negotiatores. Prouerb. 31. facta eſt ſicut nauis inſtitoris. Chriſtus verus mercator diuinas merces è cœlo trāſtulit ſe ipſum tribuens. Piſcatores: Math. 9. Aſcendens Ieſus in naviculam transfretauit, & venit in Ciuitatem ſuam.

Triplex nauicula in arcanis ſacrę paginæ offenditur: Crux triumphalis quam Chriſtus aſcendit Math. 8. hac ſalutem adipiſcimur. Sap. 14. Exiguo ligno credunt homines ſaluare animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Pœnitētia ſalutaris: Iſai. 60. Me expectant inſulæ, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de lōge: longe exiſtunt peccatores Deo ducendi: Iſai. 60. filij tui de longe venient. Eccleſia nauis eſt cuius anchora ſpes, velum charitas, malus ſeu arbor fides, humilitas gubernaculum, ventus proſ- *Triplex Nauicula.* *Baſilius.*

per Spiritus ſanctus. Vates Eccleſiaſticus D. Petrum ita ordientem introducit.

Eccleſiam pro naue rego, mihi climata mūdi,
Sacræ ſcripturæ retia, piſcis homo.

Habent hęc emphaſim, & quod nauis eſſet in mari, & quod in medio maris procellas D. Baſilius interpretatur Lib. de Spiritu. ſancto Cap. 30.

Baſilius.

Tempeſtatem Eccleſiarum, in qua & omnes Patrum termini commoti ſunt, & omne fundamentum, & ſi quod eſt dogmatum munimentum, id ipſum concuſſum eſt, nimirum ſchiſmatici & heretici ſpumę earum ſunt procellarū, quas cauda ſua Behemoth princeps ſuper omnes filios ſuperbię (Sathan) excitat. Iob. 41. Sunt enim illi cupidi, elati, ſuperbi, voluptatum amatores, ſpumantes in ſanguinem, vt olim Saul contra Chriſtianos. Hos luxuria & ambitio promouet & concitat in Eccleſiam. Tyranni quoque ſpumę huius maris, & tempeſtatis fuerunt, omnes ſane crudeles, impij graſſantes, quique vt feræ tygrides numquam furorem poſuerunt, quales fuere Nero, Decius, Domitianus, ſimulque barbari multi, vt

Tēpeſtas.

Behemoth.

Nero.
Decius.

docet Theodoretus quod enim illi (inquit) crudelitatis genus in Chriſtianos commenti non ſunt? an non illi tergora diripuerunt? non manus pedeſque abſciderunt? non aures nareſque obtruncarunt? nō ad exceſſum doloris vincula arctiſſima inuenerunt? qui tametſi in Chriſtianos deſpumarēt, nunquam tamen Eccleſiam obruerunt. ſed neque hęretici quātumuis crudeles in Eccleſiā pręualuerunt; immo omnes hi, vt fluctus euanuerunt! idcirco Auguſt. Tom. 8. enarrat in Pſal. 57. Non vos, ait, terreant fluuij qui dicuntur torrentes: hyemalibus enim aquis impleti, ad tempus perſtrepunt, mox autem decurrentes ceſſabunt: multæ enim hæreſes decurrunt, riui earum excitati ſunt, adeo vt vix earum memoria reperiatur. Inter ſe enim hæ conflictantur (ait Niceph. lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 5.) non aliter quam fluctuum commotiones inſurgentes, ſubinde atque decidentes, in varias abeunt formas: & poſtremo vt nihil earum appareat, euaneſcunt. *Domitianus* *Aug. simile.*

In medio autem horum fluctuum verſatur Eccleſia, quod vndique inimi-

cis obſideatur, domeſticis hęreticis, qui velut genimina viperarum pectus matris vt naſcantur, rodere nituntur, & extraneis Ethnicis, Tyrannis & Barbaris infidelibus. Sic Eccleſia in altitudinem maris venit, adeo vt ſicut vas fluctibus excuſſum, ſic illa modo exaltetur, probetur, & laudetur, modo deprimatur & vituperetur, & quaſi ignobilis habeatur. O fœlix periculum diſcipulorum! Tale periculum emergens auocauit Ieſum à terra, qui ad eos venit ſupra mare ambulans: quo facto, vt ſenſiles, ita ſpiritales doctrinarum peruerſarum fluctus domare ſe poſſe docuit. Mirabile autem hoc, ſed Chriſto facile, vt qui corpus ſuis qualitatibus eximere potuerit, cum voluit: implete ſunt hic Prophetię. Pſal. 76. *In mari domine via tua*: & Iob. 9. graditur enim ſuper fluctus maris. Item Eccle. 24. Qui dicere poteſt, in fluctibus maris ambulaui.

Pſal. 76.

Cæterum vt ignoramus quomodo de virgine natus ſit, ait D. Dionyſius Areopagita Lib. de Diuin. Nom. Cap. 2. Part. 1. Ita quomodo ſuper mare ambulauerit: hoc enim fuit virtutis diuinæ, ſed

ſicut tyrannici fluctus, ita nec hęretici in Eccleſiam præualuerunt. Greg. Nazianz. Orat. 22. ad Heronem:fuit enim tempus cum ab hæreſibus tranquilla eſſet Eccleſia, cum ceſſaſſent Simones, Marciones &c. qui in proprio ſubmerſi fuere profundo: Mōtani deinde ſpiritus malignos, Nouati quoque audacia, ſeu puerilitas,Sabęllijque malum euanuit,nec in re vlla Eccleſiam læſit.Deo quoque præſtante Sacramentarij & Anabaptiſtæ peribunt : Ambulabit Chriſtus ſupra fluctus illorum, imperabit ventis, & fiet tranquillitas maxima. *Montanus.*

Fridericus Imperator in Eccleſiam eiuſque antiſtitem coniurauit, auſuque temerario ad ſummum Pontificem ſcripſit hæc carmina.

Roma Diu titubans Varijs erroribus acta
Corruet,& mundi deſinet eſſe caput.

Ad quem Beatiſſimus Pater non minus apte quam docte reſpondit.

Niteris incaſſum nauem ſubmergere Chriſti:
Fluctuat, at numquam mergitur illa ratis:

Leuior & amentior humanarum actionum comprobatur, quod auris & fluctibus vitã expoſuerim⁹ noſq; crediderimus æquori magis omnium elemẽ-

torum barbaro & infido.

Fortui-torũ mare capax. Pytacus Tacitus ex Plutarcho ita docet nihil eſſe tam capax fortuitorum quam mare: Ægyptiorum ſapientes occeanum hoſtem immaniſſimum aſſerunt. Agens animam Antipater proſperos peregrinationis ſuæ dies referens, fœlicem & proſperam in Ciliciã & Athenas nauigationem non prætermiſit, quod ſe ab inclementibus vndarũ vorticibus explicaſſet. *Cato.* Ob tria Cato maxime lugebat: Primo quod mare transferet auerat, dum terra iter ſuum conficere poterat. *Anacharſis.* Cordatus Scytha Anacharſis interrogatus, quænam aptior & melior tæda foret (ait & incunctanter reſpõdit) quę ad portum venit, aut in littore eſt hæc, à ruina diſtat quãta eſt ipſius craſſities: Iuuenalis ſatyr. 12.

I nunc, & ventis animam cõmitte, dolato
Confiſus vento, digitis à morte remotus
Quator aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.

Iterum Anacharſis rogatus dicere quid de nauigantibus ſentiret nec ne: viuerent, inter mortuos hos collocauit. Coram Antiſthene inſtitoris cuiuſdam percurrentis æquora varia & ſinus remotiſſimos facultates æquilibrans

riſum faciens dixit: Bona aut bona autumauerim chordulis & antennis nauium affixa? Antiphanes vero aptius opinatur, negotiatoribus timorem incutiens, quorum bona ventis & vndis ſternũtur: nec aues per aera volitantes, nec piſces in aquis natantes venundãtur, & tutior pauper agros colens mercatore maria ſulcante.

Diſcipuli Ieſu Chriſti periculum maris ſunt experti, & poſt diuturnam vndarum & procellarum agitationem fœlici nocte donati, circa quartam vigiliam à Chriſto Domino pede ſicco vndas conculcante ſunt liberati: in huius miraculi typum naſcente orbe ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas: Domini ſiquidem proprium ſuper aquas ambulare: hic graditur ſuper fluctus maris, & D. Petro ſimilem gratiam contulit, verum in fide titubans mergebatur, & auxilium Chriſti implorans arguitur, atque à periculo liberatur Pſal. *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis* Populus Iſraël ſub Moyſe mare rubrum ſicco pede tranſuadauit. Item Iordanem ſub Ioſue, & ſub eodẽ Pharao ſubmerſus cum copijs. Moyſes *Diſcipuli Chriſti.*

in fiſtula ſcirpea expoſitus aquis, à filiâ Pharaonis colligitur, fouetur & ſeruatur. 4. Reg. 2. Helias & Heliſeus ambo ſtabant ſuper Iordanem: tulitque Helias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas quæ diuiſæ ſunt in vtramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum. Myrtillus clypeo in bello certando, & vt aquas tranſiret vtebatur. Arion delphino inſidens, Corintho patriam repetens mare tranſiuit, & à prędonibus ſeu piratis ſe exemit. Phryxus & Helle materteræ iram declinantes ariete aureo aquas tranſmearunt. Fortuna dea apud Alciatum effigiatur maria percurrens ſuper rotam. D. Raymondus à Peigna fort ab inſula Maiorica Barchinonã baculo & cappa vehitur. Sancta Maria Ægyptiaca flumen cruce ſignatum pede ſicco tranſiuit. Probati per fluctus & ventum contrarium ſunt Apoſtoli, ſed verus Neptunus Chriſtus maria conculcans, quarta noctis vigilia ad illos reficiendos & liberandos cucurrit.

4. Reg. 2.

Myrtillus.

Arion.

Phryxus & Helle.

Fortuna.

S. Raymondus.

Iliadem infortuniorum noſtrorũ Chriſtus haud inclementer aſpicit: quod ſi Apoſtolis noctu remigantibus & peri-

& periclitantibus Saluator à terra procul Neptunum furentem inſpectabat, tamen auxilium opportunum deſperantibus noctu non denegauit, veniens ad eos tempeſtatem ſedauit, & eos vberrime eſt conſolatus.

Abſit à nobis vt hunc Neroni aſſimilemus, qui ab altiſſima turri flammas & ignem Romam conſumentem inſpexit conflagrationi attentus, & aquas negans vt extingueretur. Abſit à nobis Chriſtum Dominum immaniſſimo Scipioni æquiparare, qui olim ab altiſſima rupe nauali prælio duos exercitus dimicantes inſpexit, & præſidium ſicut auxilium negauit. Abſit à nobis Chriſtum cum proditore Nauplio conferre, qui ex pharo naues Vlyſſis velis & remis laceratis & periclitantibus pectore & affectu ferreo eſt intuitus. Ad diſcipulos ſuos Chriſtus optimus & miſericors circa quartam vigiliam noctis, vt eos liberet accelerat. *Nero.* *Nauplius.*

Audite Dauidis benigniſſimum

Pſalm.76. oraculum. Pſ. 76. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & intendit mihi, in die tribulationis meæ dum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus.* Laſſos, fatigatos, attritos, mœſtos, vt plurimum ſomnus occupat, verum ſi neceſſitas vrgeat, excuſatur: ſi autem acedia vel inedia ſoporemur, dæmon ſe immiſcet, vt orationis, bonique operis fructum impediat: quibus occurremus ad exercitia, ad orationem, ad mortificationem, ad ieiunia, ad diſciplinas deflectentes: ſic primi Anachoretæ ſomnum deuiabant.

Dormitio. Diuus Bernardus dormitionem tempus perditum voluit: Cordatus eremita Iſidorus dormire coactus conquerebatur, & ingenue fatebatur ſe ſomnum cum brutis commune habere, & vigilia cum Angelis beatis adſcribi, qui perpetuo ſine requie in cæleſti curia benedicunt Dominum. *B. Baſilius.* Beatus Baſilius laudibus diuinis & precibus pernoctabat, vigilabat: quoniam parce viuens aluum ferculis non implebat: *Prouerb.6.* Prouerb. 6. ne dederis ſomnum oculis tuis,

nec dormitent palpebræ tuæ, eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de inſidijs aucupis. Audite vatis dictum colendiſſimum:

Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto,
Ipſa ſed aſsiduo parta labore venit.

Si verborum inanium in iuſto Dei tribunali reddenda ſit ratio, quāto magis de iactura temporis, de otio, de ſuperflua & inutili requie? qui maiori fulgebant iudicio noctis ſomnum tēperarūt & vigilijs intenti, orationi ſe dederunt, exemplo Dauidis in orationibus noctē conſumentis. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meū, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. *Vigilia Hebræorū.*

Hebræi poſt tranſitum maris rubri quater in nocte ſurgebant, vigilias & excubias decernebant, orationique vacabant. Prophetæ vigiles per Antonomaſiam dicti, cum Deo nocte die præſtantiore in ſilentio conferebant: hoc Dauid fatetur Pſal. 16. *Probaſti cor meū, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Pſal. 41. *fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus* *Pſal. 16.*

tuus? Noctu Seraphicus Pater noſter Franciſcus poſt ieiunia ſolita vigilijs, lectioni, meditationi, & orationi intentus, accitur ab Angelo vt ad ſacellum ſeu ędiculam Portiunculæ iuxta Aſſiſium ſe conferat, vbi ſpecimen gloriæ æternæ in viſione ſanctiſſima habuit, & conſilio propitio deiparæ indulgentiam plenariam pro fidelibus Chriſtianis hoc templum introeuntibus obtinuit: noctu vexilla cruciata, noctu innumeras cæleſtes recreationes ſanctiſſimaſque apparitiones habuit, & quanto ab hominum colloquio remotior, tanto plura diuina ſolamina experiebatur. Ex his & paribus conijcio noctem die fore vtiliorem.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui lucem inacceſſibilem habitas, qui mundum à nocte incepiſti, credimus quod dum medium ſilentium tenerent omnia, Omnipotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit, quia media nocte clamor fiet citatorius,

vt obuiam ſponſo eamus :fac nos ſemper vigilare & orare, vt ſicut Apoſtoli laborantes in remigio noctu circa quartam vigiliam fuere liberati, ſic nos in nocte huius vitæ periclitantes auxilio diuino freti ad portum ſalutis perueniamus. Amen.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ.

Deſertum tranquillius eſt Ciuitate.

Diana.

FVit antiquitus in Græcia (teſte Plinio) Dianæ celebre ſimulachrum, quod ex aditu ſeu limine delubri vultum mœſtum introeuntibus oſtendebat, litatione autem & adoratione facta ſalientes ipſius intuitus & hilares aſpectus animaduertebant: pari ratione introductio deſerti aſpera, ſed illius quotidiana frequentatio angelicas atque diuinas cõſolationes excitat: Deſertum Chriſtus tranquillius ciuitate voluit.

Aue Maria.

FAcetus apud Menandrum A- *Agricultura.*
gricola citius campum quem
coluerat adorans quam ſimulachra
ipſa : interrogatus, cur hoc ageret ? Reſpondit , Aratum ſolum omnia mihi neceſſaria erogat, Penates vero noſtri nihil : ſi rus largiſſime non dat, ſaltem data gratiora ſunt. Delicata fercula ciuitatum otia pariũt, quæ continuus villarum & deſerti labor fugat. Ciues morborum & ægritudinum mancipia , ſolitarij bona valetudine fruuntur.

Quę naturam reficiunt, vniuerſæ creaturæ rationali ſatis eſſe debent. Ludi & ſpectacula hiſtrionum & comicorum ſunt : Senator purpuratus differt à ſe ipſo veſte familiari & quotidiana induto intra ædes proprias. Mundus vniuerſus exercet Hiſtrioniam. *Xenophon.*

An non aurea eſt ſolitudo ? Xenophon agriculturam omnium genitricem appellat, ſine qua inedia &

Artaxerxes fame extingueremur. Artaxerxes cuidam ruricolæ Reipublicæ dominium contulit, quod ſua arma colens malum punicum ex proprio prædio obtuliſſet. *Foroates.* Foroates Indiarum Rex interrogat⁹ vnde viueret; hortus ſui palmas & caules indicauit, quæ vomere laureato & manu illuſtri colebat: propterea à Philoſopho inter fœliciores conſtitutus Imperatores.

Curius Dentatus. Curius Dentatus cum innumera terrarum ſpatia acquiſiuiſſet, campos diuiſit ſuis militibus, vt otia fugientes cōtinuo exercerentur.

Mythologi Dianam venationis Deam nuncuparunt, non aliunde, niſi vt demonſtrarent exercitia fugare liuorem & voluptates. Laudandus equidem *Hypolitus.* Hypolitus difficilem venationem amatorijs illecebris anteuertens. *Scipio Naſica.* Cum æmulo Athleta Scipio Naſica luctabatur, calloſas eius volas contrectans percontatur nū manibus graderetur, hoc illi vitio verſū: & à Cenſore taxatus, imo depoſitus, propterea quod vitam ruſticam ſeu deſertum ſpreuiſſet.

Tunc Imperia & Reſpublicæ floruerunt, quando deſerta, ſolitudines & agri habitati. Quod Antiquitas ſuperſtitionibus oppleta oraculum nuncupauit, nos eremum, deſertum,& ſolitudinem dicimus apud Chriſticolas: oracula inhabitabant flamines, deſertũ incolunt Anachoretę, Eremitæ: Siculorum oraculum Lybens extitit: oraculum Rhodiẽſium Ceręs: Oraculum Delphicum Apollo: oraculum Epheſinum Diana: oraculum Paleſtinorum Belus: Oraculum Numidarum Iuno: Oraculum Romanorum Berecinthia: oraculum Thebanorum Venus: oraculum Nauarræ & Cantabriæ Proſerpina: oracula Eccleſiæ Romanæ clauſtra, monaſteria, eremi, deſerta. *Oracula varia.*

Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu Vt tentaretur à Diabolo. Math. 4. In deſertum ducitur, quia ibi non eſt inſtrumentorum melodia, ciborum copia, hominum conſolatio. Per iſtud deſertum ſignificatur prçſens vita: ſicut enim filij Iſraël non potuerunt intrare terram promiſſionis, niſi manſiſſent in deſerto ſuſtinentes multa mala: ſic nec poſſumus ingredi in cœlum niſi patia- *Math. 4.* *Simile.*

mur hic aliqua dura & aſpera pro pœnitentia. *Luc. vlt. oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriã* : & quemadmodum filij Iſraël in deſerto ſuſtinuerunt tria: ſcilicet longã & periculosã peregrinationem, magnam & auguſtam hoſtium expugnationem, grauem & intolerabilem ſitis refectionem: nos oportet hic agere vitam vt peregrinos. *Hebræor.*13.*non habemus hic permanen tem Ciuitatem, ſed futuram inquirimus.* Filij enim Iſraël in deſerto fecerunt ſibi tuguria, non caſtra, non palatia, ſed de fragili materia tabernacula; ſic nos faciamus: hoc tamen aduerſatur multorum curioſorum affectibus & expenſis, qui ad voluptatem ædes conſtruunt, qui poſt quærendos & fodiendos lapides mortuos inhiant, negliguntque viuidos, ac ſi in æuiterna luſtra ſic manſuri eſſent.

Luc. vlt.

Hebr. 13.

Vt pluribus maximis ſumptibus palatia erigentes raro hæc inhabitant, verba Saluatoris Marci.13. vix põderantes, qui vni ex diſcipulis ſuis dicenti, *Magiſter aſpice quales lapides & quales muri*, dixit: *Amen dico vobis, non relinquent lapidem ſuper lapidem.* Ta-

Marc.13.

les ſimiles ſunt ædificantibus turrim Babyloniæ, qui volentes ex hoc nomen ſuum magnificare, turpiter à Deo confuſi fuerunt, vt dicitur Geneſ. 11. hinc Bernardus de cura rei familiaris ait: Ad ædificandum cogat te neceſſitas, non voluptas. *Turris Babylonia* *Gen. 11.*

2. Filij Iſraël in deſerto habuerunt magnam & celebrem hoſtium expugnationẽ, ſic nos in hoc mundo contra carnem, mundum, & diabolum viriliter pugnemus. Dæmõ ambidexter duplici machina cõtra nos armatur, ſcilicet occulta ſuggeſtione & aperta impugnatione: ſuggeſtionem vincamus per prudentiam, quia rerum exitus prudentia metitur: ſic fecit Chriſtus vincendo eum non potentia, ſed ſapiẽtia ſcripturarum. Impugnationem vincamus per patientiam, quia æquanimiter tribulatio toleratur. Mundus certat duplici telo, Ambitione honorum, & amore diuitiarum: Ambitionem Iudicij apprehẽſione fugiamus, quia ſtrictiſſime iudicabuntur honorum faſtigia occupantes. Sap. 6. *Iudicium duriſſimum his qui præſunt fiet.* Secundam, nempe Philargyriam debellemus amore Chri- *Sap. 6.* *Phylargyria.*

ſti pauperis naſcẽdo, viuẽdo, moriẽdo. Et iuxta conſiliũ Apoſtoli, habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſim⁹. Caro præliatur haſta duplici, ſcilicet gula & luxuria: haſta prima frãgenda parſimonia, moderate manducando & bibendo, ſecunda per continentiam.

Tertio filij Iſraël habuerunt in deſerto grauem & intolerabilem ſitis arefactionem: nam ſicut de eis fertur: multitudo eorum ſiti aruit: & Sap. 11. dicitur, *Sitierunt & Deum deprecati ſunt*, diuina vero prȩſtante prouidentia accidit, quod cum non potuiſſent bibere aquam præ amaritudine Exod. 15. immiſſo ligno dulcoratæ fuerunt, & cum hoc de petra produxit eis aquas largiſſimas. Si nos debemus eſſe in continua ſiti diuinȩ dulcedinis, vt nobis omnes delectationes mundi videantur amaræ. Philip. 3. *Omnia arbitratus ſum vt ſtercora*: Galat. 6. *mihi abſit gloriari niſi in cruce*. Vnde ait Auguſt. omnis copia eſt. Dicat igitur quilibet noſtrũ illud pſalmi. Sitiuit in te anima mea. Ad ſecundam ſitim inuocandus eſt Chriſtus fons vitȩ, qui nos accit: ſi

Sap. 11.
Exod. 15.
Lignum.
Philip. 3.
Galat. 6.

quis ſitit veniat ad me,& bibat:& Ioan. *Ioan.4.*
4. *ſi quis biberit ex hac aqua quam ego dabo, non ſitiet in æternum.* Sicut autem Deus in deſerto filios Iſraël rexit, ne victualibus deficerent, protexit ne coram hoſtibus ſuccumberent, & direxit ne in ſolitudinibus viam perderent: eadem Dominus in ſe ſperantibus largitur Iſai. *Iſai. 51.*
51. *Ponam deſertum eius quaſi delitias, & ſolitudinem eius quaſi hortum* Domini.

Certum, Certũ eſt quod deſertum & ſolitudo maiorem Ciuitatibus tranquillitatem ſnbminiſtrãt quã. Ciuitates malorum omnium ſentinæ: Hoc dato conſulto Dauid Pſal. 54. in hæc *Pſal.54.*
verba prorumpit: quis dabit *capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum*? Si quis iacturam vitæ fœlicis, & mundi illecebras nouerit, in antris ſe condet, & in deſertis locis ſe recipiet: Ad hunc volatum pennæ columbarum vtiliſſimæ, quarum proprium eſt vt ſimplices & timoratos nos efficiãt. In hoc ſiquidem vitiorum certamine timor Dei conducit, & fuga præſtat. *Pſal.54.*

Pſal. 54. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine, expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tem-*

peſtate. Talia amplectuntur religioſi, qui ſpreto ſeculo intra ſepta monaſterij clauduntur, ſe à negotijs, ærumnis & tumultu explicantes. Cupitis concipere quonam pacto fuga ſeculi ad ſalutem neceſſaria, & quibus periclitamur in mundo? Conflagrationem quinque Ciuitatũ inſpicite, de quibus Gen. 19. ampla & ſufficiens narratio contexitur: Tunc ſcietis Loth ſolum cum conſorte à flammis erutum cum ſua familia: immo ipſius generi ignem cœlitus emiſſum non euaſerunt, quod monita ſoceri flocci feciſſent: Coniux etiam perijt in ſtatuam ſalis verſa, quod monitum & dictum Angelicum ſpreuiſſet, retroque aſpexiſſet.

Conflagratio quinque Ciuitatum

Geneſ. 19.

Vxor Loth.

Locus iſte flammis exuſtus mundum igniculis cupidineis conſumptum intimat, cæcum & tenebris cimmerijs impeditum. Vnum igitur ex ſalubrioribus bonis orbis & vitæ eſt, Angelica impulſio, ſeu inductio ad ſeculi fugam. Loth imitemur, ne flammis conſumamur. Verum conſulto inſpiciendũ & animaduertendum quo tramite, qua via eundum ſit. Loth ſiquidem anfractuoſa & montana veri-

tus aſſignata pro aſilo, licentiam poſtulauit migrandi in Segor Ciuitatem planitiei. Aliunde territus & inſperato rogo inuaſus extempore in monte ſaluum ſe fecit. Mons huiuſmodi non aliud quam apicem vitæ euangelicæ notat, cuius aſperos calles reformidant qui dulcedine mundi & voluptatum eius trahuntur, & arctum iter ſpernentes latam viam quærunt, eius vero damna conſpicientes ſtatim relictis omnibus ad cœleſtia ſuſpirant.

In duello & ſingulari certamine vitio vertitur, & infame eſt fugere: fuga ſiquidem nobilem dedecet, nobilitatiſque gradu priuat, eo quod arena campuſque certaminis deſeritur & nos victos fatemur: in vitiorum autem pugna fuga eſt optimum & melius ſcutum, fugiendo vincimus, fuga lauream ur: ſic nos à conſpectu hoſtium amouemus, ſalutem noſtram quærimus, ſanitatem fouemus, fuga inimicum dearmamus & proſternimus. Cum enim ſingula vitia ſtimulos ſuos nanciſcantur, victoriam adipiſcimur dum fugimus: tunc rem ſpretam con- *Fuga.*

ſternamus: ſed nobis dominamur & concupiſcentiæ: fortior eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit mœnia. Fuga hæc non eſt condemnanda, cordi effœminato & vecordi adſcribenda, ſecus autem magnanimitati referenda eſt.

Ambroſius de fuga ſeculi Cap. 4. non erubeſcamus fugere, receſſus enim à periculo fuga eſt honoranda. Prudentiæ pars eſt mala ventura prę uidere, vt ab ijs eruamur Quod ſi in corporeis hæc plurimũ valent, quanto magis in ſpiritalibus? Ærumnæ corporeæ ceſſant, ſpiritales in æternum vigent. Inſanus & mentis expers iudicatur qui cum ſatana appetitu naturæ in agone contendit.

Prouerb. 6. Prouerb. 6. *Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo vt veſtimenta illius non ardeant?*

Quis nudis plantis illæſis prunas ardentes tranſcurret? *Greg. Niſſ.* Gregor. Niſſ. Lib. de virginitate, ſicut flumina redundantia & torrentes inundantes terras contiguas deuaſtant, & remotas non contingunt: ſic qui viuit in ſeculo voluptatum fluminibus mergitur, depopulatur, in remotis autem degens, in deſertis aridis & ſolitudine viuens illæ-

ſus per-

ſus permanet. Flammas Sodomæ non declinabit qui extra mœnia non egredietur: nec terram promiſſionis ingredietur, qui in deſerto & ſolitudine non fuerit.

Diuus Hieronymus non tantum fugere ſuadet, ſed etiam nuditatem conſulit: qui enim aliquid de mundo retinet, mũdum non fugit: locum tantum mutat & mundum ſecum transfert. Quamdiu Ioſeph pallium Domina vrgẽte retinuit non euaſit, nec potuit profugus miniſtrorum Chriſtum tenẽntium manus euitare niſi relicta ſindone: Helias curru igneo non fuit tranſlatus, quin prius pallium Heliſeo dimiſiſſet. Hinc ſapiens orditur: qui tangit picem inquinabitur ab ea: dum ſumus in ſeculo negotijs mundi oppreſſi, bonis & prouentibus occupati, vix meditamur ſalubria atque diuina.

Hieronym. *Ioſeph.* *Helias.*

Rurſus Diuus Ambroſius codice de fuga ſeculi. Ciuitates refugij circa regionem Leuitarum erant, & id myſterium complectebatur quod ſequaces Chriſti, Deo litati, mundi illecebras, & ſpernere & flocci facere debẽt. Qui Deũ præſidio habet, illum ſolum diligat, poſt

Fuga ſeculi.

hunc aſpiret, ne alia neceſſitate teratur Sacerdos, clericus, Monachus, Religioſus negotijs ſecularibus ac domeſticis exutus, parentibus orbatus ſoli diuino cultui intendit.

Cyprianus D. Cyprianus lib. I. Epiſt. II. vult mundi contemptorem & ſolitudinis ſeu deſerti cultorem à ſeipſo etiam recedere, vt ſatanicis faſcinationib⁹ obuiet. Paul.

Epheſ. 4. 4. Epheſ. Nolite locum dare Diabolo. Vigilandum vt nauem peregrinationis noſtræ à ſyrtibus & cautibus eruam⁹, ſi enim ad ſcopulum collidatur, aut rupem

Similia. vi conterat, perit. Sarcinæ in rogũ lapſæ ſtatim euellantur, ne in cineres redigantur: tempeſtate durante & ingraueſcen-

Galat. 6. te vniuerſi periclitamur. Galat. 6. Si quis exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, fallitur, & veritas in eo non eſt, ſẽper cauendum à noxijs. Itaq. ingenuè cum proauis fateamur nihil in hac peregrinatione fuga ſeculi ſalubri⁹, ſic illius illaqueationes vitamus: qui enim amat periculum peribit in illo. Verum enimuero videndum & prudenter conſiderandum quò nos recipiemus vt tuti ſimus. In monte, in ſolitudine, in deſerto ſalus exquiritur, quæ receptacula gradum faciunt cer-

tiſſimum ad ſuperiora, quod ſi aſperum & anfractuoſum ſit iter, proximitas cæli & gloriæ nos reficiat. Deſertum, montana, lucus, ſolitudo, à turbine quotidianarum ſolicitudinum nos amouent, immo ſolatijs & ſpiritalibus præſidijs & conſolationibus ſcatent.

D. Bonauent. in Apol. Pauperum, omne peccatum ab inordinato affectu mutationis incommutabilis boni in commutabile bonum proficiſcitur, quādo diuina relinquētes carnis illecebras, honores atque diuitias inſequimur quę nos præcipitant. Non tātum deſertum & clauſtrum à peccato remouent, & ab adiunctis, ſed etiam terrenorum amorem euellunt, & ad conculcanda etiam nos pelliciunt quæ nobis neceſſaria & ſine diſpendio animæ poſſidentur. Quanto dignior religionis ſtatus, inde maiores vtilitates hauriuntur: cęleſtium ſpes & meditatio, contemptum ſeculi promptiorem efficit. Neſcitis quod hic in ſtadio currunt omnes, ſed vnus capit brauium. 1. Cor. 9. Vita humana per omnia curſus & via ad futurum ſtatum. *Clauſtra.* *1. Cor. 9.*

Creatio noſtra non aliunde inclinatur, ad hoc plaſmati ſumus: ea eſt meta ſeu ſcopus actuum & affectuum noſtrorum, ſtudiorum & laborum. Si veteres curſores pro inani præmio in ſtadio curſitabant: quanto magis poſt æterna nobis ſuſpirandum in deſerto & abdito loco? Inuiti iam properate. Nolo priſtinarum neceſſitudinum recordemini. Nudos amat eremus.

Qui in Chriſtum credunt eius credant ſermonibus. *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis: non pera vobis ſumenda, non virga eſt.* Affatim diues eſt qui cum Chriſto pauper eſt. Quid agitis in paterna domo delicati milites? vbi vallum? vbi foſſa? vbi hyems acta ſub pellibus? Ecce de cælo tuba canit: ecce cum nubibus debellaturus orbem imperator armatus egreditur: ecce bis acutus gladius ex Regis ore procedens, obuia quæque metit, & vos de cubiculo ad aciem, de vmbra egredimini ad ſolem? Corpus aſſuetum tunicis loricæ onus non fert: caput o-

pertum linteo galeam recuſat: mollem otio manum durus exaſperat capulus. Audite edictum Regis veſtri: qui non eſt mecum contra me eſt, & qui mecum non colligit ſpargit: Recordemini tyrocinij veſtri diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepulti, in Sacramenti verba iuraſtis: pro nomine eius non patri parcituros eſſe, non matri. Ecce aduerſarius in pectore veſtro Chriſtum conatur occidere. Ecce donatiuum quod militaturi acceperatis, hoſtilia caſtra ſuſpirant. Omnis qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo Chriſtiani eſtis? Reſpicite Petro relictum rete: reſpicite ſurgentem de teloneo Publicanum ſtatim Apoſtolum. Filius hominis non habet vbi caput reclinet, & vos amplas porticus & ingentia tectorum ſpatia metimini? hæreditatem ſpectantes ſeculi, cohæredes Chriſti eſſe non poteritis. Quid facitis in turba qui ſoli eſſe debetis? Et hoc ego non integris rate vel mercibus, nec quaſi igna-

rus fluctuum permaneo, ſed quaſi nuper naufragio eiectus in littus timida
Charibdis voce nauigaturis denuncio. In illo æſtu Charibdis luxuriæ ſalutem vorat. Ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia, ſcyllaceum renidens libido blanditur. Hîc barbarum littus, hîc Diabolus Pyrata, cum ſocijs portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri. Licet in modũ ſtagni fuſũ ęquor arrideat, licet vix ſumma iacentis elementi ſpiritu terga criſpentur, magnos hic campus montes habet: intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis. Expedite rudentes, vela ſuſpendite. Crux antennæ figatur in frontibus, tranquillitas iſta tempeſtas eſt. ſed forte dicturi eſtis: quid ergo? quicumque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? non eſt nobis eadem cauſa quæ cæteris. Dominum auſcultate di-
Math. 19. centem: *Si vis perfectus eſſe* Math. 19. *Vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Ego autem perfectum me fore polliceor vale dicens ciuitatibus, mundo, nihil præter Chriſtum habere concupiſco, aliàs perfectionis culmen contingere nequaquam valerem.

Cupitis etiã vos, ô Chriſtiani, perfecti eſſe? mẽtimini certe ſi paterna bona nõ ſpernitis, ciuitatem deſertis non poſtponitis, Dominum fraudatis ſi perfecti non eſtis: Diuinis Euangelium vocibus contonat: *Non poteſtis duobus Dominis ſeruire*: Et audet quiſquam mendacem Chriſtum facere, Mãmonæ & Domino ſeruiendo? vociferatur ille ſæpe: Mat. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum ſibi, tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Et ego onuſtus arbitror me Chriſtum ſequi? Qui dicit ſe in Chriſtum credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipſe ambulare.

Quod ſi nihil vos dicatis habere (vt reſpõſuros vos ſcio) cur tam bene parati militatis? niſi forte in patria veſtra vos arbitramini hoc facere, cum in ſua Dominus ſigna non fecerit. Et cur id? cum authoritate ſumite rationem. Nemo Propheta in patria ſua honorem habet. Nõ quærimus (inquietis) honorem: ſufficit nobis conſcientia noſtra. Neq. Dominus quærebat, quippe qui ne à turbis Rex conſtitueretur, aufugit. Sed vbi honor non eſt, ibi contemptus, non

eſt: vbi contemptus, ibi frequẽs iniuria: vbi autem iniuria, ibi indignatio: vbi indignatio, ibi quies nulla: vbi quies nõ eſt, ibi mens à propoſito ſæpe deducitur: vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio, minus ſit neceſſe eſt ab eo quod tollitur, & vbi minus eſt, perfectum non poteſt dici. Ex hac ſupputatione ſumma illa naſcitur, Chriſtianum in ciuitate perfectum eſſe non poſſe, perfectum autem eſſe nolle, delinquere eſt.

Sed quoniam è ſcopuloſis locis enauigauit concio, & inter canas ſpumeis fluctibus cauteis fragilis in altum cymba proceſſit, expandenda ſunt ventis vela, & quæſtionum ſcopulis tranſuadatis, lætantium more nautarum epilogi celeuma cantandum eſt.

O deſertum Chriſti floribus vernans! ô ſolitudo in qua illi naſcuntur lapides de quibus in Apocalypſi ciuitas magni Regis extruitur! ô Eremus familiarius Deo gaudens.

Quid agitis Chriſtiani in ciuitatibus qui maiores illis eſtis & mundo? Quamdiu vos tectorum vmbræ premunt, quandiu fumoſarum vbiũ carcer

includit: mihi credite, neſcio quid plus lucis aſpicio, libet corporis ſarcina abiecta ad purum ætheris euolare fulgorem: Beati pauperes cum ſudore coronantur: linquite linquite, vt tranquillioribus vitę auris fruamini.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui baptizatus à Ioanne in Iordane ad deſertum exercendus te contuliſti, qui in Hieruſalem & ciuitatibus multis contumelias ęquanimiter ſuſtuliſti, qui in deſerto ter à dæmone tentatus illum proſtraſti, & ab Angelis diuinas & inexplicabiles laudes pro certamine & cõſolatione habuiſti: fac nos deſerta & ſolitudinem frequentare, vt hoſtibus inuiſibilibus victis ad palatia æterna ingrediamur, Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM PRIMAM QVAdrageſimæ.

Præſciuit Deus ab æterno ſaluandos & damnandos.

Præſcientia. PRæſcientia cum importet ordinem ad poſterius, ſitque ſcientia ante rem, deſcribitur eſſe futurorum ſcientia à Beato Aug. Aug. Lib. 2. contra Simplicianum, quę ſi perinde eſſet in Deo atque in homine, videretur mutationis viciſſitudo locum in Deo obtinere, dummodo aliquid futurum pręſciret, quod exiguo temporis ſpatio erit præteritum. Homo namque heſterna die pręſcientiam habere valuit infantis nocte naſcituri, cuius non habet modo natiuitatis præſcientiam, ſed præteritę rei ſimplicem

notitiam. Itaque mutatio quędã noſcitur in hominis ſcientia, verum longe aliter eſt præſcientia, ſeu ſcientia Dei, qui ab æterno ſtabili ac perpetuo intuitu, nec non vnico actu iugiter eodem modo perſeuerante qui eſt ipſius eſſentia, ſaluandos & damnandos pręſciuit.

Aue maria.

Scripturarum authoritates aperte id ſonare videntur, quibus merito fides noſtra conſentit, Deum ſcilicet omnia cognoſcibilia cognoſcere cognitione infallibili & determinata. Vndę Prouerb. 16. *Omnes viæ hominum patent oculis eius. &* Cap. 24. *Deus inſpector eſt cordis:* I*pſe intelligit, & ſaluatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera ſua. &* P*ſal.* 32. *De cælo proſpexit* D*ominus, vidit omnes filios hominum.* Heb. 4. *omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.* Et 1. Cor. 4. *qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Sap. 9 *ſcit omnia & intelligit ea.*

Prouerb. 16. 24. Pſal. 32. Hebr. 4. 1. Cor. 4.

Patet igitur Deo nihil eſſe opertum

atque occultum quod non ab ipſo ſciatur. Lu. 12. omnia ego cognoſcibilia, ideſt, quod poſſibile eſt venire in cognitionem, hoc Deus cognoſcit diſtinctè & determinatè, ideſt omnem rem, actum, cogitatum, factum, locutum verbum, & id genus alia quæ vel manifeſta & occulta ſunt, & in corde humano vel manifeſte vel occulte latent. Hebr. 4. *Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius, præſentia, præterita, futura.* Quare præſciuit Deus ab æterno ſaluãdos & damnãdos, nec non ſententiam ſalutis: *Venite benedicti Patris mei, poſſidere regnum vobis præparatum à conſtitutione mundi:* Imo etiam ſententiam reproborum. *Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.* Math. 25.

Luc. 12. *Hebr. 4.* *Math. 25.*

Deus ſcit certo, infallibiliter & euidenter omnia futura contingentia, eſt autem contingens illud quod priuſquam eſſet, potuit produci, & non produci vel accidere & non accidere: ſicut cras aliquem lecturum, iraſciturum, dormiturum, infirmaturum, moriturũ, & id genus alia, quę omnia Deus nouit certitudinaliter, apud quem idẽ

Contingens

eſt præteritum, præſens, ac futurum tempus, quia æternus eſt. Nec in ipſum cadit accidens vel contingens, ſed in nos, nec ipſi creſcit noua cognitio in euentu rei, ſed nobis. Vnde Iacob. 4. *Apud quem non eſt tranſmutatio* in cognitione ſicuti in nobis, vel viciſſitudo quemadmodum in nobis experimur, qui nouos actus cognoſcendi experimur, qui viciſſitudine obumbramur. *Iacob 4.*

Inſuper præſcientia Dei, vt Catholici Doctores tradunt, non cogit hominem vt talis ſit, qualem præſciuit Deus: ſed preſciuit talem futurũ, qualis futurus eſt, quamuis eum non ſic facit Deus; nam Deus præſciuit Iudã vt proditorem, ſed hęc pręſcientia Dei non coegit Iudã vt eſſet neceſſario traditor: ſed quoniam peruerſa ſua voluntate effectus eſt traditor, hoc præſciebat Deus, quamuis talem eum ſic non fecit, cui etiam dicebat Math. 26. *Væ homini illi per quem filius hominis tradetur, bonũ eſſet ei, ſi natus homo ille non fuiſſet.* *Math. 26*

Sic deus præſciuit aliquem futurum homicidam, adulterum, furem. &c. ſed quatenus peruerſa hominis voluntas hoc facit, ad quod creatus non eſt, ſuã

recipiet mercedem: quamquam Deus prȩſcit quæcunque ſunt futura, liberam tamen ſinit hominibus agendi libertatem. Id quod D. Aug. Lib. 5. de Ciuitate Dei palam aſſerit inquiens: nullo modo cogimur aut retenta prȩſcientia Dei, ideſt ſeruata Dei voluntate tollere voluntatis arbitrium, aut retento ſeruatoque voluntatis arbitrio, Deũ quod (nefas eſt) negare prȩſcium futurorum: ſed vtrumque amplectimur, vtrumque fideliter & veraciter confitemur.

Aug.

Stat ergo libertas arbitrij cum prȩſcientia Dei. Vt ergo præſcientia non cogit ad hoc, vel illud, ita illi non poterit imputari, qui maxime quidem malum permittit, non autem effectiue efficit. *Sub te* (inquit Deus) *erit appetitus tuus.* Gen. 4. *Ab initio condidit Deus &c.* Eccle. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui: adiecit mandata & præcepta ſua, ſi volueris mandata conſeruare conſeruabunt cuſtodient ſtabilientque te, & appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam, ante hominẽ vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei*

Gen. 4
Eccle. 15.

dabitur illi, quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videmus omnes ſine intermiſſione.

Inſuper quoniam cum præſciētia Dei ſtat libertas arbitrij, neque præſcientia cogit aliquem, vt talis ſit qualis præſcitur: patet Deum non fore in cauſam mali aut damnationis: ſed propriam & peruerſam hominis voluntatem: vnde Auguſt. in Lib. de caſibus falſo ſibi per Pelagianos imputatis inquit. Non caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, nec cupiditates peccantium, prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit, ſed plane prædeſtinauit iudicium ſuum quo vnicuique retributurus eſt, prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. Quod iudicium futurum non eſſet, ſi homines neceſſario Dei voluntate peccarent: erit autem iudicium manifeſtiſſime Math. 25. vbi Chriſtus in maieſtate veniens præſcitos ſaluabit, aut damnabit. Et omnis homo quem diſcretio diuinæ ſcientiæ in ſiniſtra cōſtituerit parte damnabitur: quod non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem. *Aug.* *Prædeſtinatio.* *Math. 25.*

Ecce non peccat homo neceſſario Dei voluntate, neque quod voluit

Deus, ſed quod peccator ipſe voluit operatus eſt: propter quod & in ſiniſtra parte conſtituetur, iuſte meritoque damnandus: eſt enim voluntas Dei iuxta Apoſtolum 1. ad Timoth. 2. vt omnes
1. Timoth. 2. homines ſalui fiant, inquientem: qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire & 1. ad
1. Theſſal. 4. Teſſal. 4. hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra: quod autem non omnes ſalui fiant hæc ratio eſt, quia plærique non Dei, ſed propriam operantur voluntatem in flagitioſiſſimis peccatis, & operibus voluntati diuinæ contrarijs. Et hæc quamuis Deus omnia præſcit; (nam ſi Deus non prænoſſet omnia, etiam priuſquam fierent, profecto non eſſet Deus) cum Deū oporteat ſumme ſapientem eſſe, nec vllo poteſt carere ſapientiæ & ſcientiæ gradu, attamen illa preſcientia neminem cogit vt malus ſit, etſi talis preſciatur.

Seruus tamen ſciens voluntatem Domini & non faciens, vapulabit plagis multis. Luc. 12. Deus omnes qui ſuam diuinam volunt exequi voluntatem, non deſerit abſque ſpeciali auxilio: quando nituntur & ſe præ-

ſe præparant ad recte operandum, de talibus etiam dicit ſcriptura Pſalm. 9. præparationes cordis eorum audiuit auris tua. Nemini præterea deeſt auxilium iſtud ſpeciale, niſi prorſus induratis, & traditis in reprobum ſenſum. Rom. 3. à quibus nec iniuria propter ſummam ipſorum ingratitudinem id ſubtractum eſt. *Pſalm. 9.*

E t quoniam hoc auxilium numquam non adeſt cuique peccatori, poteſt cũ velit ad bene operandum ſe conuertere. Quod ſi fecerit, ſcripturis innumeris pollicetur Deus veniam peccatorum Ezechielis. 18. Si pœnitentiam (inquit) egerit impius de peccato ſuo, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et Math. 23. Hieruſalem Hieruſalem quoties volui congregare filios tuos? Ecce voluit Chriſtus, & ipſi noluerunt: quare ſpontanea voluntate, & non abſoluta neceſſitate, fit conuerſio impij, atque reſiſtentia. Quod autem fit neceſſitate, vtique contingenter fieri neceſſarium eſt, manet propterea libertas arbitrij cum præſcientia Dei. *Auxilium diuinum.* *Ezechie. 18* *Math. 23.*

Cum præſcientia Dei ſtat contingentia in rebus. Nam ſi Deus non præ-

Præſcientia. noſſet omnia priuſquam fierent, profecto non eſſet Deus. Et rurſum ſi rerum contingentia nulla fuerit, omnis humana ceſſaret induſtria, nec agris colendis vllam neceſſe foret dare operam, nec pecoribus alendis vllum ſtudium, aut pueris recte educandis ſolertia quæuis eſſet neceſſaria.

Fateri igitur vtrumque oportet, ſcilicet in Deo rerum omnium futurarum eſſe prænotionem, & earumdem nihilominus in ſe ipſis contingentiam. Sed tantiſper immoremur in hac dictione (contingens) enucleanda, vt contingentiam facilius dignoſcamus.

Secundum dogma Philoſophorum contingens tripliciter dicitur: contingens ad vtrumlibet, contingens innatum, & contingens altum. Dicitur cõtingens ad vtrumlibet, quando indifferenter res ſe habet ad oppoſita contradictoria, vt eſſe vel non eſſe; & ideo nuncupatur ad vtrumlibet ſic capit cõtingens Ariſtoteles in 2. Peri herm. vbi agit de modis propoſitionũ modaliũ. Cõtingens autem innatũ dicitur quando ſe habet ad vnam partem, tamen cũ qua-

Ariſtoteles 2. per.

dam inclinatione ad aliam, licet non æqualiter. & iſta dicitur continua naturę, vbi ſæpius quod natura intēdit accidit, licet non ſemper: ſic dicitur contingens innatum, quaſi intus natum, ſeu in natura poſitum, & de iſto loquitur Philoſophus. 1. Priorum. 3. Dicitur contingens altum, & eſt quoddam commune tam contingenti ad vtrumlibet quam innato, hac ratione dictum altum, ſicut cōmunia in linea prædicamentali altiora ſunt particularibus, & de iſto agit Ariſtoteles in 2. Peri herm. in quodam dubio ſub nomine poſſibilis: vbi ponit cōmune poſſibile contingenti & neceſſario. D. Petrus 2. Epiſt. 1. quapropter magis ſatagite vt per bona opera certam vocationem veſtram & electionem faciatis. Quid enim hortaretur nos Petrus ad bona opera, ſi non voluntate, ſed neceſſario, ſi non contingenter, ſed neceſſitate quadam ea fierent à nobis? An nō pręſciētię neceſſitas ea fieri cogeret etiā Petro non adhortāte? & cur affirmat per hæc Dei vocationem & electionem in nobis poſſe fieri certam, ſi Dei præſcientia illis neceſſitatem imponat? Sed vtinam ij qui ſic rerum

1. Prior.

2. Pet. 1.

contingentiam negant, & cuncta fieri abſoluta neceſſitate prorſus, tandiu cruciatibus exponerentur, vt quidem recte conſulunt, donec agnoſcerent ſe contingenter & non neceſſario cruciari. Neque aliter certe ab hac inſania facile liberari queunt.

Hieronym. Sic Hieronymus ſuper Hieremiam lib. quinto ait: non enim ex eo quod Deus ſcit aliquid futurum, idcirco futurum eſt: Sed quia futurum eſt, Deus nouit quaſi præſcius futurorum. & lib. 3. in Ezechielem: non enim quia ille futura aut ventura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere quod ille præſciuit: ſed quod nos propria voluntate ſumus facturi, ille nouit futurum quaſi Deus. *Mors Chriſti.* Sic Deus ab æterno præſciuit Chriſtum paſſurum ab Iudæis. Sic Deus ab æterno præſciuit ſaluandos & damnandos, ſed hæc præſcientia non impulit Iudæos neceſſario Chriſtum occidere: nam multi in eum crediderunt & non conſenſerunt in mortem eius, ſicut patet de Ioſeph Luc. 23. *Ioſeph. Luc. 23.* Et non erat conſentiens neci eorum, ergo con-

tingenter accidit id ijs qui eum occiderunt, & non omnino neceſſario: alioquin omnes Iudæi ſimul fuiſſent coacti eum interimere.

Origenes in Epiſtolam ad Rom. lib. 7. neque in præſcientia Dei, vel ſalutis, vel perditionis noſtra cauſa conſiſtit. Non propterea erit aliquid quia id ſcit Deus futurum, ſed quia futurum eſt, ſcitur à Deo antequam fiat: vt Iudas proditor factus eſt, & hoc ita futurum vates prædixerunt. Non ergo quia prædixerunt, idcirco prodidit Iudas, ſed quia futurus eſſet traditor, ea quę ille ex propoſiti ſui nequitia geſturus erat prædixerunt Prophetæ. Et id exemplo declarat Chryſoſtomus de ſcandalo Homil. 60. ſuper Math. Eſt igitur præſcientia Dei de omnibus ęternis & temporalibus, præteritis, pręſentibus & futuris, quæ tamen non cogit voluntatem hominis, vt neceſſario faciat quæ Deus præſciuit. Manet enim hic libertas arbitrij. *Origenes.* *Chryſoſto.*

Falſa eſt ergo argumentatio: Deus præſcit hoc futurum, ergo neceſſe eſt

hoc fieri : ſed ſic : hoc eſt futurum, ergo Deus prenoſcit : vt non neceſſitatem præſcientiæ Dei tribuamus, ſed potius operi, ideſt, ſi opus eſt futurum, ergo neceſſe eſt Deum hoc præſcire. Non ergo quia Deus hoc præſciuit, ergo ibi ſequitur coactio & neceſſitas quatenus hoc fiat. Ideo præſcientia non cogit, nec aliquamimponit neceſſitatem.

Simile. Aug. Vnde Diuus Auguſtinus tale ponit exemplum : ſicut mea memoria non cogit facta eſſe quæ præterierunt, ſic Dei præſcientia non cogit facienda eſſe quę futura ſunt. Eſt igitur Dei præſcientia certiſſima ac determinata, non ponit tamen neceſſitatem.

Arguunt hæretici hoc pacto : nobis ad hæc inferiora reſpicientibus atque ſpectantibus res apparent voluntariè, fortuitò ſiue contingenter fieri, ſed ad ſuperna ſpectantibus omnia ſunt neceſſaria : quia non ſicut nos, ſed ſicut ille vult ita viuimus, facimus, patimur, omnes & omnia.
Math. 6. Vnde Math. 6. de paſſeribus ſcriptum eſt, quod vnus eorum non cadet in

terram ſine voluntate patris: & capilli capitis omnes numerati ſunt: quæ etſi nobis videntur contingentia, quoniam tamen præſciuntur à Deo, neceſſario fiunt: & ſic certa ſtant omnia lege, ſecundum Poëtam: ſeducuntur (aiunt) Papiſtæ quando oculos flectunt ad rerum humanarum contingentiam, & non potius ad conſpectum Dei &c.

Impetui primò ita ſatisfaciendum eſt. Ratum eſt apud omnes Catholicos, generalem illam influentiā quam Deus condidit, ad neceſſitatem & vſum rerum ſic adminiſtrare, vt nullam rem proprio motu priuet: quæ influentia ſic eſt neceſſaria, vt ſine hac cunctæ res nec motus ſuos haberent, nec omnino aliquam operationem habere poſſent: per hanc etiam viuimus, mouemur, & ſumus. Quam ſi vel ad momentum Deus abduceret, cuncta protinus interirent. Vt præterea quædam exempli gratia proferamus: ſtella illa quæ ducatum ipſis Magis præbuit Math. 2. mox vt Deus ei hanc ſubtraxit influentiam, redijt in nihilum, nec operatio ſolum, verum & eſ- *Math. 2.*

Fornax Babylonis. Daniel. 3. ſe, & eſſentia deperijt funditus. Et in fornace Babylonis Daniel. 3. vbi vera manſit ignis præſentia, nullam tamen læſionem corporibus Danielis & ſociorum eius intulit eius vis, quia nõ abſtitit huic operationi Deus per influentiam illam. Igitur hæc generalis influẽtia, res eſt qua Deus adſtat cunctis rebus, qua moueri & exerceri poſſunt earum operationes: quam aſſiſtentiã generalis influentiæ, ſi creaturæ non haberent, nec ſuas operationes haberent, ſicuti dictum eſt. Cooperatur autem Deus cuique creaturæ per huiuſmodi influxum, non ad eſſe ſolum, verum etiam ad operationes ſingulas. Et per eundem influxum exercere poteſt volũtas actũ ſuũ aut volendi, aut nolendi quoties libuerit. Neque id ſolum, verũ etiam operationes naturales agere, ſinon impediatur, vt ambulare, ſtare, ſedere, loqui, & id genus alia, quæ nemo non experitur in poteſtate ſua eſſe. Quis enim nõ compertiſſimum habet, ſe poſſe per influentiam illam generalem, quum voluerit, ſtare, vel ſedere, ſilere vel loqui, &c.

Neque aliqua coactio, vel omnimoda neceſſitas ibi reperitur: nam cunctas res quas Deus condidit, ſic administrat, vt eas proprios agere motus ſinat: quanto amplius hominem? Sub generali ergo illa influentia qua viuimus, mouemur, & ſumus, & ſub illa præſcientia Dei ſtat & manet adhuc libertas arbitrij atque voluntatis.

2. Deus preſciuit Paulum fore vas electionis, ob id etiam contra ſuum velle proſternitur, & vocatur Actorum nono: Et quare hoc, niſi quia Deus præſciuit eum talem futurum? Igitur quando erat in maximo ardore perſecutionis in Christianos proſternitur: quare neceſſe eſt fieri quod Deus præſciuit. Paulus.

Ad ſecundum dicitur: differunt hæc duo, preueniri aliquem miſericordia Dei præueniente, vt bene faciat, & aliquem illa Dei miſericordia cogi, vt inuitus bene faciat. Paulus enim fuit præuentus hac Dei miſericordia vt reſipiſceret, ſed non coactus, ſed poſt proſtrationem conſenſit in gratiam & miſericordiam Dei, & ſe ad eandem parauit dicens: Domine, quid me vis facere?

Act. 9. Act. 9. Igitur quando fuit proſtratus Paulus, nondum fuit in gratia, miſericordia licet Dei præuenerit eum. Attamen poſtea conſentiendo receptus eſt ad gratiam.

Momenta. Igitur Theologi tria diſtinguunt momenta. Primum quo peccator horrore quodam ſui percutitur, id quod extra gratiam fit: ſecundum quo peccator ſe conuertit, & ſe parat ad gratiam: Tertium ipſius gratiæ infuſio, nec proſtratio cogit aliquem inuitum benefacere, vel ſaluari, niſi acceſſerit voluntas conſentiendo gratię: nam & in horto *Iudas. Math. 26.* Iudas cum ſua cohorte fuit proſtratus ſicuti Paulus Math. 26. Attamen quia non conſenſit in gratiam, igitur nihil contulit illi proſtratio. Admonuit Iudam ſicut Petrum Chriſtus: *ô Iuda, oſculo filium hominis tradis*; Item, *amice ad quid veniſti*? Sed cum peruerſa eius voluntas non conſenſert in Chriſti pietatem *Petrus.* & gratiã, igitur non profuit ei, ſed Petro qui vocationi illico ceſſit, & exiuit ac fleuit amarè.

Inſuper tametſi Deus corpori atque membris aliquãdo infert vim aliquã, ſicuti proſternẽdo corpus, aut linguam

cohibendo,vel manus & pedes,aut per infirmitatem aliquam &c. nullā tamen vim infert voluntati, ſed amore eū potius ducit, nec voluntas cogi patitur. quando igitur ex timore peruenitur ad amorem, vel ex terrore conſentitur gratiæ, ibi voluntas vtitur ſua libertate.

Facit enim Deus aliquando peccatori ſicut parens filio, quem primum corrigit, ac terrorem incutit, mox nucem aut pomum porrigit, id eſt gratiam ſuam illi poſtea conſentienti confert, ſic enim Aug. ſup. Ioannem. Tract.26. vtitur exemplo in tractatione peccatoris: ſicuti dū ramus viridis oſtenditur oui, aut cum nuces puero demonſtrantur: ſic trahit Deus peccatorem nullam autem vim facit voluntati. *Simile.* *Aug.*

3. ſic ſunt in manu Dei omnes operationes hominis, vt etiam nec verbūm habeat in ſua poteſtate homo, ſed coactus mirabili Dei prouidentia & loqui,& facere aliter quam cogitauit cogitur, ſicut Balaam monſtratum eſt Numer. 24. & Pſal. 124. *Non eſt ſermo in lingua mea*: ergo neceſſario om- *Balaam num.24.* *Pſal.124.*

nia fiunt, ſicut Deus vult, & iuxta ſuam præſcientiam: quapropter nihil ſunt opera noſtra, præparationes ad gratiam, liberum arbitrium, ceremoniæ caſtigationes, ordines.

Summa, prorſus eſt falſum quidquid ædificatur ſupra libertatem arbitrij, & humanus conatus totus dependet à Dei manu & gratia, ſicuti præſciuit, ita neceſſario fiet.

Voluntas. Ad tertium dicitur quod voluntas duci poteſt, cogi vero non poteſt: quæ res in Balaam conſtitit, nam etſi linguam adegit ſpiritus, manſit tamen eius voluntas libera. Numquam cogit præſcientia Dei voluntatem: tamen cognoſcit Deus omnia ſimul Rom. 4. *Vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt.* (Rom. 4.) Quicquid fit hoc Deus ſcit & nouit antequam fiat, nam ſi hoc neſciret non eſſet Deus, ergo neceſſario fit hæc res ſicuti Deus ſcit & nouit fieri, & ſic illa neceſſitas ad modum rei fiendæ refertur, vt ſic fiat neceſſario, quemadmodum Deus ſcit fieri, & ſic aiunt aduerſarij: Sed licet Deus ſcit hoc ſic futurum, attamen hæc præſciētia non cogit vt res neceſſario fiat.

Igitur Deus ab æterno ſaluandos & damnandos præſciuit, & illorum iudicium.

Oratio.

DOmine Deus ſapientia ſumma, qui noſti omnia antequam fiant, tu nos diuino lumine rationis irradiaſti, quare ſuſpende noſtræ voluntatis effectus, & ad malum procliuem contine, vt bonis nos miſericordiæ operibus exercentes audire mereamur gratiſſimam vocem & ſententiam fœlicem: Venite benedicti poſſidere regnum vobis paratum à conſtitutione orbis. Amen.

Digitized by Google

FERIA TERTIA POST DOMINICAM PRIMAM QVA-dragesimæ.

Sicut Deus in templo adorandus, ſic & orandus.

Templorũ hoſtes.

DVo genera hoſtium templa Dei habuerunt. Vnum eorum qui re ipſa templa euertebant, non odio templorum, ſed odio gentis aut religionis. Aliud eorum qui templa ipſa vel eorum aliquid oderant tamquam malum. Eccleſiam Dei contemnunt hæretici, & eius ornatum auferunt, & operimentum. Anabaptiſtæ nullas habere volunt, ſuſcitant hæreſin Maſſallianorum, quorum meminit Auguſtinus in ſermone contra Arrianos. Sagarelli & Vuiclefuitæ hunc ſequuti ſunt errorem contra ſcripturas expreſſas: ex quibus

Anabaptiſtæ. Maſſalliani Arriani.

colligitur ſic Deum in templo adorandum, ſicut orandum.

Aue Maria.

QVi templa ſimpliciter erigi nolunt, nihil pro ſe afferre poſſunt niſi ſcripturas illas, quæ Deum dicunt non habitare in locis manu factis vt Math. 5. *Matth.5.*
Act. 7. & 17. At è contrario legimus in *Act. 7.17.*
teſtamento veteri Iſaję 66. dicentem *Iſai. 66.*
Deum: cęlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum, & quam domum ædificabitis mihi? & *Ioan. 2.*
contra in teſtamento nouo Ioan. 2. *Math.21.*
dicentem Chriſtũ de templo manu facto: *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Math. vigeſimo primo. *Domus mea domus orationis vocabitur.*

Deus igitur vnus in vtroque teſtamento approbat templa in quibus adoretur, & non approbat templa quibus putetur includi: quomodo idola, ideſt dij gentium vere in templis continebantur, nec inde poterant exire, niſi qui eos affixerant parietibus, inde detrahe-

Digitized by Google

tur,vt patet ex ſequentibus:ambulabũt gentes in lumine eius,& reges afferent ſplendorem ſuum in illam. Quæ verba mutuatur Ioannes ab Iſaia cap.60. Iſaiam autem certum eſt de Eccleſia iſta militante loqui, & confirmatur argumentum ex eo, quod Deus voluit euerti templum Salomonis, quod ad ſacrificia erectum fuerat. Poteſt etiam confirmari ex Patribus. Patres enim ordinariè à vocabulo templi abſtinent, cum de Eccleſijs Chriſtianorum loquuntur : immo etiam eas templis opponunt , vt Hieronymus qui in Epiſtola ad Riparium dicit , Iulianum Chriſti Eccleſias aut euertiſſe, aut in templa conuertiſſe. Et Cæcilius apud Minutium Felicem obiicit Chriſtianis , quod tanquam Athei nulla haberent templa, vel altaria. *Hieronym.* *Cæcilius.*

Optatus lib.6. Quis noſtrum, inquit, intrauit templum ? quod autem ad orandum Eccleſiæ inſtitui debeant , quaſi melius ſit in vno loco orare, quam in alio , negant omnes huius temporis hæretici, & probant aſſertionem ſuam : primo ex illis verbis. Math. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubi-* *Optatus.* *Math. 6.*

culum tuum &c. 2. ex illis Ioannis 4. Venit hora & nunc eſt, quando in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem. Spiritus eſt Deus, & qui eum adorant in Spiritu & veritate adorare oportet.

Non ergo oratio alliganda eſt certo loco. 3. ex Paulo 1. Timoth. 2. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* 4. Deus non eſt magis in templo quam alibi. Hierem. 23. Ergo vbique exæquo adorari & inuocari poteſt.

1.Timot.2.

Scriptura ſancta de duplici templo mentionem facit, nempe ſpiritali atque materiali, ſimulque de cuiuſcumque dedicatione ſeu conſecratione. Geneſ. 28. Ait Iacob, *Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam, terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli, & vocabitur nomen loci Betel.* Id eſt domus Dei Deut. 16. Non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus vt in habitet nomen eius ibi. 1. Paralip. 17. Dauid fatetur: factus eſt

Gen 28. Iacob.

Deut.16.

1.Par.17.

ſermo Domini ad me dicens, multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella ſuſcitaſti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuſo ſanguine coram me: filius qui naſcetur tibi erit quietiſſimus, ipſe ædificabit domum nomini meo. Videte quanta cura Deus prouidit templi ædificationem, quam non voluit fieri à graſſatore milite, ſed pacifico.

Secundi Regum ſeptimo dixit Deus: *2. Reg. 7.* ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca quæ tranſiui cum filijs Iſrael, ecce qui eſt vbique ambulauit in tabernaculo. Æneas *Aeneas.* rogauit progenitorem Anchiſen in *Anchiſes.* exitu Troiæ deferre Deos Penates & domeſticos.

Tu genitor cape ſacra manu patrioſque Penates,
Me tanto è bello digreſſum, & cade recenti
Attrectare nefas, &c.

2. Reg. 5. *Salomon.* Secundi Regum quinto Salomon ædificauit templum, miſit per ſingulos menſes decem millia virorum in Libanum, qui cęderent ligna, ſeptuaginta millia qui opera portarent, &

octo millia latomorum, præpoſitorum
3.Reg.6. operis tria millia trecenta. 3.Reg.6. Domum ante oraculũ operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis, nihilque erat in templo, quod non tegeretur auro, ſed & totum altare
3.Reg.7. oraculi texit auro. 3. Regum 7. Texit
8.9. Cherubin auro, pauimentum domus, altare, menſas, candelabra, forcipes, hydrias, vniuerſa aurea vel inaurata. 3. Reg. 8. Dominus dixit vt habitaret in nebula, ædificans ædificaui domum, & habitaculum tuum firmiſſimum, ait
2.Par.6. Salomon 2. Paralip. 6. Salomon inquit:
17. Dominus pollicitus eſt: Deus citius exaudit preces in loco ſacro quam extra 1. Paralip. 17. Cum veniſſet Dauid &
Archa. ſediſſet coram Domino, ideſt Arca, videtis præſentiorem vni loco quam alijs qui erat ſacratior locus.

Daniel.6. Daniel. 6. Daniel quando non poterat orare in templo, qui erat in captiuitate Babylonica, orauit ter in dies verſus templum Hieruſalem. Salomon affirmat templum factum eſſe, vt ſit locus orationis, & petit à Deo, vt quicumque ibi orauerit exaudiatur. 3. Regum

9. Deus apparens Salomoni pollicetur ita futurum, vt ille petierat: at ſi eſſet ſuperſtitio orare in templo, potius quam alibi, neque Salomon ad hunc finem inſtituiſſet templum, neque Deus approbaſſet factum eius, ſuperſtitio enim nunquam fuit licita.

Pręterea Iſai.56. dicitur: domus mea domus orationis vocabitur. Et confirmat hoc ipſum Dominus Math. 21. Nec obſtat verbum Domini: intra in cubiculum tuum: Math. 6. Vel venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis, adorabitis &c. Ioann. 4. Nam poſt illa omnia Dominus dixit in templo Salomonis: domus mea domus orationis vocabitur. Math. 21. Secundo probatur exemplis ſcripturarum 1. Reg. 1. Anna precatura Dominum ad tabernaculum accedit, vbi erat Arca, ibique orans exauditur. 2. Reg. 7. Luc. 2. Anna filia Phanuelis non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte & die: Luc. 18. Publicanus in templo orans iuſtificatur. Act. 3. Petrus & Ioannes aſcendebant in tem-

Iſai.56. *Math.21.* *Anna Publicanus.*

plum ad horam orationis nonam. Act. 8. Eunuchus Reginæ Æthiopum venerat adorare in Hieruſalem.

Tertio probatur ex Patribus. Origenes Homil. 2. in Exodum. Eccleſias Chriſtianas domus orationis vocat. Tertul. in Apologet. cap. 39. dicit in Eccleſiam conueniri, primo ad orationem. 2. Ad lectionem. 3. Ad exhortationem &c. Euſeb. lib. 2. Hiſt. cap. 17. ex Philone dicit, in ſingulis locis primorum Chriſtianorum fuiſſe ſacras ædes conſecratas orationi. Chryſoſtom. Homil. 30. Contra Anomæos: orare inquit, vel domi poſſumus, te, homo decipis, & magno in errore verſaris, nam etſi domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores quam in Eccleſia. Idem repetit homilia ſeptuageſima nona ad populum Antioch.

Baſilius. Baſilius lib. 2. de Baptiſmo. Quæſt. 8. dicit, locum non parum referre ad orandum, & ſoluit duo argumenta ab

Ioan. 4. Aduerſarijs nobis obiecta, ex Ioann. 4. & 1. Timoth. 2. & in quæſtion. fuſe explicatis, quæſt. 40. dicit, ad Eccle-

ſias non oportere accedere propter negotia ſecularia, ſed cauſa orationis. Ambroſius in oratione de tradendis Baſilicis dicit, ſe quotidie ſolitum ire ad martyres, ideſt ad Baſilicas martyrum orationis cauſa: Hieronymus in Epitaphio Marcellæ: Apoſtolorum, inquit, & Martyrum Baſilicas ſecretis celebrabat orationibus. Rufinus libro ſecundo Hiſt. cap. 33. de Theodoſio ſic ſcribit: circuibat omnia orationum loca. Auguſt. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8. Meminit multorum qui in Baſilicis orantes miracula impetrarunt, & ibidem dicit, ſe cum alijs collegis ſuis quandam orationis domum dedicaſſe. *Baſilica.*

4. Probatur ex nomine, Eccleſiæ enim à Græcis ſæpe vocantur εὐχτήρια & à Latinis oratoria. Vnde Auguſt. Epiſt. 109. In oratorio nemo aliud agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit. *Eccleſia rationes.*

Quinto probatur rationibus. Prima ratio: Deus eſt in templo magis quam alibi, nam alioqui non diceret Paulus 1. Cor. 3. neſcitis quia eſtis templum Dei, & Spiritus Dei habitat

in vobis & 1. Cor. 6. Non diceretur: membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti quem habetis in vobis, glorificate & portate Deum in corpore veſtro & 2. Cor. 6. Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus, quoniam inhabitabo in illis & inambulabo: Apoſtolus enim accipit ſimilitudinem à veris templis, quia enim templum eſt domus Dei, in qua ipſe peculiari modo inhabitat, ideo ipſe vt oſtenderet in nobis eſſe Deum peculiari modo, corpora noſtra templum Dei ap-
Aug. pellauit. Vnde Auguſt. lib. 2. ad Simplicianum cap. 4. dicit, Dauidem oraſſe ante Arcam quia ibi ſacratior, & commendatior præſentia Domini erat. Cum igitur in templis ſacratior, & commendatior ſit præſentia Domini, ibi certe magis orare expediet, quam alibi.

2. Ratio: Deus in templo citius exaudit, vt patet ex promiſſione Dei. 3. Reg. 9. quod enim Deus promiſit templo Sa-
3. Reg. 9. lomonis, ſine dubio etiam promiſit templis Chriſtianorum: nam quod petijt Salomon cum templum dedicauit, idem petit Eccleſia cum templa dedicatni, mirum vt aures Dei in eo loco

ſint apertæ: non eſt autē credibile Deũ exaudiſſe preces Salomonis,& non exaudire etiam preces Ecçleſię ſuę;immo hic eſt modus quo Deus eſt in templo peculiariter, nimirum, quia ibi eſt per exauditionem.

3. Ratio quia oratio eſt res nobiliſſima, & proinde ei debetur locus nobiliſſimus, qualis eſt locus ſacer: ita Baſilius Lib.2. de Baptiſmo Quæſt. 8.

4. Quia in Eccleſia ſunt omnia accommodata ad excitandam deuotionem, quæ orationi maxime neceſſaria eſt: nam altaria, cruces, imagines, reliquiæ, ipſi etiam parietes Deo dicati mouent ad pietatem, quæ certe alibi non inueniuntur.

5. Ratio quia in templis ordinarie præter Dei præſentiam,quæ eſt vbique, eſt etiam præſentia mediatoris Chriſti corporaliter in Euchariſtia, quæ certe auget ſpem & fiduciam orantis,& præterea non poteſt non incutere menti religioſæ horrorem, & reuerentiam: nam vt Ioannes Chryſoſtomus dicit *Chryſoſt.* Homil.36.in primam ad Corinth. vbi eſt Chriſtus in Euchariſtia, ibi etiam non deeſt Angelorum frequentia: vbi

autem eſt talis Rex, & tales principes, ibi eſt cæleſte palatium, imo cœlum ipſum. Hinc ad argumenta cōtraria facile reſpondebitur. Ad illud igitur, quod obijciebatur ex euangelio, reſpondeo illa verba, *intra in cubiculum tuum*, nō poſſe intelligi ſimpliciter de cubiculo materiali, nam alioqui Apoſtolus domino contradiceret, qui ait: volo viros orare in omni loco: & ipſe Dominus legitur oraſſe frequēter in montibus, in cubiculo autem non legitur: & Chryſoſt Homil. 79. ad populum dicit, vbique orare poſſe, etiam in foro: & adfert exempla quorundam, qui magiſtratu clamante, & furente pro foribus eius loci, ſigno crucis muniti, & breui oratione ſolo corde ad Deum miſſa, mox immutauerūt cor magiſtratus, & propitium habuerunt, quem iratum habiturj erant. Dominus ergo

Math. 6. Math. 6. iubet vt in oratione nō quæ-
Phariſæ. ramus inanem gloriam: quemadmodum Phariſæi faciebant, qui orabant in angulis platearum, vt viderentur ab hominibus, ſed quæramus Deo placere, & ab illo videri. Quando ergo ſic oramus, vt non quæramus humanas

laudes, ſemper in cubiculo oramus, ſiue alioqui ſimus in eccleſia, ſiue in montibus, ſiue etiam in ipſo foro.

Quando autem intramus cubiculum ad orandum, & cupimus videri, tunc ſane extra cubiculum orare dicimur, vt pulchre annotat Ioannes Chryſoſtom. in hunc locum.

Porro Ambroſius Lib. 1. de Cain Cap. 9. Hieronym. in Cap. 6. Math. & Auguſt. Lib. 2. Cap. 6. de Sermone Domini in monte, intelligunt per cubiculum, ſecretum cordis, ac volunt prohibitas euagationes mentis tempore orationis, quod verum eſt: ſed prima expoſitio eſt magis litteralis.

Ad ſecundũ dico, Dominũ eo loco nō loqui de adoratione ratione loci, ſed ratione modi, nō enim vult dicere tēpore nouæ legis, neminem adoraturum Deum in Hieruſalem, vel in monte Garizin, id enim falſum eſſet: nam Act. 3. Petrus & Ioannes etiam poſt acceptum Spiritum ſanctum aſcendebant in templum vt orarent: & ab eo tempore vſque nunc, qui ad loca ſancta Paleſtinæ peregrinantur, adorant Deũ in Hieruſalem, vt Minoritæ obſeruan- *Act. 3.*

tes Patres noſtri qui illic degunt, & in monte Garizin, & in alijs omnibus eius terræ locis.

Senſus igitur verborum domini eſt: tempore nouæ legis non adorandum amplius Deum in Garizin, id eſt non adorandum ritu Samaritanorum quo vtebantur in eo monte adorantes, neque adorandum in Hieruſalem, ideſt non adorandum ritu Iudaico, quo vtebantur in templo illo adorantes, ſed nouo ritu, qui erit in ſpiritu & veritate, ideſt qui non conſiſtet prçcipue in externis corporalibus, & vmbraticis cæremonijs, ſed in interna & ſpiritali cognitione & dilectione Dei, in corde contrito & humiliato; quæ tamen adoratio non excludit externum cultum, ſi ad internum iuuandum, vel exprimendum ordinetur, ita Chryſoſtomus, Cyrillus, Euthimius, & alij exponunt in comment. huius loci, qui illud in ſpiritu opponunt cçremonijs Iudæorum, quatenus corporales erant, illud in veritate opponunt ijſdem cæremonijs, quatenus vmbræ & figuræ erant.

Theophil. Non male tamen Theophilactus. B.

Thomas, & Caietanus in hunc locum Ioannis, illud in ſpiritu cæremonijs Iudęorum corporalibus, illud in veritate opponunt errori Samaritanorum, qui adorabant quod neſciebant. Itaque ſolutio in hoc conſiſtit, quod Dominus velit præcipuum cultum Chriſtianorum eſſe ſpiritalem, & purũ ab omni errore, cum præcipuus cultus Iudęorum fuerit externus, cultus autem Samaritanorum fuerit non ſolum externus, ſed etiam impurus, quia ſimul Deum Iſraël & Deos gentium adorabant.

Sed dicetis, non videtur verum præcipuum cultum Iudęorum fuiſſe externum: nam Iſaię. 29. arguit Dominus Iudęos, quod labijs orarent, & honorarent Deum, cor autem eorum longe eſſet ab ipſo: & Dauid Pſal. 50. Sacrificium Deo offert cordis cõtriti, & humiliati. Reſpondeo cultum internum, etiamſi is à Iudęis requirebatur, & in quibusdam inueniebatur, eſſe propriũ noui teſtamenti, quia internus cultus à ſpiritu fidei & charitatis procedit, quæ eſt gratia noui teſtamenti, & lege veteri nullo modo haberi poteſt: ſicut enim dicimus timorem eſſe legis, amo-

Obiectio. *Iſai. 29.* *Cultus* *Pſal. 50.*

rem Euangelij, & tamen amorem ex toto corde à Iudæis Deus requirebat, & ſancti Patriarchæ & Prophetæ Deũ ex toto corde dilexerunt, & hac ratione ad nouum teſtamentum pertinebant: non enim à littera legis, ſed à ſpiritu gratię id habebant: ita dicimus cultum externum eſſe proprium legis, quamuis non placeat ſine interno, cultum internum eſſe proprium Euangelij, quamuis ſine externo eſſe non poſſit.

Et ſi aliqui in lege veteri cultu interno coluerunt Deum, vt Deus petebat, id non à lege, ſed à gratia noui teſtamenti, ad quam etiam ipſi pertinebant, habuerunt.

Ad tertium locum facilis reſponſio eſt. Cum enim Apoſtolus ait: volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione: vel agit de publica, vel de priuata oratione; ſi de priuata, vt Ambroſius, Anſelmus Haymo, Thomas, & alij Latini exponunt, tunc ſenſus eſt iuxta eoſdem, non ſolum in Eccleſia, licet ea ſit præcipua orationis domus, ſed etiam in alijs omnibus locis licitum eſſe orare

Anſelmus. Haymo.

Deum, modo turpitudo loci non videatur impedire; ſi autem de publica oratione agitur, tunc teſtimonium hoc pro nobis facit, illud enim, in omni loco, vbi adorandum publice conuenitur, id eſt in omni Eccleſia.

Quod autem hæc ſit vera expoſitio, patet primo ex eo quod ſecundũ omnes Græcos, & multos Latinos Apoſtolus ponit illud, in omni loco, propter Iudæos qui ſolum in vno loco, id eſt in templo Salomonis orandum cenſebant. At priuatas orationes etiam Iudæi vbique faciebant, vt patet ex illo Math. 6. *Amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare.* Igitur de publica oratione, & de ſacrificio agitur, quæ ſolum in templo Salomonis Iudæi fieri debere exiſtimabant. *Mat.6.*

2. Patet ex eo quod ſtatim ſubditur: ſimiliter mulieres in habitu ornato &c. quę non poſſunt intelligi, niſi de oratione quæ fit in Eccleſia: Cur enim neceſſe eſt mulierem conuenienti habitu veſtiri, cum ad orandum proficiſcitur, niſi propter alios cum quibus orat?

Tertio patet cum dicitur: volo er-

go viros &c. Illud (ergo) coniungit hanc ſententiam cum initio capitis vt dictum eſt: Obſecro primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes &c. quę verba B. Auguſt. in Epiſt. 69. ad Paulinum, & omnes Græci intelligunt eſſe dicta de publica oratione, quæ fit in miſſarum celebratione.

Baſilius. Adde quod Baſilius lib. 2. de Bapt. quæſt. 8. vtrumque locum ſic exponit, vt velit Chriſtum & Apoſtolum docere voluiſſe, deinceps non fore locum orationis ſolum in Hieruſalem, ſed in toto orbe erigenda templa & oratoria.

Ad quartum, concedo Deum eſſe vbique aliquo modo, ſed non omnibus modis, nam certe ſi Deus eſſet vbique eodem modo quo eſt in cęlis coram beatis, fruſtra diceremus: Pater noſter qui es in cælis. Ac vt verba ipſa Caluinj refellamus, ſciēdum eſt Caluinum lib. 3. inſtitut. Cap. 20. §. 30. ſic loqui, cauendum eſt ne putetur templum, propria eſſe Dei habitatio, vt ibi aures ſuas propius nobis admoueat, quemadmodum aliquot ſeculis antea putatum

putatū eſt. Iam vel Caluinus vult Deum non ita proprie habitare in templo, vt ibi concludatur: vel exiſtimat nullo modo poſſe dici, Deum magis in templo habitare quam alibi. Primum recte dicit, ſed mentitur, cum ait aliquot ſeculis aliter putatum fuiſſe: numquam enim Catholici tam ſtupidi fuerunt: ſi ſecundum, loquitur omnino contra ſcripturas, nam ſi Deus eſſet vbique eo modo quo eſt in templis, fruſtra templū diceretur domus Dei. Iſai. 56. & alibi *Iſai. 56.* paſſim. Fruſtra Paulus diceret nos eſſe tēpla Dei, quia Deꝰ in nobis habitat: etſi Deꝰ nō loquitur, & audit magis in vno loco, quā in alio, cur quæſo in teſtamēto veteri ordinarie reſpōſa dabat ſolū ex propitiatorio, quod erat ſuper Arcā? ſicut Deꝰ in tēplo adorādus, ſic & orādus.

Eccleſiæ Chriſtianorum ad ſacrificia inſtitutæ ſunt, & ideo vere & proprie templa appellari poſſunt: probatur hoc modo. Eccleſiæ Chriſtianorum ſemper habuerunt altaria, ergo ſemper vera templa fuerunt, nam templum nihil eſt aliud, quam locus altaris, & præterea magis indicat ſacrificij ritum altare, quam templum: nam ſine altari

non poteſt ſacrificari, ſine templo poteſt: quare ſi vt excludant ſacrificia hæretici negant templa, multo magis deberent negare altaria:ſed altaria nullo
1.Cor.10. modo negare poſſunt: vt patet ex illo 1.Cor.10. *Non poteſtis menſæ Domini, & menſæ dæmoniorum participes eſſe.* Vbi Apoſtolus opponit menſam Euchariſtiæ, menſis Idolothytorũ: menſæ autẽ Ido-
Ambroſius lothytorum erãt altaria vera. Vnde Ambroſius exponit, mẽſæ Domini, ideſt al-
Hebr.13. taria. Item ex lib. Hebr.13. *Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.* Quem locum aduerſarij intelligunt de altari crucis, quaſi dicat Apoſtolus, habemus Chriſti paſſionem, qua frui non poſſũt, qui adhuc in eius figura celebranda occupantur: At Patres intelligũt de ſacrificio Euchariſtię: nam Theophilactus dicit hic agi de incruento ſacrificio, idẽ aiunt Chryſoſtomus, Sedulius, Theodoretus, Oecumenius.

Accedit traditio Patrum omnium, nullus fere eſt veterum, qui nõ meminerit altaris Eccleſiæ: Canon.3. Apoſt. Dion. cap.3. Eccleſiaſticæ hiſt. Irenæus lib.4. cap.20. Athanaſius in vita B. Anthonii, & in Apologia pro fuga ſua: Ter-

tullianus li. de pœnitentia: Optatus lib. 6. contra Parmenianum: Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, Auguſt. Epiſt. 50. & alij omnes ſæpe altaris mentionē faciunt, vbi de Eccleſijs loquuntur. Tertio probatur teſtimonijs Patrū,qui nomine templi vtuntur. Ex Græcis Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini, Baſilius in Pſal. 114. Nazianzenus oratione in Gorgoniam ſororem, Niſſenus oratione in Theodorum, Chryſoſt. Homil. 50. in Math. & alij: nec Latini abhorrent ab hac voce omnino, nam Lactantius in carmine de paſſione Domini ait: Optatus. Lactantius.

Quiſquis ades, mediiſque ſubis in limina templi
Siſte parum. &c.

Et Saluianus lib. 4. de prouidentia: Eccleſia vel potius templum. Diuus Ambroſius 2. officij ornatum templi ſacerdotibus committit, Hieronymus cum Auguſtino vbiq. volunt adorandum & orandum Deum in templo materiali ornatiſſimo. Saluianus.

Oratio.

Domine Deus qui lucem habitas inacceſſibilem, qui es in cęlo glorioſus, in terris miſericors, in inferno iuſtus,

qui mundum bonitate & prouidentia regis, tu templa conſtrui voluiſti & in illis adorari iuſſiſti: audi clementiſſime ac benigniſſime Domine preces noſtras in ſanctuario tuo, vt tandem ab Eccleſia militante migrantes ad gaudia cæleſtia euolemus. Amen.

Digitized by Google

FERIA QVARTA POST DOMINICAM PRIMAM QVADRAGESIMÆ.

Certum eſt Salomonem eſſe ſaluum.

ANtiquitus Regis nomen officiũ non maieſtatem ſignificabat, & qui dominabantur iuxta Regionem ſuam nuncupabantur: Ægyptii Pharaones volebant: Bithiniẽſes Ptolomeos appellabant: Spartę Arſacides, Siculi Tyrannos: Latini Murranos: Albani Syluanos: Argiui Principes ſuos Reges vocitarunt. Primus Rex Ptolomeus apud Argiuos, apud Græcos Codorlaomor, apud Hebręos Saul, apud Romanos Romulus, apud Gallos Pharamondus: hos omnes ſuperauit Salomon ſapientiſſimus, de cuius ſalute non eſt dubitandum amplius.

Pharaones. Ptolomei. Arſacides. Tyranni. Murrani. Syluani. Reges.

Aue Maria.

LEgimus in veteribus hiſtorijs quoſdã luſtraſſe prouincias, nouos adiiſſe populos, maria tranſiſſe, vt eos quos ex libris nouerant coram quoque viderent: Sic Pythagoras Memphiticos vates, ſic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſſime peragrauit, vt qui Athenis magiſter erat & potens, cuiuſque doctrinam Academiæ Gymnaſia perſonabãt, fieret diſcipulus & peregrinus, malens aliena verecunde diſcere quam ſua impudenter ingerere. Ad Titum Liuium lacteo fonte manantem de vltimis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus, & quod ad contemplationem ſui Roma non traxerat vnius hominis fama perduxit. Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis Math. 12. De cuius ſalute non eſt amplius hæſitandum.

Pytagoras *Plato.* *Tit. Liuius* *Regina Auſtri.* *Salomon.* *Math. 12.*

Sunt qui falſo eum inter inferorum reprobos conſtituunt, & locant: ſequitur

in mortuum impietas maxima prouerbio acclamatur. Demades Athenienſem vltimo ſupplicio adiudicauit, quod ſepulchrorũ & tumulorũ monimenta & ruinas venderet: A morte aliorum vtilitatem maximam quærens exemplo Scytharum, Canibalium, Antropophagorum quidam Eccleſiaſtes anno Domini 1610. ſcribere & affirmare non eſt veritus, Salomonem eſſe damnatum, hoc ſe accepiſſe affirmãs ex ore energumenarum puellarum quas in ſacratiſſimo B. Magdalenæ antro exorciſauerat. *Demades.*

O doctrinam peſſimam! ô reſponſũ diabolicum! ô dogma periculoſum. Nolim inficias ire quin dæmones adiurationibus ſanctis vrgeri non valeant: Tamen Dæmoniſectam affirmare non dedignabor illum qui ſcripſerit, vel docuerit impiè credendum eſſe ijs quæ Satanas offert, aut reſpondet per linguam & os obſeſſorum, poſſeſſorum, maleficiatorum.

Ipſe Chriſtus dæmonem coercuit atque continuit, quando altis & expreſſis acclamationibus illum Dei filium dicebat: veritatem ab ore dæmonum deprompram reiiciens, qui Spiritus eſt

mendacii, deceptionis & fraudis.

Curioſitas tua damnabliis cenſuram patitur: Nuncia alterius vitæ non admittēda (ô Calodęmon) quando ab officina Plutonis & Satanę oriuntur: ipſe enim delator, accuſator fratrum noſtrorum, fœdifragus, falſus teſtis, & hoſtis generis humani: nos ſiquidem diu noctuque accuſat, & calumniis lancinat etiam in conſpectu Altiſſimi.

Reus læſæ maieſtatis.

Si reum maieſtatis redolet, & piaculum maximum, ſcommis impetere aut blaſphemare in decus Regum & Principum legitimorum viuentium, quanto magis cum è vita laudabiliter receſſerunt? horrendum, horrendum incunctanter Regis gloriam lacerare. Præſumptio deteſtabilis Salomonem condemnare, infamare: illatio ſiquidem inanis eſt Salomonē damnatum exiſtimare, ex garritu, grunnitu, gannitu, & coaxatione Energumenorum. Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condēnare & non condemnabimini. Non eſt garriendum cum inſanis & dæmonibus.

Sed dices: Salomon fuit peccatorum maximus, quid inde? Nec propterea inferenda ipſius reprobatio:

aliàs cum te peccatorem fatearis dicto, ſcripto, & conceptu, gehennæ æternæ futurus eſſes incola, quod abſit 1. ita benignus & miſericors eſt Deus, vt diſſimulet peccata errantis populi vt reſipiſcat: quod ſi in homines tales quales clemẽs & miſericors, à fortiori Salomonis cor concuſſit, & conſcientiam aperuit dilectiſſimi ſui & chari principis, quem tanta gratia ſapientiaque repleuerat, eum ad exhomologeſim traxit, & vt reſurgeret inſpirauit.

Permiſit Chriſtus Petrum negare vt ex eo diſceret miſericordiam facere, *Negatio. P etri.* defectus flere, & fragilitatem ſuam admittere: illum clementiſſimo ſuo intuitu conuertit, vt fateretur & proclamaret hunc omnium bonorum ſuorum authorem.

Si Rex ſapientiſſimus Salomon amoribus mulierum infatuatus claudicauit, in via ſalutis defecit; doluit, pœnitentiam accurate egit.

Recine palinodiam calodæmon, *Palinodia.* codicem tuum nefarium elide, vt famę tuæ nomen non elidatur: ne verearis, ſiquidem bonus quandoque dormitat Homerus; laudabilior in ſimilibus eſt

retractatio quam improuida obſtinatio: male audit excudere & totis niſibus defendere, conari opus abſonum, quod oculos & aures omnium fidelium læſit.

Templa diruta. Probi Religioſi viri templa etiam diruta venerãtur, ac tãta pietate colũt vti perfecta ac integra: tu quoque teneris reuereri Salomonem vita functũ, & pari humilitate inclinari in conſpectu maieſtatis eius, vti ſi viueret in Baſilica ſua & palatio regio.

Philoxenus. Imitare Philoxenum, qui Dionyſij Siculorum tyranni tragœdiã vt emendaret, à capite ad calcem eraſit. Satius eſt tibi hoc preſtare, quam è vita diſcedere, cum hac infamia & reatu calumniæ magnifici, auguſti, potentiſſimi & ſapientiſſimi Salomonis peccatoris & pœnitentis.

Præterea (ô Calodæmon) ne mihi imponas ſine ratione, ſine authoritate Salomonis defenſionem. Tanti Monarchæ probitatem firmiſſimè tutabor, hãc veritatem defendam rationibus probatiſſimis, authoritatibus sãctorum Patrum irrefragabilibus, & inuincibilibus, ex ſacra pagina deſumptis,

& ex doctrina orthodoxa Patrũ Latinorũ Græcorum & Hebruorum, qui ſunt viuæ fidei propugnacula.

Quoties Diuus Hieronymus, occaſionem ſortitus eſt ſermonem faciendi de ſtatu Salomonis, continuo ſaluum illũ aſſerit, & potiſſimum in Cõmentarijs ſuis ſuper Eccleſiaſtem 16.1. Cap. hæc verba explanãs: *Ego Eccleſiaſtes fui Rex in Hieruſalem & Iſrael*: Hebræi tradunt editum à Rege Salomone conuerſo, pœnitente, dolente, quem ipſius exhomologeſium dicunt, & affirmant quod cum præſumeret de ſapientia ſua, ſtipatus innumeris facultatibus, amoribus fœminarum captus Deum Opt. max. offendit. *Hieron.*

Idem in eodem Cõmentario Cap. 2. dum iſtam ſententiam explanat: *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, plantaui vineas*: Doctor hic introducit Salomonem de ſeipſo diſcretiſſime ratiocinantem, ac proclamantem in omnibus rebus terrenæ iſtius habitationis vanitatem. Ingenue narrat ſe omnium bonorum, opum, facultatum huius vniuerſi fuiſſe poſſeſſorem, ſicque orditur: magnificaui opera mea, ædificaui mihi *Idem.*

domos, & plãtaui vineas, feci hortos & pomeria, & conſerui ea cunčti generis arboribus: & extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyluam liquorum germinantium: poſſedi ſeruos & ancillas, multamque familiam habui, armẽta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem: coacervaui mihi argẽtum & aurum, & ſubſtantias Regum ac Prouinciarum: feci mihi cantores & cantatrices, delitias filiorum hominum, ſcyphos & vrceolas in miniſterio ad vina fundenda, ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hieruſalem: ſapiẽtia quoque perſeuerauit mecum, & omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblečtaret ſe in his quæ preparaueram, & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo; cũque me cõuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerãt manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole: tranſiui ad contemplandam ſapientiam, erroreſq;

& ſtultitiam. Quid eſt inquam homo, vt ſequi poſſet regem factorem ſuum? & vidi quod tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris: ſapiētis oculi in capite eius, ſtultus in tenebris ambulat, & didici quod vnus vtriuſque eſſet interitus, & dixi in corde meo, ſi vnus & ſtulti & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt quod maiorem ſapientiæ dedi operam, locutuſque cum mēte mea animaduerti quod hoc quoque eſſet vanitas? Nō enim erit memoria ſapientis ſimiliter & ſtulti in perpetuum, & futura opera obliuione cūcta pariter operiētur. Moritur doctus ſimiliter & indoctus, & idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala omnia eſſe ſub ſole & cuncta vanitatē, & afflictionem ſpiritus. Rurſum deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui habiturus hæredē poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur laboribus meis queis deſudaui & ſollicitus fui, & eſt quicquam tam vanum? Vnde ceſſaui, corque meū renunciauit vltra laborare ſub ſole: nam cum alius laboret in ſapientia & doctrina, ſollici-

citudine, homini otioſo quæſita dimittit: & hoc quoque vanitas, & magnum malum, quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus qua ſub ſole cruciatus eſt? cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit, & hoc nonne vanitas eſt?

Idem Hieronymus in doctiſſimis ſuis ſuper Ezechielem commentarijs ſtrenuiſſime defendit Dauidem & Salomonem filium poſt lapſum reſipuiſſe, ac egiſſe pœnitentiam de peccatis: *Quamuis peccaſſet, tamen egit pœnitentiam ſcribēs prouerbia*: Et inferius addit pœnituiſſe Salomonem Regem, vt ſapientiam perditam recuperaret.

Idem. Idem Hieronymus dum interpretatur 2. Machab. Cap 4. introducit Salomonem Regem quinquies Ciuitatem Hieruſalem, vicos eius & plateas, nec non templum luſtrantem ac percurrentem, quod ſtruxerat cum faſciculo quinque virgarum quibus ſe flagellabat, acerrimè repulsā paſſum à ſcribis & legis doctoribus, qui renuerunt mittere manū in chriſtum Domini Dei omnipotentis: & alibi ſubiunxit: nouiſſime egit pœ-

nitentiam vt eligeret diſciplinam.

Sanctus Ambroſius Antiſtes Mediolanenſis per vniuerſa ſua opera affirmat Salomonem regem conuerſum pœnituiſſe,&nõ immerito ſancti viri titulum illi adſcribit: quid etiam tres libri Salomonis, vnus de prouerbijs, alius Eccleſiaſtes,tertius de cãticis canticorũ oſtẽdunt, niſi ternæ nobis ſapientiæ ſanctumSalomonem fuiſſe ſolertem. Tantus & adeo magnificus epiſcopus Regem Salomonem ſancti nomine haud illuſtraſſet in omnibus operibus ac ſcriptis ſuis, ſi (vt iniuria ei imponis) reprobatum exiſtimaſſet. Dum eum poſt funera ſanctum nũcupauit, firmiſſime tenebat hunc in paradiſo collocatum.

Idem Ambroſius in Apologia Dauidis Cap. 3. iterato ſanctitatem Salomoni audacter adſcribit:quid de Dauid dicam ? quid de Salomone ſancto loquar? illic declaratur Deum permiſiſſe lapſum Salomonis, vt ſuę fragilis infirmitatis memor viueret, & vt à Iudæorum imaginatione excuteret quod in fauorem eius de Meſſia phantaſiabant:tamen ratione ſummæ ſapientiæ qua fulgebat cęteris mortalibus, ante- *Idem.*

ponit dempto ſolo Redemptore Chriſto Ieſu.

D. Thomas Nobilis & Angelicus doctor Pariſienſis Sanctus Thomas Lib. 3. Cap. 8. de Regim. Principum, in cuius ſcholis maiorem ſufficientiæ tuę aceruum hauſiſti, firmiſſime tenet Regem Salomonem poſt caſum reſipuiſſe, & debite pœnitentiam egiſſe, poſt cum gratia & integritate è viuis ad ſuperos euolaſſe.

Vincentius Beluacenſis. Dominus magiſter Vincentius Beluacenſis fidelis Thomiſta, opinionem ludimagiſtri ac profeſſoris ſui ſectatur li. 2. ſpeculi ſui hiſtorialis cap. 84.

Burgenſis. Doctiſſimus Burgenſis Neophitus ſpreto Iudaiſmo, dum ſecundum librũ Regum exponit, validis rationibus & argumentis irrefragabilibus electionem ſanctiſſimam Regis Salomonis acutiſſime tuetur, vbi præbet certitudinem ſalutis & prædeſtinationis eius.

Dantes. Dantes vates Italus Etruſcus Salomoni ſedem intra ſupremas celeſtes hierarchias adſcribit, ac illum intra micantia Empyrei cæli ſydera vitæ æternæ collocauit.

La quinta luce che tra noi piu bella,

Spira de

Spira de tal amor che totol mundo
La giu ne golla di ſapere nouella
Entro nel alta mente Vn ſi profundo
Saper fu meſſo che ſel vero e vero
A vedertanto no fu et ſecundo.

Nec me latet doctiſſimi Origenis ſententia ad amuſſim partes integrales & integrantes Arcæ deſcribentis : qui proponit Regem Salomonem tranſgreſſorem, poſt pœnitentem, & antequam ageret animam cõuerſionem eius exaggerat: quapropter vult eum regio apparatu cũ Patribus honorifice conditũ & tumulatum.

Iſidorus cenſet quod cum fuerit proauorum ſepulchro honoratus, cum eiſdem etiam in Paradiſo ſempiterno æuo perfruitur. *Iſidorus.*

Pro Salomone penè omnes ſcribunt, loquuntur. Inter hos primas ſibi vendicat ſanctiſſimus Papa Leo in quodam ſermone de aduentu Meſſiæ: Nequaquã inter corpora Sanctorum Patrum collocari potuiſſet, niſi dignam Deo pœnitentiam ex corde exhibuiſſet. *Leo.*

Inſuper non paucis in hac difficultate

Pſal. 88. textibus ſacræ paginæ ſtipamur, quibus ſalus Salomonis defenditur. Pſal. 88. qui in vniuerſum ſtabilem Regni Dauidis propagationē exaggerat & ſingulas promiſſiones diuinas complectitur ſibi & poſteris ſuis factas: Deum ſpopondiſſe obſeruat, quod ſi in via deficerent, eos fore ſuſcitaturum & conuerſurum, eis miſericorditer indulturum: & hæc authoritas primus erit Regis Salomonis aries.

In æternum ſeruabo illi miſericordiā meā, & teſtamentum meum fidele ipſi, & ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli: Si autem dereliquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas prophanauerint: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neq. nocebo in veritate mea, neq. prophanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita: ſemel iuraui in Sancto meo, ſi Dauid mentiar ſemen eius in æternū manebit.

Hic ponitur ſucceſſorum Dauid correctio. Et primò ponitur ſucceſſorū Dauid diuinæ legis tranſgreſſio, ſecundò

ipſorum per miſericordiam correctio ibi, viſitabo in virga iniquitates eorum: hic ponitur delinquentiũ paterna correctio. Deus enim ſolum non nutrit vt filios, ſed etiam caſtigat vt Pater. Quis enim Pater filium ſuum delinquentem non corrigit? & ſi non corrigit ipſum, non amare conuincitur. Propter quod dicitur: *Qui parcit virgæ odit filium ſuum:* Sicut & medicus diligens infirmu.mamara remedia illi confert, & hoc eſt quod hic ait gloſſa: Deus vt medicus in virga viſitat iniquitates ſuorum, ideſt, in leui correctione: nam eius virga miſericordia eſt. Cædit quidem vt reddat hæreditatem. Quis enim Pater filio non dat diſciplinam, vt auferat miſericordiam? cædit contumacem vt reddat hæreditatem.

Prouerb. 3. Quem enim Deus diligit flagellat & corripit, non eſt ergo miſericordia tam vocantis, quam verberantis, vt merito ſic virga filius à Deo correctus, dicat. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. *Prouerb. 3*

Sed hic eſt dubium, vtrum omnes Reges deſcendentes à Dauid vſque *Dubium.*

ad Chriſtum profanantes iuſtitias Dei, per virgam eius fuerint correcti, & emendati, & finaliter ſaluati! Ad hoc dicitur quod in eo quod Chriſtus deſcendebat ab eis, correcti fuerunt, deſcendebat autem ab eis per ſeminalem propagationem: ideo ſaltem quando debebant generare filium, ex quo Chriſtus erat naſciturus pro illo tempore erant per virgam Dei correcti, & emendati vt Rex Salomon.

2. *Reg.* 12. In 2. lib. Reg. cap. 12. exprimitur affectus ardentiſſimus Dei erga Salomonem, vbi per Antonomaſiam *Amabilis Domino* appellatur: qui cum Deo chariſſimus extiterit, etiamſi deliquerit, auxilio diuino pœnituit.

In 1. libr. Chronicorum comperimus
1. *Par.* 22. ca. 22. maximas altiſſimi benedictiones pro ſancto Salomone: *Ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboq. ſoliũ regni eius ſuper Iſrael in æternum. Nunc ergo fili mi ſit Dominus tecum, & proſperare, & ædificare domum Domino Deo tuo ſicut loquutus eſt de te. Detq. tibi Dominus prudẽtiam & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem Domini Dei tui. Tunc enim*

proficere poteris ſi cuſtodieris mandata & iudicia quæ præcepit Dominus Moyſi. vt ſi doceret Iſrael. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

Præcepit quoq. Dauid cũctis Principibus Iſrael, vt adiuuarent Salomonem filium ſuum & 2. Reg. 7. *Cumq. completi fuerint dies tui, & dormieris cum Patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum eius vſq. in ſempiternum, & ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniq. aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, miſericordiam autem meam non auferam ab eo ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea.* 2. Reg. 7.

Verba energica, inuincibilia, ſufficientia præconia caſus & reſipiſcentię Regis Salomonis. Cum ergo ſcripta & dicta Salomonis approbemus, conſequens eſt eius approbandam fore vitam.

Item magiſter hiſtoriarum lib. 2. Regum, exponens verba Natham dicta ad Dauid de Salomone: ſtabiliam thronũ eius vſq. in ſempiternum, & ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium, dicit:

Ex hac promiſſione conuincitur quod ſit Salomon ſaluus.

Item gloſſa ſuper Eccleſiaſtem 1. c. dicit. Salomon legitur Deum offendiſſe ſuper omnes temporis ſui, & tantum idololatra fuit effectus mulierũ amore, vt circa Hieruſalem templa conſtrueret idolis vt ipſis thurificarent. Hebræi autem tradunt pœnituiſſe, & in illa pœnitẽtia librum Eccleſiaſtem compoſuiſſe, in quo oſtendit omnia vana eſſe, & caduca, & ita reuocat omnes ab amore mundanorum ſuo exemplo.

Concludamus cum dicto Eccleſiaſtici cap. 47. *Et finem habuit Salomon cum patribus ſuis.* Finis Dauidis & proauorũ feliciſſima, ſequitur ipſius quoq. obitum felicem lugubrem, non tragicum. Mortuus eſt Salomon, extinctus eſt Salomon, obdormiuit in Domino, quod inuincibile eſt ſalutis argumẽtum. Apo. 14. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

Eccl. 47.

O Calodæmon, quam incõprehenſibilia ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius! tamen etſi non poſſimus certum de tranſitu aſſignare iudicium, ſtatumq. vitæ futuræ certo ſcire: qui amore diui-

no feruent, diligentibus Deum coope- rantur vniuerſa in bonum, & veri fideles animas morientium perpetuo ſaluari profitentur. Dum Regē Salomonē dā- natum in tuo codice voluiſti gradum iſti Apologiæ feciſti, Ianuam aperuiſti, te (amice) arguendi.

Cytharœdus Thimotheus Athenis Dia- nam lancinans ſuis cantibus ab Anta- goniſta arguitur, furioſam Deam nun- cupat, cui æmulus: vtinam filiam ſimilē Dianæ peperiſſes, illi impietatem & ſa- crilegium imponens. Lymphaticę tuæ adoleſcētulæ ſimiles Mimalonib⁹, Cure- tib⁹, Bacchātibus, reijciēdæ erāt & poſt- ponendæ Salomonis integritati, multa dixerunt quorum Deus teſtis eſt. Phil- autia perpetuo nos fallit: vt fama noſtra diffundatur non eſt quod aliorū nomen & vitam prodamus. Plus nocuit codex tuus, quam profuit. Hæc ſint correctionis Chriſtianæ ſibila modeſtiſ- ſima: ſcies, ſcies Salomonis ſtatum, & vtinam cum eo quieſcas.

Cytharœd: Timotheus.

Bacchantiā Mimalones Curetes.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui ſub typo Salomonis naſci voluiſti, qui eum peccātem miſericorditer inſpexiſti, qui

à prauo ipſius tramite conuertiſti, reſpice infirmitatem noſtram, & condona nobis delicta, vt illorum indulgentia ſuſcepta cum Salomone gaudium Angelorum habere poſſimus. Amen.

FERIA QVINTA
POST DOMINICAM PRIMAM QVA- dragesimæ.

Feminæ præſtant viris.

MIrabuntur vniuerſi lectores quod vir ſexum ſuum mulieribus poſtponat: verum ſi iſtius operis ſpeciem inſpexerit paradoxũ animaduertet; nec eſt dubium fœminas viris præſtare, ſalua reuerentia Ieſu Chriſti, qui naſci de Virgine dignatus eſt. Is Cananeæ fidem laudat: ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, *Cananea.*

Aue Maria.

O Secla? ô Mores! huc deuenimus, talique animi elatione turgemus, vt ſępe procreata, & à natura producta ſpernamus : Contemptum parit ignorantia noſtra, rerum ſiquidem innumerarum proprietates & differentias ſpecificas ignoramus: certe quo vulgarior & familiarior res eſt, eo minoris fit, & minori in pretio habetur.

Si quis fœminarum colendiſſimam excellentiam animaduerterit (quę citra rationem cupidineis cõmuniores ſunt) maiori proſequetur reuerentia & pluſquam ſit reuereri non dedignabitur, nec mulierum Antagoniſtæ æmuli admittendi ſunt, abuſus & defectus muliebres citantes, cũ ex Philoſopho ex puris negatiuis, particularibus & indefinitis nihil concludatur: quod ſi delicta mulierum hominum ſceleribus contulerimus, viros peiora patraſſe ex limine patebit. Nec ob deliria quarũdam fœminarum celebres fœminei ſexus virtutes ſilentio prætereundæ ſunt.

Digitized by Google

Cananeas vel Syrophniſſa Euangelica à Saluatore cōmendatur: ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Math.15. vero verius eſt fœminas præſtarè viris. Illuſtrium mulierum virtutes erratula delinquentium abſorbent.

Paradoxum iſtud probationem deſumet ab ipſa machinæ conſtitutione: Numquid mulier primiceria Eua à nobiliori conſtruitur materia quam homo? Eua formatur de coſta Adę, Adam vero de fœdiſſimo limo terræ: nunquid vultus muliebris gratior quam humana barbata facies? mulieris oculi, genæ, labia, frons, & cætera faciei ornamenta virorum intuitibus gratiora? proportio & ſymmetria corporis plus arridet? optici omnes ita cenſent, paralelli cæleſtes mulieris corpori non denegati. *Eua.* *Adam.*

Quid de prętantia animi illarum adducemus? num mulieres aduerſis ferendis viris cōſtātiores? importuna in Euāgelio mulier meruit audiri. Ex Hieronymo nonne eædem mulieres in amoribus mitiores, feruentiores nobis, in proſperis modeſtiores, quoties (ſi hiſtoriographis celebrioribus crediderimus) triumphos de victorijs reporta-

runt, ouarunt? quoties virili turmarum incurſui in prælio reſtiterunt, ſtrenue certantes homines proſtrarunt, ſolo æquarunt, fugarunt?

Camilla *Penteſilea.* Quis militum, quis ducum in mediũ adducetur, quem magnanimitate & conſilio victrix Camilla non ſuperet, ſicut potens Penteſilea? quænam diligentia, & prouidentia incredibili diligentiæ & ſagacitati Semiramidis æquabitur? quæ nam virtus ſic recolitur quæ cum virtute Zenobiæ conferri *Zenobia* *Velaſqua* poſſit, & Velaſquæ pręclaris actibus non ceſſerit?

Antiquitas, memorandas, numquam intermorituras virtuoſas fœminas produxit, quæ ſua ætate plurimum valuerunt. Quis mulieres ſuperat, & vt proprius referam, quis illis in fide & conſtantia non cedit? ô mulier (ait Chriſtus) magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Vtriuſque lingue Grecæ & Latinę arcana percurrãtur, illic encomia virtutum fœminarum, illic pręclara geſta eorum comperientur.

Apud hiſtoriographos maiores virtutes, illuſtriora facta fœminarũ nullibi legi poſſunt. Percurramus ſingula lu-

ſtra, ſęcula, chiliadas olympiadas, & ſic eſſe ingenue concedendum erit.

Quoties ad fidem amicis ſeruandā intactam, armorum & bellorum periculis inexplicabilibus ſe expoſuerunt? quoties ſponte exulantes in remotis ſe abdiderunt? quoties nomine muta- to huc & illuc errarunt? quoties virili veſte contectæ ad ſacramentum coniugij ſeruandum palam ſe protulerūt? quoties maritorum affectum commodis ſuis antepoſuerunt? quid de humanitate & clementia, quid de gratia fœminarum dicemus? hæ in ſolidum viros omnes ſuperant.

Quis aggerem piarum mulierum percontari aut numerare valeat, quæ ad Xenodochia conſtruenda, mendicos alendos, conſtruendas Eccleſias, altaria ędificanda & doranda, redimendos captiuos, omnes fortunas ſuas expenderunt? hæ honorem Dei, vnionemque inter Chriſtianos proprijs voluptatibus, conſtructionibus ædium, theſauris augēdis & auctis facillime prętulerunt. Id vero tanta charitate & pietate præſtiterunt, vt vix vnicus poſt Chriſtum reperiatur homo, qui poſt

Xenodochia.

ſimilia inhiarit, qui paria egerit, eadem geſſerit.

Qua in æſtimatione apud vos erit mulier hæc nobiliſſima, quę vniuerſum exercitum Romanum ſuo ære & impenſis aluit, & in prædijs ſuis honorifice hoſpitata eſt tanta cum liberalitate, vt hodie adhuc propterea volitet per ora virorum ?.

O Æmuli mulierum, obſeruate generoſum genium, nobile cor, & generoſitatem celebrem illuſtriſſimæ Phrines, quæ muros Thebanos ampliſſimos reparare ac reficere propoſuit, nec à ciuibus pignus aliud expoſcebat, nullam aliam gratiam efflagitabat, quam vt diuerſis in locis murorum liberalitas facta, & nomen ſuum litteris maiuſculis poſteris inſculptum remaneret. Sed quã Thebarum Ciuitatem fuiſſe exiſtimatis? hęc centum portas in ambitu ſuo habebat. Prætereo innumeras alias fœminas quarũ præclare geſta in ore hominum ſunt, quarum virtutes ab hiſtorijs deſcribuntur: non eſt doctus apud homines qui id ignoret: Pijſſima Thabita benignitate fulgebat memoranda & omnibus celebranda ſeculis, quæ vt e-

Phrines.

Thebarum Ciuitas.

genis mendicis ſubueniret, vt afflictis viduis auxiliaretur, vt orphanos, pupillos, pauperculos foueret, nutriret, veſtiret, dotaret, vix quo ſuum corpus tegeret reſeruabat.

ô Charitatē vſquequo inauditā, inuiſam, quæ immortalitatis pignus nullo negotio ſibi vendicat!

Pluribus alijs mulieribus ſimile accidit, legantur hiſtoriæ antiquæ, monumenta voluantur, hiſtoriæ legantur, & ſic eſſe conſtabit. Iam aduerſariorum occurramus obiectionibus, & contra decus mulierum adducta retundamus. Leuitatem, fragilitatem ſexui muliebri imponitis, ſi leuitas, ſi fragilitas earum cum fragilitate & leuitate virorum conferatur, maiorem patitur homine quā in fœmina limā animaduerſionem, vnde colligitur fœminas viris prę̨ſtare.

Sed dices Iouē imbre aureo Danaës amplexibus potitum, quod caſta eſt quam nemo rogauit, quod ſæpe mulieres caſtimoniæ diſpendium patiuntur, & philargyria captæ numerata pecunia ſe vænales efficiunt. Fragilitas huiuſcemodi excuſatur, quod de vrbanitate illarum prorumpat ſingularis amor, ex-

ceſſus cordialis illarū hoc efficit, quod plus quā par ſit amicos colāt id euenit.

Verum vlterius ſermonem noſtrum protrahamus, delictum hoc nō mulieribus, ſed importunis hominum illecebris adſcribatur, laſciuis intuitib⁹ & aſpectibus detur, inducijs carnalibus, minis atrociſſimis, & captionibus tribuatur: indies enim contra hunc ſexum infanda & illicita homines moliuntur.

Nuſquam audiui mulierem proſtitutam ſponte, lapſum faſcinationes, philtra, ſponſiones, & ſimilia præceſſerunt, lænones perpetuo cogitant artes fallendi mulieres, viri amore inardeſcentes ſe clientulos, ſe ſeruos proteſtantur: ſe præpeditos affirmant: verum caute vt fallant, ſimulatis & crocodilli lachrymis genas irrigant, lachrymantur coram mulieribus, ſuſpiria duplicant, vt fœminas fuco illo ineſcantes carpāt.

Piaculum maximū dum ſuis artibus, lænocinijs, promiſſis, ſeruitutibus, philtris, carminibus, faſcinationibus illorū, *Philtra.* oſculis & amplexibus nō frui licet, vt luxuriā ſuā inordinatam expleant vim faciunt, rapiunt, & per ſeruos impios, muneribus oppletos concupiſcentiā ſuam

ſuam explent.
Numquid tales coniurationes frequentes viros ſexui fœminino non poſt ponent? circa hæc hominum induſtria occupatur. Vere animus muliebris ex Ariſtotele noſtro præſtare haud negabimus: Corpora mulierum delicatiora, temperamento nobiliori & delicatiori conſtruuntur, vnde ſenſus interni acutiores: mollior & tenerior ſemper fœminarnm cutis ac caro.

Numquid experimur induſtriam fœminarum? numquid mulierum ingenia inueniendis formandiſq. rebus ſubtiliora ab æterno fuere?

Legite Polydorum Virgilium, alioſque probatos authores de inuentoribus rerum, illicq. inuenietis mulieres penè omnium artium ingenuarum actionis & cognitionis, ſicut ſeruilium exercitiorum inuentrices. Numquid litteras à mulieribus accepimus? Vnde colligimus quod ſicut homines de fœminis ortum habent, ſic & ſcientiæ ab eis emanarunt humanę.

Probiſſima Domina Carmenta litterarum elementa prima inuenit, diſciplinas ſtatuit quibus Leontia (quę de me- *Carmenta* *Leontia.*

retricatu in Theophraſti coniugium edidit) validis rationibus & argumentis talē tantumq. virum diſputatione publica validiſſime diſputans ſuperauit.

Sapho. Sapho puella laureanda carmina Saphica inuenit, & cum pluribus Poëtis concertauit, quos tandem ſuperauit & carmine vicit: idem formoſa Corinna præſtitit. Optimum erit huc carmina viduæ doctiſſimæ Pariſienſis inſerere in quibus Echo alloquitur. *Vidua Pariſina.*

Vidua & Echo introducnntur.

V. Nunc ego ſola meos hic nullo teſte dolores
Solabor triſti triſtis & ipſa loco.
Hac à parte iuuat ſyluarum obſcurior vmbra,
Muſcoſo inde placent antra referta ſitu.
Hinc etiam fontes, è quorum murmure læui
Exiguos lapides ingemuiſſe puto:
Atque inter tantos ſi fas gaudere dolores
Hunc equidem lætor me reperiſſe locum.
Nullus adeſt. Ech. eſt. V. hic loquitur quis iuſtius æquo?

Ech. Echo. V. Reſponde tu rogo ſi dea?
Ech. ea.
V. Te qui nunc agitant fluctus? Ech. luctus
V. ſemperne manebit,
Aut dolor aſſidue me ſuperabit? Ech. abit.
V. Non abit, at contra Cadmæi militis inſtar
Naſcitur, & lætam me fore reris Ech. eris:
V. Abſit hoc credas, prohibent fata aſpera: Ech. ſpera
V. Quid ſperem accepto vulnere quæſo, refer.
Echo. Fer. V. fero quod poſſum verum mors coniugis inter
Præclarosprimi ſic mea corda mouet.
Ech. Amouet: V. ab illo facile abſtinuiſſe putabis,
In quo magna Deum munera erant ſita?
Ech. ita.
V. Naturæ ſuadet vis. Ech. vis. V. tum cætera diſce
Ech. Diſce: V. omnes dotes opto referre:
Ech. ferre.
V. Si quid omittam: Ech. haud mittam: V. excuſatio talis
Sufficit en dico Principio. Ech. incipio.

V. Artibus excultus Ech. cultus V. fuit atq; diſertus

Ech. Certus V. tum leges excoluit Ech. coluit.

V. Quod ſi fortunam expectes fuit omne decorum

Ech. Aurum V. eſt quod plures tu facies: Ech. facies.

V. Pulchra quidem facies perfecta ætate virili

Illum qui cernit numina ſperat Ech. erat.

V. Plura ſciat feciſſe illum hæc quiſquis legit: Ech. egit

V. Iam dolor haud patitur dicere plura tibi Ech. ibi.

Mulieres Italiæ Hiſpaniæ. Galliæ. Ad noſtra tempora aciem mentis deflectamus: quis ex Poëtis Italiæ æquiparari præſumet Peſquariæ, Veronicæ, Gambarę Vati Coraci? In Germania & Hiſpaniis quamplurimæ doctæ mulieres vigent hodie, miracula mũdi: Hę Gymnaſiis prẹſunt: quot in regno Galliarum extiterunt quæ eruditiſſimos quoſq. ſuperarunt: ne dixerim in Theologia, verum etiam in humanioribus diſciplinis? *De Pontac.* Lipſius in ſuis epiſtolis doctiſſimis ex Põtacis Burdigalenſem celebrat, Tolo;

ſa adoleſcentulã deGrepiac litteris excultã in Aurigero Amne perdidit, CarcaſſonaCometas habet quæ fluido eloquentiæ & doctrinæ profluuio vniuerſos rapiunt.

Marguarita de Valois filia Regis, ſoror Regum, coniux legitima Henrici 4. à vinculo matrimonij legitime abſoluta Mineruam ipſam Palladem, & alias litteris excultas antecelluit. *Margarita de Valois.*

Nobiliſſima Catherina de Cleues Ducis Guyſæ genitrix, tanta probitate & ratione fruitur, vt non tantum capax ſit regni, immo imperii: Suſanna de Gramond conſors Marchionis à Monte-Penſato familiã inuincibilis mariti ſui illuſtrauit, dominium auxit, laceratam ſarciuit, omnia ampliauit. *Catherina de Cleues.*

Plebeias percurro, Eliſenam, Morellam, Robertam quæ ſecretario non vtebantur, ſed propria manu proſa & carmine ſcribebãt. Quid recluſas moniales commemorem? Certum eſt quod nec Valeria, nec Paula, nec Euſtochium, contemperaneæ D. Hieronymi non lõge ſuperant eas, quas breuitatis & Laconiſmi gratia ſileo atq. omitto, & quoniam inſtar hominum de operibus lau- *Eliſena Roberta.* *Valeria. Paula.*

des non venantur, & humilitate præſtā-tes conquerebantur quod eas colerent & virtutibus efferrent. Longe altius ſermonem diffunderem, digreſſionibus ampliarem, ſed proauiſſimæ vetulæ ſuf-ficiunt. De his Heſiodus & Plutarchus ſcriptitarunt, de contemporaneis &

Boccacius. coætaneis ſermonem habuerūt Bocca-cius, & plæriq. alij tanta referunt, quod non eſt fuſius in hac enumeratione im-morandum.

Sufficiunt mihi nobiles Dominæ in ſacro codice celebratæ, in veteri teſta-mento cōmendatæ: Impoſuit Altiſſimus Abrahæ, vt Sarræ conſorti in omnibus, & per omnia pareret. Reſurrectionē ſuā Dominus noſter IeſusChriſtus mulieri-bus pri⁹ manifeſtauit: Mercurius Trime-giſtus altitudinem & virtutem mulie-rum cōtemplatus, homines inuxoratos relinquendos voluit (ſaluo honore cæ-libatus) quia matrimonio vxoribus iūcti bonitati & perfectioni ſtudent. Vbi nō eſt mulier, clauſtrum vel monaſtrium deſertum eſt.

Polytica. Politica viget vbi vxores & coniuges, mūdiſſimæ, & exculte dom⁹ in quib⁹ mu-lieres: D. Paul. ad Hebræos ſcribens de fi-

delitate reciproca ſic loquitur, & Raab in mediũ adducit:c.11.fide Raab meretrix non perijt cũ incredulis, excipiens exploratores cũ pace. Ioſue. 6. ſed quoniã ſępe ſæpius homines mulieribus puſillanimitatẽ obiiciunt, timoratas clamitant, auaras, tenaces proclamant.

Vnde quæſo fœminæ dominarũ nomen ſortitæ antiquitus, niſi quod promptæ, & ad largiendũ donaria liberales extiterunt? Quãplurimas noui mulieręs quæ vberrimè largiuntur, harũ ſeries pilorum męorum numerum ſuperat. Mulier dicitur quaſi mollis aer, vel à mulceo mulces, pro eo quod mulier eſt naturaliter apta nata homines attrahere, & mulcere, ad denotandũ quod moraliter loquẽdo anima rationalis, vel quęlibet perſona bona, per mulierẽ poteſt deſignari. Mulier debet eſſe mollis per pietatem, aer per puritatẽ, mulcẽs & liniens per benignitatẽ. Et ſic de anima, vel qualibet bona muliere poteſt exponi illud Eccl. 26. *Datum Dei eſt mulier tacita & ſenſata.*

In quibus verbis aduertite, quod quęlibet proba mulier aut anima, vel ſancta perſona, debet principaliter trib9 virtu-

tibus præpollere ad hoc quod poſſit mulier nuncupari, videlicet pietate cõpaſſionis, raritate locutionis, claritate diſcretionis. Dico quod talis mulier debet habere magnã cõpaſſionẽ: etenim natura mulier eſt flexibilis atq. mollis, ad denotandũ quod tã bonæ mulieres quã quæcũq. beatæ perſonę debent habere teneritudinem & mollitiẽ pietatis, quia videlicet delinquentibus debent indulgere, & per eleemoſynas indigẽtibus ſubuenire, per beneficia prouidere. Vnde de bona muliere dicitur
Prou. 31. Prou. 31. *Mulierẽ fortẽ quis inueniet?* & ſequitur: *manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*: Et merito dicitur Prou. 11. mulier gratioſa inueniet gloriã: quaſi diceret, illa perſona eſt glorioſa quæ eſt gratioſa, ideſt grata ad benefaciendum, & prompta inueniet gloriam ſempiternam.

Iudith. 11. Notate ſingulas Cananeæ virtutes. Iudith. 11. non eſt talis mulier ſuper terram quæ ex gentibus originem duxerit, in aſpectu, in pulchritudine & in ſenſu verborum: quod Bethulia non valuit, Iudith caput Holophernis

truncans egit, ſicut Heſter pro Mardochæo & vniuerſo Iſrael gratiam ſua venuſtate meruit. Abigail ſua prudentia nouit mitigare Dauid Regem: ſpiritalis mulier ſapientia & ſenſu fuit decorata, ſuis interceſſionibus mitigat irã Dauid, id eſt iuſtitiam Dei patris.

Dicitur Gen. 12. de Sarra, quia ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, quia ſcilicet propter prædictas virtutes, quando habentur, mulier, id eſt anima introducitur in paradiſum, quæ eſt domus & habitaculum ſummi Regis: quia ſicut dictum eſt: mulier gratioſa inueniet gloriam: & ſic figuratur in illa muliere amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarum, Apoc. 12. *Gen. 12. Sarra. Apoc. 12.*

Cananea à Chriſto cõmendatur: Omnia mira ſunt, hinc eſt quod Euangeliſta ait: Ecce quia mulier eſt non vir: hæc quę à viro doceri debuerat, vice verſa, & viros Phœnicis ſuo exemplo ad fidem inuitat, non minus quam Samaritis Ioan. 4. incolas Samariæ & Iudæorum infidelitatem retũdit: non illa Iudęa erat vt Martha & Magdalena, ſed Cananea de populo Iſraëlis infẽſiſſimo *Samaritis Ioan. 4.*

1.*Cor.* 1. Ita infirma mūdi elegit Deus, vt cōfū-
Abdia. 1. dat fortia 1. Cor. 1. Iſai. 26.33. & Abdiæ. 1.

Ex quo obſeruandum nullam apud Deum ſexus, aut nationis eſſe diſcretionem, ſed vt in figura veli Petrus e-
Act. 10. ductus eſt. Act. 10. in omni gente quę
Rom. 2. facit iuſtitiam Deo acceptum fieri. nō enim acceptio eſt perſonarum apud Deum. Rom. 2 Ephes. 6. Coloſſ. 3. non eſt in Chriſto aut mas aut fœmina, vt nec Gręci à Iudęo diſtinctio.

Mulier Cananea ad domum ad quā Dominus intrauerat quaſi violenter ingreditur, quę prona & ad eius pedes prouoluta genua flexit, deuote pro filia ſua ſupplicauit, ſed Chriſtus neglexit, & à domo eijciens ei reſpondit, quæ hunc euntem inſequitur cū clamore dicens: *Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea à dæmonio vexatur.*

Perſuaſio. Vbi mulier more Rhetorico doctiſſime ſuadet: primo captando beneuolentiam à perſona Præſidentis quem cōmendat à domino vniuerſali, cum dicit Domine; quaſi dicat, proprium eſt dominorum, vt ſeruorum & ancillarum ſuarum miſereantur.

20. Commendat illum à progenię regali, ſciebat enim quod Meſſias de-

bebat deſcendere de domo Dauid, qui mitiſſim⁹ & piiſſimus fuit: ideo vocat illũ filium Dauid, quaſi diceret: Domine progenitores tui fuerunt pij, & miſericordes, ideo more eorum effũde ſuper me ancillam tuam miſericordiam: ſcio quod es ſapientiſſimus, ad potentiam vel ſapientiam non recurro, ſed ad miſericordiam humiliter confugio: ſcio quod ſum mulier gentilis & miſera peccatrix, ideo miſericordiam ſuppliciter requiro.

3. Captat beneuolentiam à perſona filiæ, maximam miſeriam oſtendendo: O domine tu es ita pius, ita dulcis, & miſericors; Ecce filia mea quam geſtaui, nutriui, patitur & torquetur, ſed à quibus? non ab hominibus aut beſtijs, ſed à peſſimis diriſque dæmonibus, Energumena eſt: Ergo domine miſerere mei, quotidie cruciatus filiæ meę video, ad templum ire non audeo, quia pauperem filiam relinquerem ſolam in domo: timeo certe, ſecura non ſum, quia interuenturus eſt inimicus, cerno eius tranſuerſos oculos, aſpectum ſanguineum, manus intortas, crinem diſſolutum, collum contortum,

os ſpumãs, inimicum incedentem, & non apparentem, neminem video interrogantem, & tamen illum audio cum clamore loquentem: ergo Domine miſerere mei: non quæro diuitias cum ſim pauperrima, non libertatem cum ſim in ſeruitutem redacta, ſed hoc ſolum peto vt miſericordiam præſtes, ergo Domine miſerere mei: quæ tandem exaudita, etiam à Chriſto cõmendatur: *ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.*

Sancta Monica orabat pro conuerſione filij ſui, quæ exaudita eſt.

S. Monica. Si aliquibus viris in exemplum proponerentur ſancti qui præceſſerunt, forſitan ſe excuſarent, & dicerent, nõ poſſumus ſanctos imitari, qui tot donis Spiritus ſancti pręuẽti fuerunt. Rurſus ſi proponerentur fœminis in exemplum aliqui viri fortiter Deo ſeruientes, forte ſe excuſarent & dicerent, nos cum ſimus fragiles, viros ſectari non valemus. Ablata eſt excuſatio in Cananea tam viris quam fœminis: ſi ergo non potes tu vir imitari ſanctos, & tu fœmina ſectari viros, ſaltem vterque imitemini hanc mulierem, quæ tan-

tę fidei & orationis extitit apud Saluatorem.

Mulieres pietate & humanitate fulgentes officia & beneficia viris oppreſſis pręſtiterunt, non aliunde quam à Deo mercedē expectantes, immo ſe cōdebant charitatis munia impendentes, vt vanam gloriam excuterent.

Denique cum mulieres tot & tantis virtutibus micent, non eſt mirum ſi apud Græcos virtutes nomina fœminina ſortiãtur, ſicut apud Latinos Iuſtitia, Prudenti, Fortitudo, Temperantia, Fides, Spes, Charitas: hoc conſulto factum eſt, quia mulieres honoris & virtutis ſacraria ſunt.

Ad iſtud paradoxum fulciendũ innumeris rationibus ſtipatus ſermonem protraherem, ſed ad Hiſtoriographos Græcos & Latinos confugite, vbi maiora quam conceperim offendere licet. Prudētioſſimi, ſapiētioſſimi & grauiſſimi antiquorum homines omni decore, omni honore, omnibus titulis mulieres illuſtrarunt, quarũ ſeruulos & clientulos ſe profeſſi ſũt. Nec deſunt qui fœminas coluerunt, adorarunt, aliquid numinis in eis admittētes. Caſte amate

mulieres, illas viris in omnibus anteponite.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui fiduciam & conſtantiam Cananeæ nobis ob oculos proponis, qui talem mulierem & fidem eius commendaſti nobis proponens in exemplum, adauge nobis fidem, vt ad tuam ſacratiſſimam benignitatem ægri & tribulati confugiamus, & à cũctis infirmitatibus te præſtante liberati ad cæleſtia regna ſani & immaculati introducamur. Amen.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM PRIMAM QVADRAGESIMÆ.

Melior eſt morbus ſanitate.

PRudentiſſimi & ſapientiſſimi antiquorum perpetuo opinati ſunt morbos, vulnera, & infirmitates opportuniores eſſe corporibus ſanitate, quia luxuriant animi bona valetudine, ægritudines vero frena ſunt quæ nos continent, parſimoniam & ſobrietatem fouent, imo vero verius eſt morbos ſemper homines ab illicitis amoribus auocaſſe, continuiſſe, modeſtiam & humilitatem ſuſcitaſſe. *Morbi.*

Aue Maria.

POetarum figmenta referunt Prometheum formatis hominibus de limo terræ, ad concanum lunæ excentricum conſcendiſſe *Prometheus.*

vt ex hinc ignem ſurriperet, ſatis ſuperque ſciens hoc elementum illis fore neceſſarium: verum homines tanti beneficij immemores aduerſus illum armari propoſuerunt: vnde iure ira excandeſcens vlciſci propoſuit, & caſtigandis, è cœlo in ſolum ad nos tranſmiſit duos infauſtos viros, laborem ſcilicet & anxietatem, nec non infeſtiſſimam mulierem ægritudinem, quæ duobus primis eſt onerofior.

Infirmitas non ſolum inuaſit ſenes, ſed etiam puerulos, non ſolum diuites, ſed & pauperes, non ſolum hoſtes, ſed & amicos Chriſti, hæc nemini parcit: Erat quidam homo iuxta piſcinam triginta & octo annos habens in infirmitate, quem tandem aliquando Dominus Ieſus ſabbatum ſanctificans ſanauit. Ioan. 5.

Laruam fabulæ huic excutiamus, myſterium aperiamus, hac mythologia docemur Deum optimum maximum creaſſe hominem de limo terrę, cui poſt ſeptem Spiritus ſancti dona largitus eſt intellectui ſapientiam, ſcientiam, voluntati conſilium, fortitudinē,

pietatem,

pietatem, timorem. Iſai. 11. quæ ſunt veſus ignis è rota æternitatis deſumptus: non obſtantibus huiuſmodi gratijs & prærogatiuis in Deum inſurrexit, & inobedentia ſua iuſſa eius violauit: quapropter iratus Dominus in pœnam tãti facinoris dolorẽ in eum immiſit Gen. 2. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: laborem impoſuit onerosum atque moleſtum: maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi: & ægritudinem vibrauit dum Euam ob ſuã intemperantiam multauit: *In dolore paries.* Gen. 3. *Gen. 3.*

Vniuerſi Philoſophi qui de homine tractarunt, illum perfectiſſimum, & cæteris creatis nobiliorem & præſtantiorem voluerunt. Immo Plato non eſt veritus epithetum terreni numinis illi adſcribere. Hoc mihi perſuadere non auſim, vix credo, quinimmo hominem imperfectiorem, infauſtiorem, miſeriorẽ omnibus autumo. *Simile.*

Non defuerunt qui hunc Ciconię contulerunt: Ciconia prima frõte auis eſt ſpecioſiſſima, formoſiſſima, quæ tamen deformior, & monſtruoſior, lõgas & altas habet tibias, ſed ita fragiles, vt *Ciconia.*

eam vix ſuſtineant, caro eius atra, fœtida, mille imperfectionibus & vermibus ſubdita. In homine quid auguſtum & magnificum offenditur? at maiores ſunt hominis miſeriꝫ quam commoda, illis euehitur, iſtis deprimitur, prꝫcipue ꝫgritudinibus & morbis naturalibus quibus præpeditur.

Morbi hominis. Homo centum quadraginta quatuor morbis ſubiacet ab internis cauſis ſi. ſcitatis, prꝫtermiſſis illis quꝫ à cauſis externis emergũt, & veniũt ab igne, ab aqua, à ferro, aut aliũde: Ita vt videãtur omnia in hominẽ inſurgere, & in ei⁹ vitã audere

In membris ſuis ariditatẽ patitur, calidum & humidum cum eo dimicant.

In aquis infeſtos habet piſces, vrticas marinas quæ ipſius aſpectu terrentur, concutiuntur.

In aere bubulcos & veſpas patitur.

In roſis vernantibus ſpinas offendit: in lilijs fragrantiam fœtidiſſimam habet: In pratis, herbis, & hortis occurrunt ſerpentes, colubri, baſiliſci, viperæ.

In domibus ſcorpiones horret.

Quoad animalia, quædam illorum in eum inſurgunt dentibus, vt lupi: alia vnguibus, vt feles atque leones: alia hali-

tu vt baſiliſci,alia obſidione occulta vt torpillus.

Venti flatu ſuo violento hominem tempeſtatibus, & turbinibus infeſtant.

Torrentes fluuij, flumina ſuis crebis inundationibus mergunt.

Terra ſuis concuſſionibus & hiatibus homines quandoque euertit, deglutit.

Homo homini Deus, homo homini lupus: nullum malum hominem inuadit,quod Deo volente aut permittente nō patiatur: malum culpæ pœnitentia curat, malum pœnæ Christus Ieſus cæleſtis medicus ſanat, ad illum recurrendum: ſanat ſiquidem omnes infirmitates noſtras Pſal. 102. Ipſe eſt medicamen vniuerſarum ægritudinum; vnguentum ad omnes plagas, pharmacum generale & commune. *Pſal.*102.

Si cæcus es, lumen eſt, ſi claudus via eſt, ſi paralyticus fortitudo eſt, ſi febre æſtuas fons eſt,ſi mutus verbum eſt. *Apoc.* 12.

Is eſt arbor Apocalypſeos,cuius folia & cortex ſanāt. Amb.l.3. de Virt. Apoc. 22. In medio plateæ eius, & ex vtraq. parte fluminis lignum vitæ afferēs fructus duodecim,per mēſes ſingulos red-

dens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium.

Immittit Deus in nos morbos, non vt auferat malas voluntates, ſed potentiam praue agendi, vt delicta noſtra fateamur. Hoc myſterio celatum Dauidis ſpecimẽ charitatis, qui cum Saulem in tentorio dormientem & ſopore correpum offendiſſet, non ipſum transfodit, hoc tantum contentus, haſtam & ſcyphum auferre, intactum reliquit. 1.
1. Reg. 26. Reg. 26. Cum autem occidere eũ poſſet Dauid, dimiſit illum illæſum, & abiit
Simile. ferens ſecum eius ſcyphum & haſtã. Ita Deus cum poſſet propter peccata pa-
Paralytic. trata Paralyticum noſtrum extinguere, per triginta & octo annos illũ in infirmitate continuit, vt ablata ſanitate non ſic facile laberetur: ſuper quam bonam valetudinem incraſſati, impinguati, dilatati ſæpiſſime calcitrarunt, & voluntati diuinæ contradixerunt.

Vires corporeas illi ademit, & bonam valetudinem quam in ſuis delitiis occupabat, vt hinc ſui morbi grauitatẽ cognoſcat, & aliunde prouidentiam miſericordiamq. diuinam imploret: vt reſipiſcens cum Saule exclamet: pecca-

ui, nequaquam vltra te lædam, quomodo cum poſſes vno ictu interficere, vitam meam ſeruaſti? Hoc pacto peccator emplaſtrum vulneribus applicet, ex eo remedium & cataplaſma hauriens, Antidotum deſumens: Sic egit Seraphicus Pater noſter Franciſcus teſte diuo Bonauentura in eius geſtis, graui languore attritus Dei digitum conuertit ad ſuę conuerſionis effectum. *S. Franciſc.*

Quidam infirmantur in capite per ſuperbiam: Iudith. 8. Venit æſtus ſuper caput Manaſſæ, & mortuus eſt: quidam infirmantur in oculis per inuidiam: 1. Reg. 13. Heli adeo oculi caligauerant *1. Reg. 13.* quod lucernam ardentem & lucentem videre non poterant: quidam in pectore infirmantur, per iracundiam. 2. Cor. *2. Cor. 11.* 11. *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?* Quidam in manibus infirmantur per auaritiã: Deut. 32. videbit quod infirmata ſit manus, & clauſi quoq. defecerunt, reſiduiq. conſumpti ſunt. Quidam in ventre infirmãtur per gaſtrimargiam: Philip. 3. *Quorum* *Philip. 3.* *Deus venter eſt & gloria in confuſione eorũ.* Quidam infirmantur in renibus per luxuriam: Ezechielis. 29. diſſoluiſti omnes

renes eorum: quidam in pedibus per pigritiam: 2. Reg. 16. ægrotauit Aza dolore pedũ vehementiſſimo nec in infir-
2. Reg. 16. mitate ſua quæſiuit Dominum. Pſal. vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmita-
Ierem. 10. te ei⁹. Ierem. 10. hæc infirmitas mea eſt, portabo eam, iſta vero infirmitas eſt vtilis, & in patientia ſuſtinenda.

Sicut enim in infirmitate praui humores conſummantur & vacuantur, ita quod poſt infirmitatem homo ſanior efficitur: ſic quantum ad ſpiritalia infirmitas mundanæ tribulationis, vel corporalis afflictionis animam ſpiritualiter ſanat, & humores peccatorum & malarum affectionum vacuat atque purgat.
Eccl. 31. Vnde dicitur. 31. Eccl. infirmitas grauis ſobriam facit animam.

Notate ergo breuiter quod talis infirmitas vtilis eſt, quia per illã ipſã Deus requiritur, homo compellitur ad Deũ recurrere, & ipſum deuotius exorare: Elephantes enim dum infirmantur ſolent herbas medicinales quærere, & ipſas ad cælũ ſurſũ leuare, ſicque quodã religionis cultu à diis auxilium implorare: in quo quidem natura inſtruimur

quod infirmitatibus grauati ad Deum recurrere coarctamur.

Quia certè vt ferrum in igne poſitum mollius & ductilius efficitur, ſic homo ardore infirmitatis accenſus & per contritionem mollitus, melius ad voluntatem artificis, Dei vel prælati per conuerſionem ducitur, regitur, & formatur. Pſalm. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerunt.* Sicut metallum in fornace liqueſcit, ita quod in modulo poſitum, poteſt in aliquam ſpeciem gratam conuerti: ſic homo dum graui infirmitate tangitur, facilius in bonum virum conuertitur & mutatur: infirmitas enim carnis ſobriam animam efficit. *Pſal.* *Simile.*

Virtus in infirmitate perficitur: Ignis quando exterius per ventum pulſatur, fortius conualeſcit & roboratur, ſic ſancti quando infirmitate aliqua exterius pulſantur, tunc virtute & perfectione amplianttur. Ioel. 3. *Infirmus dicat quia ego ſum fortis*: Et 1. Reg. 2. infirmi accincti ſunt robore. 2. Cor. 12. virtus in infirmitate perficitur, & ideo dicebat ibidem Apoſtolus: libenter gloriabor in infirmi- *Simile.* *Ioel. 3.* *1. Reg. 2.* *2. Cor. 12.*

tatibus meis vt inhabitet in me virtus Chriſti. Vnde Gregorius, mala quæ hic nos premunt ad Deum ire compellunt: & iterum. Pſal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Iſtud patet Luc. 14. vbi cæci, claudi, & debiles compulſi ſunt venire ad cœnam Domini: ſani autẽ ſe excuſarunt. Vnde Innocentius exponens hoc verbum, poſtea accelerauerunt, dicit quia huiuſmodi tribulationes & penuriæ ſunt quaſi epitome citius veniendi ad Deum.

Gregorius.

Circa quod ſciendũ quod infirmitates corporales vtiles ſũt ad quatuor. Primò ad purgãdũ culpabilẽ vitã: multa enim mala cõmittit homo corpore & anima, ſed quia anima ſtatim vt exit de corpore pœnã patitur pro peccato, aut in inferno, vel in Purgatorio, corpus autẽ iacens in ſepulchro nihil patitur niſi corruptionẽ, pœnã autem ſenſus nullã vſq. ad generalẽ reſurrectionẽ. Vnde ſtaret quandoq. quod anima ſoluto debito in purgatorio euolaret in cœlum, corpus autem in reſurrectione generali ſurgeret ad gaudium, nullo pœnali debito ſoluto, ideo Deus ex iuſtitia punit hoc corpus, moleſtiis, infirmi-

tatibus, laboribus, aduerſatibus: animã autem in purgatorio, vt vtrũque luat pœnas, ſicut vtrumq; habuit delicias.

Vnde Petrus Rauẽnas in quadam epiſt. Ideo te forſitan perſonaliter punit Deus, vt æternæ mortis ardores pœna temporalis redimat: in ædificatione enim templi Salomonis lapides prius malleis tundebantur, ne in illorũ poſitione ſonus mallei audiretur, nec in horreo Domini reponitur granum, donec flagellis & triturantium pedibus fuerit excuſſum. *Petrus Rauennas.* *Similia.*

2. Tales infirmitates corporales ſunt vtiles ad confitendum propriam culpam; vnde ſe habet nobiſcum Deus ſicut Dominus cum ſeruo quem ſcit eſſe ſceleratum, detrudit in carcerem, & tandiu tenet eum donec confiteatur furtum contra ſe, & contra alios conſcios.

Caro noſtra eſt ſicut fur, quia prohibita furatur, ſicut Eua pomum, ſocij eius ſunt ſenſus noſtri qui adiuuãt corpus ad ſpoliandam animam, ſed iſtum furem Dominus capit & incarcerat, & ponit quaſi furem ad quæſtiones & extortiones, quando immittit ſibi fortes

febres, vel podagram, vel paralyſim, & tandiu tenet eum in infirmitate, donec confiteatur peccata ſua, contra ſe & contra ſenſus ſuos quibus peccauit: vnde videmus quod illi qui ſunt ſani vix confitentur in anno, qui tamen poſtquam ægrotant ſtatim acciunt confeſſorem. Pſal. *Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo venie-bant ad eum.*

Pſal.

3. Vtiles ſunt infirmitates corporales ad conſeruandam gratiam diuinam: vnde Apoſtolus vt melius conſeruaret reuelationes ſibi in tertio cœlo factas, & bona alia gratuita, paſſus eſt ſtimulum. Quod exponens quædam gloſſa ſatis notabilis dicit: quod paſſus eſt dolorem capitis, licet alij dicant, tentationem carnis. 2. Cor. 12. cum infirmor, tunc fortior ſum & potens. 2. Cor. 12. libẽter gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti; ac ſi dicat aperte: libenter dolore corporali affligar, vt firmum vas ad conſeruandam gratiam dei effici merear: eſt enim infirmitas corporis quaſi ciſtæ pretioſæ concatenatio: quanto enim ciſta eſt fortioribus catenis concate-

Pauli ſtimulus. *1. Cor. 2.* *2. Cor. 12.*

nata, & quanto pluribus ſeris ferreis eſt clauſa, tanto eſt aptior ad conſeruandum pretioſum theſaurum, qui eſt intrinſecus reconditus: ſic dum corpus infirmitate vincitur, tunc eſt aptius ad virtutes aſſeruandas animæ, quæ ſunt theſaurus abſtruſus in agro: Math. 13. ſunt ergo illa vincula grataunter ſuſtinenda, quādo Deus ea immittit, ſicut cōnſulit Salomon Eccle. 6. *Subijce humerum tuum, & portam illam & ne accideris vinculis eius: vincula eius alligatura ſalutaris.* Ex his infero duo. Primū quod nihil ita reprimit in nobis elationis ſuperbiam, ſicut infirmitas corporis: iſtud patet per illud Iob. ſagittę Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, dicit interlinearis, ſpiritum elationis. Et Hieronymus ibidem dicit, ſagittæ Domini ebibunt ſpiritum, cum ſupernæ animaderſiones mentem ab elatione compeſcunt. Iob optabat talibus affligi doloribus dicēs: hæc mihi conſolatio ſit vt affligens me dolore non parcat. Greg. cum dolor nos percutit, elátio mentis ſucciſa cadit.

Simile.

Math. 13.

Eccl. 6.

Sagitta Domini.

2. Inferno ex hoc quod ſignum gra-

tiæ diuinæ ad hominem eſt afflictio infirmitatis corporalis, vt communiter: vnde dicit Apoſtolus, libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Chriſti. Et ex hoc conſequenter ſequitur quod talis afflictio eſt ſignum ſalutis futuræ: nam Deus quos ſaluat æternaliter, temporaliter punit. Greg. quibuſdam hic parcit vt in æternum feriat, ergo ignoſcit, quod eſt mihi conſolatio. Hieronymus ſup. Iob. tractãs eandem ſententiam eadem propoſuit: hic quibuſdam parcit vt in æternum puniat, & non parcendo in æternum ſaluet: ex afflictione enim conſolor, quia ad ſpem ſalutis ex vulnere eius erigor. Et ex hoc iam apparet vice verſa, quod qui ſunt hic excepti à dolore, exempti erunt poſt à ſalute.

Greg.

Hieronym. ſuper Iob. 6. nec fortitudo mea fortitudo eſt lapidum. Reproborum mens quia ſola præſentia diligit, plerumque aliena tanto exiſtit à verbere, quanto poſt extranea manet ab hæreditate. Ex hoc patet quod multum debet timere homo in continua ſanitate,

quæ quandoque occaſio eſt multorū vitiorum. Hieronym. Electi conſiderantes quia nulla aduerſa patiuntur, in formidinis pauore tabeſcunt.

4. Infirmitates corporeę vtiles ſunt ad hoſtis noſtri debilitationem. Hoſtis noſter domeſticus cum quo eſt continua pugna, & rara victoria, eſt caro noſtra, quæ continue concupiſcit aduerſus ſpiritum: Galat.5. vnde ſi fuerit infirmata doloribus, multum debilitatur, vt non concupiſcat contra animam, ſed potius vt obediat animæ, ſicut ſeruus ictus ab hero. Eccle.31. Infirmitas grauis ſobriam facit animam. Bernardus explanans illud Pauli: Cum infirmor tunc fortior ſum, dicit: quid mirum ſi fortior efficeris hoſte debilitato, niſi forte inſaniſſimum amicum dicam, qui non ceſſat concupiſcere aduerſus ſpiritum? *Galat.5.* *Eccl.31.* *Bernardus.*

5. Tales infirmitates vtiles ſunt ad quærendum velocius regni cœleſtis conſolationes: vnde Deus facit homini ſicut mater puero, quem ablactando acu compungit in os vt reſipiſcat & ceſſet à lacte. Aug. in libro confeſſionum de ſe ait: Exceſſi omnia pre- *Aug.*

cepta tua, nec euaſi flagella tua; nam tu ſemper aderas ſeruiens miſericorditer, & amariſſimis aſpergens offenſionibus omnes illicitas iocunditates meas, vt in te quæram ſine offenſione iocundari. Greg. mala quæ nos hîc premunt ad Deum ire compellunt.

Greg.

Corpus noſtrum miſeriæ mancipiũ verſus vitam futuram contemplandã ſemper intentum eſſe oportet.

Stilbonus

Doctus Philoſophus Stilbonus infirmum carceri ruinoſo vndequaque lacerato confert, & cum immunditijs eiuſdem comparat, de quo ſe breui liberandum & manumittendum exiſtimat. Infirmi tali confidentia beantur, ſe breui liberandos ab hoc ergaſtulo corporeo, dum carnem vident quotidie reumatibus, podagris, phtiſi, aſmatibus, & alijs ægritudinibus exerceri.

Simile.

Sæpe ſub lacerata vagina gladius acutiſſimus, ſic ſub corpore imperfecto, ſauciato, vulnerato, ęgro, nobiliſſimæ animę, ſpiritus elatus, etſi anguſtiatus proprius ad generoſiſſima quæque audenda atque patranda.

Num in triremibus, fortioribus remi traduntur, & debilioribus (qui

vt plurimum ingenio pollent) gubernaçulum committitur? numquid fortitudo Milonis, Aiacis, Herculis citius conſternata, quam Solonis, Neſtoris, Catonis, aut Socratis? Enimuero quid eſt corpus quod tam ſagaciter aſſeruamus, quam domicilium ſpiritus? cuius fragilitate & ad corruptionem propenſione non extenuatur: domus ſiquidem animi corpus eſt morti obnoxium. *Solon. Neſtor. Cato. Socrates.*

O nos miſeros qui vix aut nunquam diſcernimus quæ auere aut exquirere oportet, queruli ſemper de quotidianis cadaueris ægritudinibus! Itali quo facilius tortas ex herbis confectas coquant carpant, findere vndequaque ſolent: laceratur corpus, vt præcordia ſanctiſſime condantur; teſta ad hoc conſtructa magis durat quam ſi integra nullibi aperta foret, & corpus huc illucque agitatum diutius durat & Animam conſeruat.

Cutis delicata facillime læditur, calloſa ſubſiſtit, quoniam humores non ſic facile euaporantur, & ſudores frequentes delicatorum proſternunt eos. *Plinius* Plinius in ſua hiſtoria naturali grauiũ

morborum numerum prope infinitum exponit, tamen ſic iudicio tabeſcimus vt minutula cephalęa, dolore capitis, aut minutulę febris æſtu à patitia deficiamus: Cõquerimur de febri quartana pro qua ſatius gaudendum (licet vexet) purgat, ſanat, & dies multiplicat: quartana æſtuans certo diutius viuet iuxta medicorum vulgarem ſententiã, qui per tempus febribus quartanis anxiatus eſt, deinceps fœliciori gaudet ſanitate.

Febres.

Si pro minimis patientię limites trãſgredimur, quid fieret ſi nobis quæ Pherecidæ Philoſopho acciderunt euenirent? Quid ſi ex noſtris corporibus ſerpẽtes innumeri ſcaturirẽt? quid ſi inſtar Mœçenatis àtriennio palpebrę noſtræ non clauderentur, oculi inceſſanter aperti remanerent? quid ſi febri ethica continuo laboraremus, & nos ad ſepulchrum traheret?

Corpus hoc tunc ſanum quando ægrum. Num infirmi modeſtiſſimi, numquid ægri ſupercilium deprimunt, ſuperbiam calcant? infirmos vix laſciuientes comperies, auaritiam & inuidiam morbis præoccupati declinant: Æger nuſ-

Æger nuſquam iraſcitur vehementer , nuſquam crapula ingurgitatur, inedia non extinguitur, ambitione non cruciatur.

O vtinam tales ſani eſſemus quales ægri eſſe efflagitauimus, & Deo infirmi ſpopondimus : Optimus Diuus Baſilius quoniam valetudinarius, & paruæ aut nullius ſanitatis , medecinę operam dedit , in qua ſic profuit , quod ſui temporis omnes penè Phyſicos facili negotio vicit. Secus Plato Philoſophus quod ſe robuſtum dignoſceret, perpetuis vigilabat & intendebat diſceptationibus, aerem caliginoſum, cælũ nimboſum quærebat, loca periculoſiora perquirebat vt laſciuos carnis inſultus frenaret, & ſtimulum cohiberet: in ea ſiquidẽ fuit opinione ſpiritum quoquo dotaretur acumine, ſine carnis maceratione vigere non poſſe. *Plato.*

Quoties filum huiuſce meæ fragilis vitæ oculis meis offero , incredibili tranſfũdor lætitia, quod breui reſolutio corporis mei immineat , vt tunc reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus ad Dominum Deum qui fecit il-

lum.

Denique examinemus quot bona, ſolatia gratiæ comperiantur in homine infirmo. Primũ qui ſunt infirmiores diutius vitales auras protrahũt in hac peregrinatione, quam dierum diffuſionem vniuerſi excogitant & concupiſcunt. Licet enim accideret diuerſis temperamentis, complexionibus, & qualitatibus homines compoſitos diuerſari, cõcuti, agitari, tamen vita ſemper protrahitur. Permittitur ob bonum Reipublicæ, & amicorum propagationẽ diuturnos dies appetere, quod ſi vtiles & neceſſarij morbis infeſtemur, cruciatur plebs, omnes remedia excogitant ſanitatis perditæ recuperandæ: Quod ſi conualeſcamus, ſumma cura recuperatam valetudinem aſſeruamus, nuſquam excedimus, ſobrius & temperantius victitamus, quia delicatiores & infirmiores robuſtioribus & ſanioribus magis periclitantur.

Indies experimur quod fortes, robuſti nihil timent, omnia aggrediũtur, incunctanter periculis ſe credunt, cibaria omnia vorãt, fercula non timent, hauſtus omnes deglutiunt, indifferenter bi-

bunt & comedunt abſq. metu, ſerotinum tempus, immo ipſam noctem non verentur, tēpeſtatibus & procellis ſine neceſſitate ſe exponunt, imbrem, grandinem, ventum, auram nihili faciunt: à mane ad veſperam inclementiæ aeris ſe produnt, & quod peius eſt quia in proprijs membrorum viribus fidunt, quod robuſti exiſtant ſine præuia diſcretione percutiunt, lacerant, verberant, deprædantur, obuios ſpoliant, iniurijs laceſſunt, mala penè ſingula impune aggrediuntur quæ illos cauſarum quæſtoribus tradunt, qui nulla habita ratione valoris, magnanimitatis, fortitudinis, cōſanguinitatis, diuitiarum, illos carnificibus & vltimo ſupplicio addicunt.

Inſipientiæ igitur & maximæ dementiæ eſt, vires ſimiles & valetudinem bonam efflagitare, ſanitatem corporis exquirere, cum inde talia pericula & damna emergant. Nunquam ſine bona valetudine coniurationes, numquam ſeditiones, numquam bella horrida ſuſcitarentur.

O fœlix Paralytice! triginta & octo annos in infirmitate habens in portici-

bus piſcinę pecuariæ iacuiſti, ſæpe motum aquæ ab Angelo immiſſum vidiſti, innumeros ſanatos animaduertiſti, hominem non habens qui motis aquis te mergeret, patiēter ægritudinem ſuſtuliſti: ſua tandem patiētia auxilium, præſidium, & ſolamen à Chriſto accepit.

O Fœlix Paralytice! En Chriſtus cœleſtis medicus ad te miſericorditer venit, & tibi dixit: Vis ſanus fieri, ſaluatorem non noſti, tuam egeſtatem & neceſſitatem cum infirmitate expoſuiſti in illius benignitate confidens: dicenti, Tolle grabatum tuum & ambula, ſtatim obtemperaſti, ſanitateque recuperata miraculum propalaſti, & ipſius diſcipulus tandem ab ipſo inſtructus effectus es.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte bonorum noſtrorum author, & rector, ingentes tibi gratias referimus quod ægritudinibus quandoque nos vi-

ſites : imple corpus noſtrum infirmitate, & faciem ignominia ! ô benigniſſime Domine hîc vre , hîc ſeca, modo in æternum ſalues : ſi morbos tranſmiſeris , ne permittas nos tentari ſupra vires : & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

Digitized by Google

SABBATHO POST DOMINICAM PRIMAM QVAdrageſimæ.

Paradiſus Terreſtris eſt.

MEo iudicio aliqui ex modernis & antiquioribus Authoribus hiſtoriam Paradiſi Terreſtris 2. Gen. deſcriptam à Moyſe, myſticum quid ſpiritale, & typicum, voluerunt, allegorice debere vſurpari. Hoc in errore fuerunt Philo Iudæus, Valentinus hæreticus, Origenes, Georgius Venetus Harm. mundi Cant. 1. ton. 7. cap. 21. Mirum opinionem vetulis retro luſtris ſopitam hodie renouari. Certum eſt Paradiſum Terreſtrem fuiſſe, & eſſe, ex quo hodie teſtis transfigurationis Helias auocatus eſt.

Digitized by Google

Aue Maria.

PAradiſus quaſi parens Dei dici videtur : noto autem triplicē Paradiſum. Primo enim dicitur Paradiſus illa patria cęleſtis in qua beati locantur, hoc modo loquitur Paulus 2.Cor.11.ſcio hominem ſiue in corpore, ſiue extra corpus raptum in Paradiſum, & audiuit arcana verba quę non licet homini loqui.2. modo dicitur Paradiſus viſio clara Dei, & eius fruitio vbicumq. ſit,ſeu in cælo, ſeu in terra, & hoc modo inducit Lucas Dominum Ieſū latroni loquentem 23.cap.Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo. Non dubium quod aut loquebatur de viſione diuina, aut loquebatur de quiete mentis & vitæ:non oportet autem hoc exponere de Paradiſo Terreſtri, ſicut exponit Euangelium Nicodemi. 3.dicitur Paradiſus locus amœniſſimus in terra conſtitutus, in quo Adam ante peccatum collocatus fuerat, & dicitur in Gręco Paradiſus,in Latino hortus, in Hebræo Edem, quod delitiæ interpretatur : hinc hortus deli-

Paradiſus Terreſtris.

2.Cor.11.

Luc.23.

tiarum.

Paradiſus in Oriente omni terra excelſior poſitus, temperato vero & tenuiſſimo aere circumfulgens, plantis ſemper floridis ornatus, bono odore plen⁹., ac lumine pulchritudinis vniuerſæ replet⁹ erat: ex hoc hodie teſtis transfigurationis Helias auocatus eſt. Ma. 17. Certe vniuerſa narratio Moyſis apertiſſime demonſtrat Paradiſum fuiſſe locum quendam in terra corporatum & aſpectabilem, omni genere voluptatum & delitiarum abundantem. Cum enim ea narratio non minus hiſtorica ſit quam aliarum rerum, quas prius memorauerat Moyſes, verus profecto & germanus eius hiſtoriæ ſenſus is debet ſine controuerſia cenſeri, quem reddunt verba Moyſis ſecundum propriam & vſitatam eorum ſignificationem ſumpta.

Multa itẽ licet obſeruare in hiſtoria Moyſis quæ huic ſententię fidẽ aſtruũt: ait enim Paradiſũ in regione Edẽ ad Orientalẽ eius plagã locatũ, extra quẽ cõditus eſt homo, ſed mox in eum à Deo introductus eſt vt ipſũ coleret & cuſtodiret: fuiſſe in eo arbores amœniſſimas

aſpectu, ſuauiſſimas guſtu, irrigatũ eſſe vno flumine, poſtea diducto in quatuor fluuios, eorumque duos eſſe Tygrim & Euphratem, è quo eiecti poſt lapſum proceres. *Tygris Euphrates.*

Fuit quorumdam noſtri temporis ſententia, quam fuiſſe tamen antiquiorem arguit commemoratio eius apud Hugonem Victorinum Lib. in Gen. Paradiſum quem deſcripſit Moyſes non fuiſſe definitam aliquam regionem, aut certum quempiam terrę locum, ſed nomine paradiſi, denotari vniuerſam terram, quę in primæua conditione, ac ſtatu ſuo ob eximiam bonitatem, amœnitatem & fœcunditatem, erat tota quaſi hortus quidam amœniſſimus, & tanquam paradiſus: illum autem fluuium quo paradiſus irrigabatur, aiunt intelligendum eſſe ipſum oceanum, quem nomine fluuij Heſiodus in Theogonia, & in Odyſſea Homerus appellant. *Hugo Victor.* *Fluuius. Heſiodus. Oceanus.*

Oceanus vero irrigare dicitur vniuerſam terram, quod omnes dulçes aquę quibus terra irrigatur, ex oceano (vt vetus fuit Philoſophorum & Poë-

tarum opinio, nec ſane (aliena diuinæ ſcripturæ) per ſubterraneos & occultos terræ meatus promanant. Oceanus porro quatuor illa flumina fundere dicitur, non quod cætera ex eo non habeant originem, ſed quia hęc tanquã maxima & nobiliſſima, atque celebratiſſima viſa ſunt præcipue memoratu digna: verum hanc opinionem, vel ſimplex ipſa narratio Moyſis & vehementer & euidenter confutat.

4. Flumina

Quomodo enim intelligi poteſt paradiſum quem deſcripſit Moyſes, fuiſſe vniuerſam terram, cum diſerte Moyſes doceat fuiſſe eum in regione Edem verſus plagam orientalem? extra quem cum factus eſſet homo, eſt in eum poſtea introductus, & mox propter peccatum admiſſum ex eo eiectus, poſito ad eius aditum cuſtodiendum terribili Cherubino. Hæc enim & alia quæ ex eadem narratione colligere licet, de vniuerſo terrarum orbe dici nullo modo poſſunt, quia eiectus è paradiſo extra mundum proiectus fuiſſet, vbi nihil eſt & ſubſiſtit.

Tertul.

Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes, ait paradiſum locum eſſe diuinæ

amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpitibus deſtinatum, & maceria quadam igneæ illius zonę à notitia orbis communis ſegregatum. In extremo autem libro quem de anima ſcripſit, affirmat ſe proprium de paradiſo librũ edidiſſe, quem ſi nunc haberemus, propriam eius de Paradiſo ſententiam liquidius cognoſcere poſſemus.

S. Baſilius in oratione de paradiſo his verbis eum deſcripſit: paradiſus (inquit) locus erat delitijs omnibus affluens, omnem creaturæ ſenſibilis exuperans pulchritudinem. Beatus Ephrẽ Syrus æqualis & familiaris Baſilij, in commentarijs ſuis in Geneſim (vt citat Barcepha Syrus) paradiſum fuiſſe narrat. Ioannes Damaſcenus. Lib. 2. de fide Orthodoxa ſitum eius deſcribit: Eſt locus Dei manibus in Edem ad Orientem mirabiliter conſtitutus, omnis lætitiæ & voluptatis promptuarium &c. *S. Baſilius.* *B. Ephrem.* *Damaſcen.*

Iſidorus Lib. 4. Etymol. cap. 3. Paradiſus eſt locus in Orientis partibus conſtitutus, cuius vocabulum è Græco in Latinum vertitur hortus. Rupertus Lib. 1. de Trinitate cap. 37. Paradiſum ait fuiſſe locum amœniſſimum, & cœlo *Iſidorus.* *Rupertus.*

proximum. Ambroſius Catharinus citat Auguſtinum de Paradiſo, neſcio ex quo libro eius ad Oroſiũ: ſed Theologi ſcholaſtici Bedę adſcribunt: illud (ait) duntaxat, Paradiſum eſſe locum ab hominum cognitione remotiſſimum. Illa igitur ſentẽtia fuit Strabonis, & magiſtri eius Rabani, quam magiſter ponit Lib. 2. ſent. diſtinct. 17. & hiſtoria ſcholaſtica ſuper Lib. Geneſeos cap. 13. Ex ſupra dictis Authorum ſententijs licet intelligere duo eſſe quæ de paradiſo multis ſcriptoribus placuiſſe videãtur. Vnum eſt, paradiſum immenſo pene oceano interfuſo diſtare à terra noſtra, id autem propterea dixiſſe videntur, vt in promptu habere poſſent. quod reſponderent percontantibus. Cur Paradiſus fuerit inacceſſus hominibus, & ad hãc diem à nullo repertus. Alterum eſt Paradiſum fuiſſe in loco altiſſimo, & vt quibuſdam viſum eſt, orbi lunæ proximo.

Strabo.

Tantam autem altitudinem tribuerunt paradiſo, tres ob cauſas: Prima fuit ob ſalubritatẽ habitationis, quod illuc nullum ex rebus ſublunaribus incommodum & detrimentum aſpirare

poſſet, locus autem cęlo vicinus, viſus eſt illis eſſe tranquilliſſimus, & ad hominis valetudinem conſeruandam, vitamque producendam accommodatiſſimus.

Certe Solinus Cap. 16. annotauit in ſummo Atho monte, qui locũ vnde cadũt imbres putatur excedere, oppidũ eſſe Acrothõ, vbi dimidio lõgiorem quã alibi vitã degũt in colæ: quos ob id Gręci vocant μακροβίους nos diceremus lõgęuos. Secunda cauſa fuit, quo poſſent Paradiſũ vindicare ab exitio, quod omni terrarũ orbi diluuium attulit, quod omnes terræ montes operuiſſe quindecim cubitis, vel altiſſimos ſupergreſſum ſcriptura tradit. *Athomons.* *Macrobij.*

Cum autem cõpertum ſit, eſſe quoſdam montes qui regionem ventorum & imbrium verticibus ſuis altis tranſcendant: neceſſe eſt locum Paradiſi, quem à diluuio inuiolatum, & intactũ eſſe pro certo habetur, excelſiſſimo in loco, & cælis viciniſſimo eſſe collocatum. Tertia cauſa fuit, quod quatuor flumina quæ Moyſes narrat è Paradiſo egredi, non poſſent per hanc noſtram terram, tantopere à Paradiſo diſſitam

ferri, niſi locus Paradiſi altiſſimus eſſet, vnde ſcilicet præcipiti lapſu cadentia, & ſubter vada oceani delata, varijs poſtea in locis in hanc noſtram terram exilirent.

Si quis autem ex iſtis quærat, ſi Paradiſus tanto interfuſo oceano à noſtra regione diſtat, quemadmodum illinc homines primum in hanc noſtram terram traijcere potuerint? nam & Athanaſius & Cyrillus prodiderunt, Adamum ex regione Paradiſi profectum, alijs quamplurimis peragratis regionibus veniſſe in Iudæã, ibique mortuum, & ſepultum in monte Hieroſolymitano, qui à poſteris, quod primi hominis caput contineret, mons Caluariæ appellatus eſt.

Ad hoc reſpondent iſti dupliciter: Alij enim aiunt primos illos homines fuiſſe Gigantes, & proceriſſimæ ſtaturæ, ideoque in hanc terram noſtrã per vadoſum mare pedibus tranſmeare potuiſſe: Alij reſpondent vſque ad diluuium priſcos illos homines coluiſſe terram Paradiſo vicinam, noſtram vero terram vſque ad id temporis va-

Gigantes.

cuam plane hominibus fuiſſe, diluuio igitur cæteris pereuntibus, octo homines arca in hanc terram noſtram eſſe tranſuectos.

Atque hæc iſti de loco Paradiſi cenſuerunt: ſed illa ipſa duo ab iſtis probata, & ſcriptis prodita, adeo fide carent, vt longam non deſiderent refutationem. Nam quod aiunt terram Paradiſi ab hac noſtra immenſo quodam oceano eſſe diſiunctam, nullam habet veriſimilitudinem, nullam ſpeciem probabilitatis. Principio quod iſti aiunt terram noſtram vndique circumfuſam eſſe, & circundatam oceano, & vltra oceanum eſſe alteram terram quæ totum oceanum ambiat, falſum eſſe ſatis ſuperque hoc noſtro tempore nauigationibus Hiſpanorum & Luſitanorum, qui totum fermè oceanum & orbem terrarum pernauigarunt atque peragrarunt, exploratum, & compertum eſt.

Deinde quis credat terram illam vlteriorem oceano, tanto maiorem hac noſtra, ab exordio mundi ad hanc diem omni prorſus hominum habitatione deſertam & vacuam fuiſſe? Po-

ſtea perſpicuis verbis docet Moyſes paradiſum fuiſſe in regione Edem, quam nō procul fuiſſe à Meſopotamia vel Arabia ex verbis Iſaiæ & Ezechielis quæ ſupra retulimus, non obſcure noſcitur. Præterea ridiculum eſſet, voluiſſe Moyſem deſcribere, & notum facere paradiſum per ea loca quæ ſunt in noſtro orbe, ſi paradiſus extra hanc noſtram terram fuiſſet: quid enim ad notitiam paradiſi percipiendam profuiſſet nominare flumina ex paradiſo profluentia, eorumque curſus per notiſſima noſtri orbis loca declarare? Ad hæc quid opus erat ad arcendum hominem ab ingreſſu paradiſi tanta cuſtodia eius aditum munire? ſatis enim fuiſſet hominem extrudere, & eijcere in hanc noſtram terram, nemo enim illuc tantis terrę mariſque ſpatijs interpoſitis remeare potuiſſet, nec ſane poteſt ſatis intelligi, necdum credi quatuor illa flumina paradiſi, quorum origines & curſus in hac noſtra terra cernuntur, ex illa tam remota lōginqua terra ampliſſimi oceani, interpoſitu, in hunc noſtrum orbem deuenire potuiſſe: nam quod aiunt, ea ex altiſſimo paradiſi loco præci-

Edem. *Meſopotamia.* *Arabia.*

co præcipitata, & ſubter oceanum delata in hanc noſtram terram erumpere, quis non videt eſſe ab ipſis confictum potius, ne nihil dicere viderētur, quam vt aliquid quod probabile futurum eſſet ſe dicere putarent? Iam vero quod tradūt alij, tantā eſſe Paradiſi altitudinē, vt faſtigio ſuo orbem lunę attingat, vſque adeo non ſolum eſt credibile, ſed etiam ridiculum, vt in eo refellendo orationem ponere ſuperuacaneum videri poſſit.

Putarunt ſcilicet iſti eiuſmodi locum commodiſſimum eſſe habitationi hominis ac ſaluberrimum, quem tamen manifeſtis rationibus cōuincitur incommodiſſimum eſſe homini, & omnino inhabitabilem. Prima quidem ob viciniam ſolis atque aliorum ſyderum: tum ob elementū ignis in eo loco proxime cælo lunæ ſubiectum: deinde propter agitationem & perpetuam volubilitatem illius loci rapidiſſima cæli vertigine continenter circumacti. Præterea interuallum, quod à terra ad orbem ſeu concauum lunæ, Ptolomeus & Alphraganus docent eſſe fere ſepties ac decies maius diametro terræ, hoc eſt

tota ipſius terræ longitudine, quæ diſtantia computatione Italorum milliarium, continet milliaria centum millia, adiectis nouem millibus, nongentis triginta ſeptem: tantum enim eſt interuallum inter terram & orbem lunæ interiacens: ſi igitur Paradiſus culmine ſuo attingit cælũ, neceſſe eſt ipſum habuiſſe pro baſi vniuerſam terræ amplitudinẽ: addę quod tanta Paradiſi altitudo ad Orientem nobis oppoſita, & vndique conſpicua, atque aſpectabilis eſſet, & magna ex parte ſolis illuminationem nobis auferret.

Propter manifeſtam iſtius ſententiæ abſurditatem, quidam voluerunt eam in bonam partem interpretari, dicentes id fuiſſe dictum ab illis per hyperbolẽ, non quod ita res eſſet, ſed vt per huiuſmodi exaggerationẽ intelligeretur ſũma Paradiſi ſublimitas, & celſitudo. S. Thomas in prima parte quæſt. 93. ait id eſſe dictum per ſimilitudinem, quod ſcilicet Paradiſi locus amœnitate, ſalubritate & tranquillitate ſimilis eſſet regioni cæleſti quæ incipit à Luna.

Thomas.

Alexander de Ales ſignificari ait, Paradiſum eſſe in aere quieto & tranquil-

lo , qui ſuperior eſt hoc noſtrati aere inquieto ac turbulento, & locum Paradiſi eſſe vbi finis eſt, & terminus exhalationum & vaporum, quorũ fluxus & progreſſus lunæ poteſtati ac efficientiæ attribuitur.

Ab hac opinione Alexandri proxime abeſt (ſi tamen abeſt) Toſtatus, qui in 2. c. Gen. quæſt. 9. & 13. caput eiuſdẽ lib. quæſt. 107. affirmat Paradiſum non peruenire vſq. ad orbẽ lunæ, ſed excedere tamen oras & terminos huius noſtri aeris turbulenti atq. caliginoſi, & eſſe ſupra mediã regionẽ aeris, deniq. in tertia regione aeris eſſe locatũ, celſioreq. eſſe omnibus alijs terræ mõtib⁹, ad minimũ viginti cubitis, ita vt aquæ diluuij, quæ cunctos montes quindecim cubitis ſupergreſſæ ſunt, locum Paradiſi attingere non potuerint. Sed hæc Toſtati opinio nihilomagis probabilis eſt prioribus iã confutatis. Eſt enim tertia regio aeris omnino inhabitabilis homini, ob nimiã eius ſiccitatẽ, ingentem ardorem, vehementem agitationem, ac volubilitatem ex vicinia elementi ignis, ex raptu & vertigine cæli, & ex multitudine corporũ inflãmatorũ: vt ſunt cometæ qui *Toſtatus.*

in ea regione generātur, nullus ibi flatus nullus ibi vētus, nullus refrigerat imber aut ros, nulla fluminū, fontium origo, nullus ſtirpium ſatus, nullus herbarum viror, nullus flos, nulluſq. fructus eſſe poteſt.

Eſt aer ille tenuiſſimus, & ſicciſſimus, & admodum calidus, atq. ob eam ipſam cauſam reſpirationi hominis & refrigerationi cordis minime conueniens. Nec firmum eſt quod efferunt iſti de monte Olympo, & altitudine eius ſupra locum nubium, imbrium, ac ventorum, quam prædicat Solinus cap. 14. aut de monte Atho tantæ ſublimitatis, vt celſior loco nubium, & ventorum exiſtimetur, argumento cinerum qui in aris in cacumine eius exſtructis, poſt ſacrificia relicti, nec ventis difflantur ac diſſipantur, nec imbribus eluuntur: Aut quod ſcribit *Plinius.* Plinius lib. 5. capite 1. de Athlante monte, qui è medijs arenis in cælum, ſuper nubila, atque in viciniam lunaris circuli, qua ſpectat Africam elatus, nemoroſus eſt, ſcatebris fontium irriguus, fructibus omnium generum ſponte naſcentibus ſic abundans,

vt nunquam ſatietas volutatibus deſit.

Hæc dico, quæ iſti ad confirmandam opinionem ſuam offerunt infirmiſſima ſunt.

Alij putarunt ſub æquinoctiali circulo, aut non longe fuiſſe Paradiſum, rati ſummam illis in locis eſſe cœli temperiem, ob perpetuam dierum atque noctium æqualitatem, nunquam immodico vel frigore, vel calore.

Hanc opinionem ſequitur D. Bonauentura in 2. ſentent. diſt. 17. quaſi probatam Doctoribus, Eandemq. defendit Durandus ibidem. Sed B. Thomas refellit eam argumento regionum quæ ob vicinitatem zonę torridæ ſolis ardore vehementer infeſtantur, vt Æthiopia, & interiora Africæ, ac Lybiæ prim. part. quæſt. 102. *Bonauent.*

Scotus in 2. diſt. 17. illo præterea vtitur argumẽto; ſolem, cum eſt remotiſſimus ab æquinoctiali, vt eſt in tropicis, eſſe tamen propinquiorem illi quam in media æſtate feruentiſſimiſque caloribus, multis Galliæ & Germaniæ populis: quocirca numquam loca ſub æquinoctiali minus calida eſſe, quam ſit Gallia *Scotus.*

& Germania in media æſtate. Verum neutra opinio totum vniuerſaliter tenetur affirmatiue ego imitor: neq. omnibus ſub æquinoctiali, vel inter duos tropicos regionibus par eſt, vel temperies cęli, vel intemperies. Siquidem latiſſimi regio Petroſi Ioãnis, Monomotapa, inſula ſancti Thomæ, & quę vulgo dicitur *Cabo Verde*, ardore ſolis peruruntur: contra regio Americana, vulgo dicta nouus orbis, inter duos tropicos interiacens, plęriſq. locis temperata eſt, maxime in prouincia Perüana. *Cabo verde*

Ex quo liquet temperiẽ vel intemperiẽ cæli, in varijs terræ locis, & regionibus nõ prouenire tantum ex ipſo climate cæli, ſed maxime ex alijs cauſis, velut ex frequentia aut raritate horum, aut illorum ventorum, vel ex copia aut inopia aquarum tam terreſtrium, quam pluuialium, vel ex ſitu regionis aut montanæ, aut campeſtris, vel denique ex vicinitate, aut longinquitate maris proficiſci.

Ego Paradiſum & in ijs regionibus quas Tygris Euphrateſque prælerlabuntur, & non procul à Me-

ſopotamia eſſe adhuc arbitror. Quantus vero fuerit locus Paradiſi, & cur ſit à Deo conditus paruo vſui futurus homini, Toſt. in decimūtertium cap. Geneſeos quæſtione 98. acutiſſime docet, & in ſtatu innocentiæ non tantum in Paradiſo, ſed etiam extra ipſum habitaturos fuiſſe homines ſufficienter demonſtrat.

Ephrem, & quibus opinio eius arriſit, cauſam non inuenti adhuc Paradiſi putant eſſe, quod Paradiſus ſit extra noſtram hanc terram, & vltra ampliſſimum & mortalibus innauigabilem Oceanum. Alij cauſam aſſignant incredibili altitudini, quæ Paradiſus vel ſupremam regionem aeris, vel etiam orbem lunæ contingit, quam ob rem ſit hominibus inacceſſus.

Qui magis ſobrie ac prudenter ea de re loqui videntur, aiunt homines tribus maximis impedimentis acceſſu ad Paradiſum prohiberi. Primo enim dicūt celſiſſimos eſſe & præruptiſſimos montes. 2. interpoſitas eſſe horridas, atque inuias, ferociſſimis ac maxime venenatis animantibus efferas

ſolitudines, denique eſſe tractus quoſdam terrę in quibus multa ſint loca, exhalantia ſpiritum quēdam exitialem & non ſolum hominibus, ſed etiam ſuper volantibus auibus læthalem.

Conſulto hic narro quæ de Macario quodam Romano, & alijs tribus Monachis refertur, qui cū omni ſtudio ſeſe ad inueſtigandum paradiſi locum dedidiſſent, peragratis longinquis regionibus, tandem ad ipſius Paradiſi aditū perueniſſe, ſed eius tamen introitu prohibiti eſſe dicuntur.

B. Chryſoſtomus ſcribit ante diluuium quidem fuiſſe hominibus notā viam quę ad Paradiſum ducebat, non eſſe tamen ęos illuc accedere auſos, horribili illa Cherubini cuſtodia perterritos. Non me latet Iuſtinum Martyrem in reſponſione ad Orthodoxorū quæſt. 75. 76. & 85. ſcriptum reliquiſſe, Paradiſum illum nunc extare, & permanſurum ad diem vſque Iudicij, in eo loco verſari Henoch, & Heliam, & diuum Ioannem Euangeliſtam, quorum prior legem, ſecundus prophetas, tertius Euangelium in perſequutione Antichriſti defendet, & tandem ab

eo martyrio coronabuntur. Vult ſupradictus illuc eſſe ductum latronem, *Latro.* cui Chriſtus dixit in Cruce: *Hodie mecum eris in Paradiſo*: In eum quoque locum deduci omnes animas iuſtorũ hominum, non admittendas ad beatificam viſionem Dei ante Iudicij diem, ibique optatum illud tempus, & ſuorum glorioſam corporum reſurrectionem expectare.

Eadẽ fere quæ Iuſtin⁹ tradit & Irençus Lib. 5. aduerſus hæreſes: niſi quod addit *Irenaus.* hunc eſſe Paradiſum illum ad quem raptus eſt Paulus, eiuſdem ſententiæ ſuffragatores laudat, preſbyteros Aſię Apoſtolorum diſcipulos. Tertullianus in Apologetico & in extremo libro ſuo de anima, vbi agit de inferis, non obſcure ſignificat etiamnum eſſe Paradiſum, & eſſe receptaculum atque domicilium ſanctarum animarum vſq; ad diem Iudicij.

In eadem ſententia eſt Iſidorus in Lib. de vita & obitu Patriarcharum, vbi agit de Henoch. Reſtat ex ijs quæ ſupra dicti doctores de animabus dixerunt illud tantum retinendum, eſſe Paradiſum terreſtrem in quo diuus

Ioannes Euangeliſta Henoch, & B. Helias Propheta, qui illuc in corpore & anima raptus eſt curru igneo, é quo euocatus eſt à Chriſto Domino in montem Thabor, vt eſſet teſtis validiſſimus ſuæ transfigurationis.

Paradiſus terreſtris aſcendit vſque ad globum lunarem, vnde aquæ diluuij illuc minime peruenerunt: ex quo patet quod erat altior media regione aëris, & nulla erat nox in illo paradiſo. Sed quæritur cur à ſphæra ignis non conſumebatur, attingens concauum lunæ? Reſpondetur quod priuilegio ſpeciali fuit iſte locus conditus, vnde circumquaque erat ſphæra ignis, non tamen intrans eum dono Dei: & hoc innuitur Gen. 2. vbi gladius igneus & verſatilis, ſphæra ignis intelligenda eſt.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui vt fiduciam tuorum diſcipulorum augeres, & ob opprobria & crucem quam pro nobis ferre propoſueras malitia Iudæorum non turbarentur, ſic

vt deficerent, ſed ad præmia æterna vitæ futuræ aſpirarent, in mõte Thabor coram Petro, Iacobo, Ioanne transfiguratus es, Moyſe, & Helia è paradiſo terreſtri ſtipatus, fac nos gloriam æternam ſuſpirare, & paradiſi terreſtris magnalia meditari, vt à viſibilibus ad inuiſibilia conſcendamus, Amen.

DOMINICA SECVNDA QVADRAGESIMÆ.

Animæ defunctorum apparere poſſunt.

IMpietatem, hæreſim, vel Atheiſmum redolet animarum & corporum parē exitum defendere: ſiquidē brutorum corpora extinctis ſpiritibus naturali, vitali & animali viuificari amplius nequeunt: corpora vero humana tandem aliquando à ſpiritu reſumpta reſurgent, & animæ immortales lumine vultus Dei irradiatæ quandoque hominibus apparere poſſunt, vt anima Moyſis teſtis Transfigurationis glorioſæ Domini Ieſu Chriſti.

Aue Maria.

DAmnoſa certe & impia foret curioſitas euocationem ſpirituũ hominũ exquirere defunctorum, cũ Deus Deuteronomij 13. cauerit, *Nemo quærat à mortuis veritatem.* Stemus libẽter iſta in concione poſt apparitiones mortuornm excutiendas. Præſenti doctrinæ ſcrutandum occurrit, an animæ corporibus exutæ de ſuis exire queant receptaculis. Cui reſpondendum videtur (ſalua ſemper & vbique ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię veritate & iudicio) quod iſte exitus bifariam fieri queat, ſimpliciter, aut ad tempus: ſimpliciter loquendo nullæ pręualent exire æternaliter cœlum, vel infernum: verum ad aliquod temporis ſpatium, & bonæ & malę exire poſſunt duplici de cauſa, vel ad remunerationẽ, vel ad aliquam operationem. Quoad priorem, iuſti perinde ac iniuſti exibunt in illa die, recipiendæ ſecundæ ſtolę, conſummatæque gloriæ, vel plenę damnationis aut reprobationis ergo. Quoad operationem exeunt bonę *Euocatio Mortuorũ.*

ad inſtruendum ac confortandum ſuperſtites ſecundum D. Bonauenturam ſuper 4. ſent. Diſt. 45. Art. 1. Quæſt. 3. & Beatum Thomam in ſcript. 4. ad. 1. ad Solut. 3. Argumenti, & Pelbartum ſuper 3. §. ad 5. Et §. 32. quæſt. 11. & 33. Moyſes cuius oſſa latuerunt, & ſepulchrum diuina prouidentia occultum, mortuus licet iamdiu, tamen in Ieſu Chriſti transfiguratione perſonaliter & realiter apparuit: Et apparuerunt ibi Moyſes & Helias. Math. 17.

D. Bonauentura. B. Thomas. Pelbartus. Moyſes.

Penſicularius intuendum venit, quid conueniat ſecundum legem naturæ, & quid ſecundum ordinem diuinæ diſpoſitionis, quia ſecundum curſum naturę animę ſuis deputatæ receptaculis ab hominum communi ſegregantur conſortio, vt docet Diuus Athanaſius Anima (inquit) depoſito corpore, neque bonum aliquid, neque malum operari poteſt: viſiones enim quas cernimus de eis, illic diſpenſatiue Deus oſtendit ad commoditatem: ſicut enim lira, ſi non habuerit pulſantem, vana videtur & otioſa, ita & anima & corpus à ſe vtrimque ſeparata nihil operari poſſunt.

Athanaſ.

Et Auguſtinus Lib. de cura pro mor-

Aug.

tuis agenda cap.13. de Monica chariſſima ſua genitrice loquens ait: ſi rebus viuentium intereſſent animæ mortuorum,& ipſæ nos alloquerentur in ſomnis: meipſum, inquit, pia mater nulla nocte desereret,ſed non immiſcent ſe, nec interſunt noſtris rebus & curis.

Huic adſtipulatur Iſaias cap.63.Abraham neſciuit nos: ſi obijciatur Epulo qui Lazarũ fratribus ſuperſtitibus trãſmittere concupiuit diuitijs & delitijs affluentibus opponẽdus eſt autem Auguſtinus pręcitato Libro.Cap.14.quod mittere deſiderauit, non quia ſingulos vitæ tranſeuntis articulos haberet exploratos: ſed eorum curam geſſit, vt nos defunctorum, quorum ſtatum penitus ignoramus, nihilominus miraculoſe animas multa ſcire eorum quę hic geruntur, non eſt ambigendum, vel ab eis qui hinc moriendo ad illos pergũt, vel angelis qui rebus quæ hic aguntur, præſto adſunt,vel certe ſpiritu Dei illis reuelante, quemadmodum docet Auguſtinus Lib. de cura pro mortuis agenda cap.15. & Lib.20.de ciuitate Dei. *Iſaias. 63.* *Aug.* *Aug.*

Gregorius lib. 4. dialogorum, item lib. 12. Moralium, vbi ſic habetur: ſicut qui adhuc viuentes ſunt mortuorum a- *Greg.*

nimę quo loco habeantur ignorant, ità mortui vitam in carne viuentium, poſt eos qualiter diſponantur, neſciunt, quia vita ſpiritus, longe eſt à vita carnis, & ſicut corporea atq. incorporea diuerſa ſunt genere, ita etiam diſtincta cognitione. Quod tamen de animabus ſanctis ſentiendum non eſt, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullomodo credendum eſt, foris eſſe aliquid quod ignorent.

Anima Petri & Pauli Imperatori Conſtantino apparuit.

Denique ſecundum diuinæ prouidētiæ diſpoſitionem, animæ à corporibus ſeparatę nonnumquam hominibus ſuperſtitibus apparere poſsūt, vel vt mentes inſtruant mortalium, quemadmodum animæ Apoſtolorum Petri & Pauli inſtruxerunt Conſtantinum Imperatorem teſte Nicephoro lib. 7. cap. 23. & Ioannes Euangeliſta & Philippus Theodoſio Imperatori apparuiſſe leguntur: apud Theodoretum lib. 5. cap. 24. 25. & tripart. hiſt. lib. 9. & anima D. Hieronymi epiſt. 215. inter epiſt. Aug. inſtruxit Diuum Auguſtinum ne æternam gloriam, humanis ſenſibus incomprehenſibilem, exiguo chartæ ſpatio mandare præſumeret.

Hac de

Hac de cauſa Drithilmus ſub veſpertinum crepuſculum è viuis excedēs, ſed lucis orto ſydere, vitales auras reſumēdo, aliud vitę genus inſtituendum ſanciuit, & facultatibus coniugi, ac proli, ſibique æqua proportione partitis, ipſa viuendi regula, licet lingua ſiluiſset, ſe multa in alio ſeculo vidiſse proclamabat: ſiquidem fideli ductore, ad locum intenſiſſimis frigoribus repletum, ac voracibus flammis bullientem, quibus alternis vicibus animæ miſerabiliter excruciabantur, peruenit tandem ad locum crepitantibus horrendæ obſcuritatis ignibus flammiuomum, duce diſparente ſolus relinquitur, vbi ſpiritus inſtar fauillarum cum fumo aſcendentium nūc ad ſublimiora proijciebantur, nunc retractis ignium vaporibus relabebantur in profundum, quibus implicatus ſe euadere poſse deſperauit, atqui dux prę́ſto adfuit qui ipſum duxit amœniſſimos in campos, quibus recreatus mox, neſcio quo ordine inter homines reſpirare incipit.

Teſte venerabili Beda lib. 5. cap. 13. hiſtorię Anglorum, quo ſequenti capite adiungit aliud non minus mirabile.

Quoniam quidam miles noluit reſipiſcere, & ad meliorem vitæ frugem etiam bina vice à regia maieſtate admonitus redire: tandem duos pulcherrimos iuuenes paruum libellum virtutum eius continentes conſpexit: quibus ſucceſſerunt duo nigerrimi, magni voluminis, omnia ſcelera eius comprehendentis, onus portantes, quibus legentibus boni ſpiritus, tanquam peccatis confuſi, miſerum relinquentes, diſparuerunt.

Hoc modo quoque legimus lib. de Republica dialogo. 10. apud Platonem quendam Erum Armenium occubuiſſe in prælio, cuius cadauer reliquis corruptis integrum decimo die fuit repertum, quod. 12. Pyræ impoſitum reuixit, & multa quæ conſpexerat enarrauit.

Vel ſecundo apparent ad terrendum, ſic teſte Plinio ſecundo lib. 7. epiſt. narratur fuiſse Athenis ſpatioſa, & capax domus, ſed infamis: noctu ſiquidem ſtrepitus audiebatur, ac tandem ſenex macie & ſqualore confectus, promiſsa barba, horrenti hir Sutoque capillo, cruribus compedes, manibus cathenas gerebat, habi-

tatoribus maximum incutiebat timorem, hinc illis monſtro territi diffugientibus deſerebatur domus, proſcribebatur etiam ſeu quis emere, ſeu conducere vellet : Venit Athenas Philoſophus Antenodorus, legit titulum, & audito pretio vilitatem miratur, & conductę eo magis domus pami partem ſterni iubet, ſuis in interioribus dimiſſis, & poſtulans pugilarem, animum ad ſcribendum appulit, ne vacua mens audita ſimulachra, Maneſque fingeret metus: tandem fragor crebreſcit compedum, narratam ſibi effigiem reſpicit, annuentem digito, aſsumpto lumine ſequitur, prębat lento gradu, quaſi grauis vinculis, ſimul atque deflexit in aream domus, repente dilapſa euanuit, comes deſertus herbas carpit, quibus locũ adſignat, poſtero die locum effodi iuſſit, inueniuntur oſsa cathenis inſerta, quæ ſacris illata ſepulturis domum Manibus fecerunt carere.

Item teſte Auguſt. lib. 22. Ciuit. Dei cap. 8. Heſperius cum domum ſuam ſpirituum malignorũ vim noxiam perpeti comperiſset, locauit presbyteros vt aliquis eorum pergeret eo, cuius ſa- Aug.

crificij virtute cederent, vnus perrexit offerens ſacrificium altaris ibidem quo profligata legitur dæmonum incurſio.

Athanaſ. Hinc arbitror D. Athanaſium dixiſſe: non permiſit Deus animas ad nos redire, & enarrare quis eorum ſit ſtatus, quod multi inde errores orirentur: multi enim dæmones formas humanas induere, & falſa dogmata ſpargere ad ſeducendum & fallendum potuiſſe, non eſt dubitandum, quemadmodum Vincentius Victor Donatiſta, vel potius Rogatiſta iuuenis eloquens apparitionẽ habuit, vt contra Catholicam veritatẽ calamum ſtringeret, teſte Auguſtino contra Vincentium lib. I. cap. II. de anima & eius origine.

Romulus apparuit. Et Romulus apparuit poſt mortem Proculo Iulio proteſtans ſe Deum eſſe, Quirinumque vocari, & ædem ſibi Deo eſſe ſumptuoſo ædificio conſecrandã teſte Cicerone mandauit lib. de legibus. I. Tuſc. quæſt. *Romulus in cælo cum diis agit æuum.*

Pari modo prout cuique diſpenſanda eſt miſericordia, vel demonſtranda iuſtitia merito noſtro: Apparitiones

noɛturnæ,quas paſſim vel affeɛtam⁹,vel magni facimus, ſæpenumero ſunt illuſiones dęmonum ſummopere damnandæ.

Tertio ad efflagitandum ſuffragia teſte Gregorio lib. 4. dialog. cap.55.& Thoma quodlibeto 3.art. 22. qui arbitrantur nullum omnino eſſe deliɛtum, ſi quis à defunɛto requirat ſtatus eius conditionem Theodoreto teſte lib.11. Græcarum affeɛtionum,& epiſtola 206. inter epiſtolas Auguſtini ad Cyrillum Epiſcopum Hieroſolymitanum.

Et Amb. epiſt. 59.ad ſacerdotes,dicit quod Anatholius apparuit,proteſtans ſe perpetuo ſui laboris ſtipendio potitum: ſic anima quædam in ſpecie viri, obſequioſum in balneis ſacerdoti cuidam exhibere conſueuit miniſterium.Et anima Iuſti Monachi apparuit Copioſo fratri Germano Romæ vitæ temporalis ſtipendia arte medecinę ſeɛtanti: ſecundum Greg.lib.4.dialog. ca.55. & D. Auguſtinus optaſſet apparitionem, vt potuiſſet diſcere parentis conditionem lib. de cura pro mort. agend. cap. 17. *Ambroſ.* *Anathol.*

Vltimo ad conſolationem aliquando,

apparent viuentium, ſecundum modum diuinæ diſpenſationis: hoc modo apparuerunt Moyſes & Helias cũ Chriſtus imperauit lymbo & terræ, ſuſcitauitque Moyſem: è delitiarum Paradiſo emiſit Heliam.

Sed dicetis vtrum Moyſes & Helias veraciter apparuerint, an Angeli eorum aſſumptis corporibus? Reſpõdetur quod non Angeli eorum, vel phantaſma quoddam, ſed ipſi veraciter adfuerunt: quod probat Hieronymus dicens: Chriſtus de cælo ſigna dedit diſcipulis: Helia inde deſcendente quo conſcenderet, & Moyſe ab inferis reſurgente: quod ſic eſt intelligendum quod Helias cum proprio corpore & anima ibi fuerit: Moyſes vero cum propria anima non cum proprio corpore: ſed cum aliquo alio aſſumpto, quia non legitur quod ſurrexiſset corpore proprio, ſed tantũ ſecundũ animã. Hoc etiã vult S. Thomas parte 3. 4.43. art. 3.

Diceres qui loquebantur? dicitur Luc. 9. de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem. i. de exceſſu amoris Ioann. 15. maiorem charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat

quis pro ouibus ſuis & amicis: ſimiliter de exceſsu amoris Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*: Secundo loquitur de exceſsu paſſionis: Tertio de exceſsu humilitatis. Quarto de exceſsu Iudęorum Chriſtum crucifigentium. *Ioan. 15. exceſſus. Ioan. 3.*

Cyrillus: loquebantur ipſi de myſterio paſſionis & mortis in cruce, non Chriſto reuelando quaſi neſciret, ſed gratias ei agebant quaſi vero Deo, quia in eo implentur Prophetarum dicta: Idem Ephr. Aug. 5. de Hæreſibus: quid ſunt Moyſes & Helias niſi lex & Prophetæ? Loquebantur cum illo vt oſtenderet ſe illum quem lex & Prophetæ predixerunt. *Cyrillus.*

Item cur vnus viuus & alter mortuus apparuit? Reſpondetur 1. ex Hieronymo, vt ſignificarent Chriſtum moriturum & iterum victurum. 2. vt oſtendatur ſi volumus participes fieri gloriæ reſurrectionis vt ſimus mortui mundo, & viuamus Chriſto. Col. 3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto.* 3. vt oſtendatur quod eſset profuturus tam viuis quam mortuis. *Coloſſ.*

Sed diceres, quare apparuerunt illi

prophetæ & non alii? Reſpōdet Chryſoſtomus,quia homines dicebant Chriſtum eſſe Heliam, vel Hieremiam, vel vnum ex Prophetis: vt ergo oſtenderet quod ipſe eſſet Dominus Prophetarum, capita eorum ſecum adduxit, vt ſtatim videretur differentia ſeruorum Domini.

Secundo quia Iudæi accuſauere eum de tranſgreſſione legis, & quod ſibi vſurparet diuinum honorem: vt ergo oſtendatur ab vtraque accuſatione innoxius, ideo Moyſem legiſlatorem, & Heliam æmulum Dei aſſiſtere voluit.

Tertio vt oſtenderet ſe habere poteſtatem vitæ & mortis, ideo Heliam viuentem & Moyſem mortuum adduxit.

Quarto vt audientes diſcipuli eos loquentes de Chriſti paſſione intelligerēt,quod expediebat Chriſtum mori.

Quinto quia iſtis duobus Prophetis prius reuelata fuit gloria Domini in monte Synai Moyſi,& in monte Oreb Heliæ: vt igitur eſſent teſtes idonei quod hæc gloria eſſet à diuinitate, ideo eos ducit.

Sexto rationē ponit Amb. dicens: non

plus trãsfiguratus eſt, ſed ſolum coram Apoſtolis & prophetis, vt veritas diuinitatis authoritatę Apoſtolica & Prophetica confirmaretur: ideo dicit Hieronymus quod ſcribis & Phariſæis de cœlo ſigna quærentibus dare noluit.

Hic vero vt Apoſtolorum augeat fidem, dat ſignum de cœlo & de terra Iſai. 7. *pete tibi ſignum à Deo tuo in profundum inferni*, ſcilicet dę anima Moyſis de limbo auocati, ſiue in excelſum ſupra, ſcilicet dę Helia. Sanctus Felix Nolanis apparuit à barbaris liberandis. Aug. cap. 16. vbi ſupra. Et Chriſtus protulit ſpiritum carnem & oſſa non habere, in ſpiritu etiam Samuel apparuit Saul. 1. Reg. 26.

Iſai. 7.
Samuel.
1. Reg. 26.

Huc referendum eſt quod legimus apud Gregoriũ Turonenſem de Saluio Abbate, qui poſt magnum vitæ rigorem viam vniuerſæ carnis eſt ingreſſus, ſed altero die à mortis faucibus reuocatus exclamauit: ô Domine miſericors, quare huic mundo me iterum reſtituiſti? & fratres ſuos ad meliorem vitæ frugem reducens, commemorabat ſę à duobus angelis in cœlum ſublatum fuiſſe, cuius pauimentum aurum vide-

Gregorius Turonenſis

tur quod infinitam multitudinem promiſcui ſexus continebat, tandem peruenit ad glorioſum martyrum chorum, & laudabilem confeſſorum exercitum, qui pacificis verbis ipſum ſalutabant: cum autem vox inſonuiſſet, Reuertatur hic, quandoquidem Eccleſijs eſt neceſſarius, cœpit altis ſuſpirijs ingemiſcere, timens ne excluderetur nunquam reuerſurus, tum conſolatoria voce confortatus fuit, quia vnus ſpopondit ſe curam eius habiturum, & reducturum, quod factum fuit, quia ſanctiſſimam vitam Epiſcopali dignitate infulatus peregit.

Sic lib. 1. cap. 47. eiuſdem authoris habetur, de iniurioſo quodam nobili, qui prędiues duxit coniugem opulentam, quę prima nocte exiſtente in cõcubijs, querulosis vocibus ſponſum interpellare in lectulo cœpit. O ſi toto tempore vitę plangerem, dolorem animi manifeſtare non poſſem. Ille blande alloquens eam dixit, Virgo chariſſima, & dilectiſſima ſponſa, parentes noſtri generoſi ciues Auernorum, vt cum timore Dei grata ſobole lætificati ſtirpem noſtram honoremus, cupie-

runt. At illa ſuauibus verbis cor eius ad caſtimoniam adhortando, omnia iſta vana eſſe tandem perſuaſit, adeo vt reciproco voto, dextriſque datis, caſtitatem Domino Deo promiſerint, ac ſuauiter dormire cœperunt. Cum pluſculis annis hoc caſtitatis inſtitutū ſeruaſſent, caſtaq; coniux fœlici fine Diem clauſiſſet extremum, & iam tumuli penetralibus commiſſę dixit cœlebs viduus, Gratias tibi ago Domine, quia hunc theſaurum vt accepi refero: illa vires animales reſumens ſubriſit dicens, quid loqueris quando non interrogaris? ipſe maritus paulo poſt alio loco reconditur, ſed mane repererunt ſepulchra coniuncta, quæ magna loci intercapedine diſſita reliquerant.

Videntes Apoſtoli Ieſum Chriſtum, putauerunt Phantaſma eſſe, & timuerunt: quod ſpectat ad viſionem Saulis de Samuele fuit ſpectrum, non autem veritas, ſiquidem Pithoniſſa ſuis faſcinationibus quid ſimile Samueli in medium apparere fecit. Balthaſar dū pergræcaretur, & vaſa ſacra pollueret, vidit manum humanā in pariete ſcribentem, Mane, Techel, Phares: 2.

Phātaſma.

Viſio digitorum.

2. Mach. 3. Machab. 3. Heliodorum cum expilandi
Heliodorus templi occaſionem nactus id auderet,
vidit adoleſcentem equitem qui eum
coërcuit atque flagellauit 1. Machab.
1 Mach. 15. 15. Onias & Hieremias Machabæis ap-
Onias & Hieremias. paruerunt.

Plutarchus in Theſei vita, quamplu-
rimos milites in certamine contra Me-
dos, apud Marathon conuocatos ſpi-
ritum Theſei in capite exercitus vidiſſe
refert. Pauſanias cum apud Biſantum
diuerſaretur, liberam adoleſcentulam
Cleoniſſa. Cleoniſſam acciuit, qui ſemiſopitus dũ
aduertiſſet expergefaciens illam intre-
pide trãsfodit: deinceps sõnorinis viſio-
nib⁹ ei crebro apparuit, quæ iuſtitiã ef-
ferẽs iniuſtitiã dãnabat: qua viſione ite-
rata turbat⁹, verſus Heracleã ſe cõtulit,
vbi ſacellũ & ſacra ara euocãdorũ mor-
tuorum: facinore litatione eluto pro-
teſtata eſt ſe deinceps apparere nolle,
& ex reditu ad propria obijt.

Idem de Sedaſſo narrat Peloponidæ
Sedaſſus. duci Thebano apparuiſſe, quem ad ſtre-
nuitatem induxit. Iulius Cæſar Caſſio
Athei. graſſatori & homicidæ ſuo apparuit in
certamine contra Philippenſes. Athei
Pſal. 77. & hęretici dictum Dauidis Pſalmi 77.

praue intelligentes reditum animarum reijciunt: *Et recordatus eſt quia caro ſunt ſpiritus vadens & non rediens.* Hic intelligitur miſericordia Dei in reuocatione infirmorũ: peccatum enim quãto maiori tentatione preuia committitur, tanto magis eſt remiſſibile. Similiter & quanto fragilitate maiori, quia ſic minus habet rationem voluntarij. Et hinc eſt quia caro humana eſt infirma, ſpiritus autem fortior, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, ideo maius peccatum fuit peccatum dæmonis, qui ſpiritus eſt ſine carne, quam peccatum hominis qui eſt ſpiritus in carne. Et peccatum hominis fuit remiſſibile, non autem peccatum dæmonis, vt oſtendit Greg. 4. Moral. Cap. 9. vbi ad propoſitum iſtũ verſum adducit dicens: Duas ad cognoſcendum ſe creaturas Dominus fecerat, angelicam ſcilicet, & humanam, vtramque ergo ſuperbia percutit, à ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit, ſed vna tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne geſtauit: Angelus namque ſolummodo eſt ſpiritus, homo vero ſpiritus & caro. Miſertus Greg.

ergo creator, vt redimeret illam ad ſe debuit reducere, quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid cõſtat habuiſſe, & eo altius debuit apoſtatam angelum repellere, quo cum à perſiſtendi fortitudine corruit, nihil infirmum in carne geſtauit.

Vnde & recte Pſalmiſta cum miſertum Redemptorem hominibus diceret, ipſam quoque cauſam miſericordię expreſſit dicens: *Et recordatus eſt quia caro ſunt ſpiritus vadens & non rediens*, Ac ſi diceret: quod eorum infirma vidit, eo diſtricte culpas punire noluit: ſpiritus vadens & non rediens: quod ideo dicit, quia ſpiritus domini carni coniunctus per ſe in peccatum cadere poteſt, ſed per ſe reſurgere nõ valet, ideo Deus reuocauit homines qui ad peccandum carnis põdere grauantur, ſed per ſe redire non poſſunt.

Iob. 16. Vnde de peccatoribus dicitur Iob. 16. Omnes qui in eam, ſcilicet viam peccati ambulant, non reuertentur, ſcilicet per ſe, ſed per gratiam Dei reuocabuntur: vel ſpiritus hominis dicitur vadens & non rediens mundo, & hæc

eſt breuis definitio mortis.

Quare autem Deus animam cum carne vnire voluit, beneplacitum diuinum curioſius indagere dedecet. Certum eſt quod naturaliter à priuatione ad habitum non datur regreſſus verũ diuinitus fit quod animę à ſuis reaſſumantur corporibus, & exutę illis etiam appareant.

Damnantur nihilominus Necromantici deuinantes per euocationes defũctorum, & communicationem mortuorum: Tunc illecti & iuſſi dæmones ex pacto in ſpecie humana apparent, hos vel illos repræſentantes. Deut. 18. *Non inueniatur in te qui quærat à mortuis veritatem, omnia enim hæc abominatur Dominus.* Necromantia eſt proprie deuinatio in mortuis. Hoc incantationis modo Samuel fuit ad ſuperſtites per Pithoniſſam euocatus, non tamen Samuelem ipſum opinabimur reſuſcitatum perſonaliter, ſed diabolum ſe in ipſius perſonã trãsformaſſe, vt ait diuus Auguſtinus de mirabilibus ſacræ ſcripturę Lib. 2. ad Simplicianum.

Necromantici. *Deut. 18.* *Negromãtia.* *Aug.*

Iſtud incarnationis genus proſcribitur apud D. Clementem, nec non *Clemens.*

apud Gratianum, vbi ſic legitur: qui talibus credunt aut ad interrogandum eas, earumque domos introeunt, aut eas ad proprias domus ducunt, ſciant ſe fidem Catholicam, & baptiſmum præuaricaſſe, & paganum ac apoſtatam, deique inimicum eſſe, & iram Dei in perpetuum incurriſſe: ſicut ars iſta maligna cauetur, ſic tenendum eſt animas corpore exutas volente Deo poſſe redire & apparere, & impietas maxima eſt aſſeuerare quod cum corpore extinguantur.

Hoc autem euidenti ratione conuincitur ex præmio bonorum & malorum vbi Math. 25. de vtriſque dicitur: *Ibunt iuſti in vitam æternam, illi autem,* ſcilicet peccatores, *in ſupplicium æternum*: Æternum autem eſſe non poteſt quod aliquando finietur, & de iuſtis in particulari dicitur: ſpes illorum immortalitate plena eſt.

Math. 25.

Præterea diuerſa hominum in hoc ſeculo vita, cui indignum ſæpe pro nunc contingit præmium, adeo efficax mihi videtur argumentum, vt etiamſi ſcripturæ teſtimonium deeſſet, ſufficeret ad conuincendum animam poſt

mortem hominis manere: quia videmus in hac vita præſenti peccatores, ſceleratiſſimoſq. homines ſæpiſſime proſperari, nullaſq. ſuis meritis dignas hic luere pœnas, è contrario iuſtos aduerſis vexari, morbis cruciari, plurimaq. pati incommoda.

Quod ſi animæ numquam poſt hominis mortem manerent, poſſet mundi gubernator, cui hæc omnia ſubſunt, velut iniuſtus accuſari, & iniuſtitiæ reprehendi, quod iuſtos puniret, ſceleratoſq. homines pręmio afficeret. At cũ nullo pacto Deus tanquam iniuſtus ſit accuſandus, quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, hinc conuincitur animam poſt mortẽ hominis aliquã habere vitam, in qua vnuſquiſq; recipiet congrua ſuis meritis pręmia.

Excæcati malitia Athei illud Sap. 3. audiant: *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis, viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autẽ ſunt in pace.* De eiſdem ętiam animabus iuſtis dicitur Apoc. 6. *Vidi ſub altare Dei animas interfectorũ propter verbũ Dei, & propter teſtimoniũ quod habebant, & clamabãt voce magna dicentes: Vſquequo Domine verus &*

ſanctus non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant terram? & datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorũ qui interficiendi ſunt ſicut illi: Et cap. 7. ſe turbam innumerabilem inſpexiſſe affirmat.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte vitæ & mortis moderator, qui Moyſē è Lymbis in montem Thabor euocaſti, vt teſtis exceſſus tuæ charitatis fieret, ſimpliciter & humiliter confitemur imperium tuũ in totam naturam ſpiritalem, & corporalem, te ſuſcitare homines & auocare animas poſse: præſta quæſumus vt te volente reſipiſcamus, & mortui ſi libuerit viuis appareamus, vt tandem ſaluemur. Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM SECVNDAM QVADrageſimæ.

Peccatum in Spiritum ſanctum irremiſſibile.

SIcut vnica macula deprauat ſpecioſum vultum, ſic vnicum mortale facinus animam deſtruit: Theophraſtus Demetrium redarguit, quod generoſos & bellicoſos actus ſuos portentans, vulnera pandẽs à Leone laceratus quem ingulauerat, à fœmina captus fuiſſet: Cur Leonis vulnera oſtendis? cur non etiam oſtendis quæ tibi inflixit Lamia illa meretrix? Sola laſciuies gloriam eius elidebat: ſic peccatum læthale in Spiritum ſanctum irremiſſibiliter damnat hominem. Iu-

dei reprobi ſpreti, peccato moriuntur obſtinationis.

Aue Maria.

Peccatum. PEccatũ eſt dictũ, factũ, concupitũ contra legem Dei ex Auguſt. quod vitandum ob deformitatem quam Deus deteſtatur, iniquitatem quam dæmon amplexatur, infirmitatem qua mundus diſſipatur. Nihil poſſet cogitari quin Deus fecerit propter odium peccati: Ipſe enim ob peccatum ſemel fere diſſipauit omnia opera ſua, totum mundum poſt

Gen. 7. diluuium Gen. 7. alij autem Reges & potentes in præiudicium inimicorum, depopulant terras eorum, Deus autem diſſipauit terram propriam, quia peccatum intrauerat terram ſuam: Deus non ſolum peccatum odio habet, ſed & quicquid peccatum tangit, homines propter vinum corruptum non proijciunt in mare vaſa aurea vel argentea, ſed ſeruant vaſa & vinum effundunt: Deus autem non ſolum pecca-

tum,ſed etiam vaſa peccati, homines ad ſuam imaginem factos, & ſuo pretioſo ſanguine redemptos in odium peccati proijcit in Oceanum infernalem. Sap. 14. *Odio eſt Deo impius, & ipſius impietas.*

Deus inſuper tantum odit peccatum, quod propter peccata mundi innocentem Vnigenitum interfecerit. Iſai 53. *Propter ſcelus populi mei, percuſſi eum.* Et ipſemet Dei filius vt peccatum interficeret, tradidit in mortem animam ſuam. Peccatum eſt febris continua, quę aufert vitam temporalem & ſpiritualem, dat mortem æternam& reprobat:hoc mouit Chriſtum minitari damnationem Synagogæ: *Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Ioan. 8. Ecce cõminatio indurationis: Æterna vos manet damnatio,& perpetuis addicti pœnis æternæ vitæ extorres ſemper ſecũdã mortẽ acerbiſſime feretis, iuxta intellectum Cyrilli. Nam ſuo vitio perit, qui ſalutẽ gratis oblatã obſtinate reijcit: & ſibi mortem adſciſcit qui vitæ fontẽ aſpernatur. Qui enim diligit maledictionẽ veniet ei: & nolens benedictionẽ elongabitur ab eo. Pſal.

Iſai 53.

Induratio.

108. commiſerant Iudæi peccatum ad mortem, de quo 1. Ioan. 5. quod Math. 12. in Spiritum ſanctum vocat Chriſtus non remittendum, nec in hoc ſeculo nec in futuro, nam ijs irremiſſibile peccatum eſt ait B. Hieronymus tract. 22. ad Marcellam, qui cum in virtutibus videant opera Dei, clamitant dæmonis eſſe virtutem.

Quod peccati genus Iſai. 4. dicitur, vt docet Baſilius in hunc locum: Peccatum quippe in ea quæ ſunt fidei irremiſſibile eſt, cum ſine fide impoſſibile ſit placere Deo Hebr. 11. & ſit ad mortem, quoniam qui non credit iam iudicatus eſt, Ioann. 3. immo etiam in Spiritum ſanctum, cum Spiritu ſancto locuti ſint Dei homines 1. Pet. 2. qui nobis fidei ſymbola tradiderunt. Ideo Stephanus Act. 7. Iudæis incredulis & Chriſto ſemper aduerſantibus dicebat: *Vos ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto.* Quamobrem vt peccantibus in Spiritum ſanctum ait Chriſtus, moriemini in peccato veſtro.

Hebr. 11.

Act. 7.

Dicitur autem quis in ſcripturis mori peccato. Rom. 6. quod fit dū quis virtutis Chriſti ita particeps fact⁹ eſt, vt prorſus in illo ſit emortua natiua illa ex pec-

catis cõtracta corruptio, vt amaros illos peccati fruct⁹ nõ amplius edat, de quibus loquitur Apoſtolus Gal. 5. tales nos omnes eſſe debemus: Rom. 6. *Exiſtimate mortuos vos eſſe peccato, viuentes autem Deo in Christo Ieſu: qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuimus in illo? Nõ enim regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentiis eius.* Rom. 6.

Deinde dicitur quis mori pro peccato, quod fit dum quis iuxta ponunciatam Gen. 3. ſententiam naturę debitum ſoluit, vel naturæ viribus diſſolutis, vel illata extrinſecus morte violenta occũbit, quod bonis ęq. ac malis commune eſt, licet diſpari ratione, nam malis eſt peccati meritum, Rom. 6. bonis vero exercitium virtutum: *Iuſtus enim ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, Sap. 4. Chriſtus autem dum dicitur mortuus pro peccatis, intellige non à ſe cõmiſſis, ſed vt ea quæ nos commiſimus auferret. 1. Pet. 3. *Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis.* Sap. 4. 1. Petr. 3

Tertio dicitur quis mori in peccato, quod fit, dum quis à maſſa perditionis iuſto Dei iudicio non ſeparatus in odio & contẽptu Dei finire permittitur hanc

vitam, quod cõminatur Chriſtus ijs qui peccant in Spiritũ ſanctũ Math. 12. quod & irremiſſibile vocat, pro quo non vult orari Apoſtolus Ioan. 1. epiſt. c. 5. hoc nullis electis poteſt accidere. Ioan. 10. abſit enim (inquit Diuus Auguſtinus) vt ſine regenerationis, aut reconciliationis ſacramento finire, hanc vitam permittatur prædeſtinatus ad vitam.

Dupliciter item quis peccato moritur, aut ratione peccati, aut ratione peccantis. Nam in peccato moriemur reſpectu peccati, ſi autem in fidem peccamus per blaſphemiam, quod peccatum eſt in Spiritũ ſanctum, aut ad mortẽ vſque obdurati, in quouis mortali peccato perſiſtimus, vt ait Greg. libro decimo ſexto Moral. capite 31. porro reſpectu peccantis moritur quis in peccato ſuo, aut corporaliter vt fures, & rei omnes cum morte mulctantur ob facinora: aut anima, ſic impius ille latro in cruce, Iudas qui ſuſpenſus crepuit medius, & omnes damnati.

Greg.

Omnibus autẽ hiſce modis moribũdos

Iudæos Chriſtus hodierna die pręnunciat, reprobationemque declarat.

Reprobationis nomine tria ſecundum Caietanum potiſſimum importantur, permiſſio peccati, ipſum peccatum, & æterna punitio, quæ tria licet in reprobatio ne includantur, non tamen ſeſe habent vt vocatio, & iuſtificatio in prædeſtinatione: quoniam iſta ſunt veri eius effectus; nam ſic omnia in reprobatione: ipſum peccatum namque non eſt reprobationis effectus, ſed permiſſio peccati, eiuſque punitio, nec tales ſunt, quales ſunt prædeſtinationis effectus, quoniã in prædeſtinatione vltimus effectus eſt per ſe finis antecedentium, quia glorificatio eſt effectus vocationis, & iuſtificationis, non tamen ſic punitio eſt vltimus effectus reprobationis, aut permiſſionis peccati, quia Deus non permittit hominem peccare vt puniat, nec delectatur in punitionibus & hominũ perditionibus: habet tamẽ cauſam, quia cauſa materialis, ſeu meritoria reprobationis eſt peccatum: Cauſa finalis eſt iuſtitiæ diuinæ declaratio, quemadmodum & finalis cauſa prædeſtinatio- *Reprobatio.*

nis eſt miſericordiæ demonſtratio: cauſa ſine qua non eſt præſcientia, & Dei prouidentia, teſte D. Thoma.

Quod autem meritoria ſit reprobationis cauſa, liquido conſtat ex ſcriptura Oſeæ.13. *perditio tua Iſraël ex te*: cui conformis eſt Auguſtinus Lib. 83. quæſt. quæſt. 68. Cui vult miſeretur, & quē vult in durat: hic volūtas iniuſta eſſe nō poteſt, venit enim de occultiſſimis meritis & Ep.167. merito inquit, videretur iniuſtū, quod fiāt vaſa iræ ad perditionē, ſi nō eſſēt ipſa vniuerſa ex maſſa Adā deprauata, & qui non pertinent ad prædeſtinatorū beatorum certiſſimum & fœliciſſimum numerum, pro meritis iuſtiſſime iudicantur: aūt enim iacēt ſub peccato quod originali generatione contraxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exierunt, quod non eſt regeneratione dimiſſum: aut per liberum arbitrium. Inſuper alia addiderunt. Et D. Gregorius Lib. 7. moral Cap. 10. Cum quoſdam temporaliter deſerit, in quorundā cordibus quæ mala lateant oſtendit.

Oſea.13.
Aug.
Liberum arbitrium.

Hinc liquet manifeſte, peccatum vel originale, vel actuale eſſe in homine

cauſam reprobationis, vt idem Auguſtinus epiſt. 105. ad Sixtum comprobat, dicens: quærimus meritum indurationis, & inuenimus: merito namque peccati vniuerſa maſſa eſt damnata, reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis, vt in diluuio & in mari rubro.

Hæc autem mala eſt deſcriptio, ſi dixeritis reprobationem eſſe æternam Dei voluntatem, proponentem ſuo tēpore hominē aggregare in perditionis maſſam, facereque eum in hac vita, vel indignum regno cœlorum, vel dignum pœnis Tartatorum; quia ad opera mala quibus homo dignus efficitur gehenna, iuſtus iudex non vocat, nec excitat prauos. Ad hoc concupiſcentiæ motus: quemadmodum Iacobi primo dicitur: nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt: cui adſtipulatur doctrina Auguſt. Lib. de bono perſeuer. Cap. 6. Tract. 42. & 43. in Ioannem.

Hæc autem bona eſt deſcriptio. Reprobatio eſt diuina voluntas, permittens rationalem creaturam aut peccare aut habere peccatum, præparans pœnam peccatis debitam.

Hanc deſcriptionem comprobat D. Thomas 1. parte quæſt. 23. Art. 3. quando dicit, ſicut Prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa. Nō ignorandum eſt autem vniuerſum genus humanum primordiali delicto eſſe damnatum, teſte Apoſtolo Paulo ad Epheſ. 2. *Eramus natura filij iræ: & 1. Cor. 15. Omnes in Adâ moriuntur: & Rom. 5. per vnum hominem peccatū intrauit, &c.* ac proinde æternæ morti obnoxium extitiſſe, adeo vt iuſtiſſime Deus vniuerſum genus noſtrū peccato protoparentis vitiatum gehennalibus flammis eternaliter cruciandum tradere potuiſſet, vt docet Aug. quoſdam tamen ſua benignitate, & incomprehenſibili bonitate ex hac corrupta maſſa eripit, ad manifeſtandam miſericordiæ ſuæ largitatem.

Epheſ. 2.
1 Cor. 15.
Rom. 5.
Aug.

Ad pulchritudinem ſiquidem & vniuerſi decorem, diuerſi in rebus requiruntur gradus ſecundum Apoſtolum 1. Timoth. 2. in magna domo ſunt vaſa aurea & argentea, lignea & fictilia, nec

Decus vniuerſi.

iſtud contingit ex figuli impotentia,ſeu inſipientia, ſed ex domus conditione neceſſaria, in quā vaſa eſſe debent,non ſolum in honorem, verum etiam in contumeliam: hinc dicitur Rom. 9. *Rom.9.* volens Deus oſtendere iram, ideſt iuſtitiæ vindictam, & notam facere potentiam ſuā, ſuſtinuit in multa patientia vaſa irę ad interitum.

Ego vado (ait Chriſtus Iudæis) & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini,in peccato blaſphemiæ in Spiritum ſanctum.

Nunc nonnulla in medium producenda ſunt de blaſphemia in Spiritum ſanctum, quæ trifariam accipi legitur. Primum vt peccatum in Spiritum ſanctum appelletur, quod potiſſimum fit contra perſonam Spiritus ſancti:ſic Macedonius hæreticus peccauit in Spiritū ſanctum, quando falſiſſime dogmatiſauit Spiritum ſanctum non eſſe Deum, ſed patris & filij famulum teſte Auguſt. Lib. 3. contra Maximum Cap.17.quem & Arrius creaturam creaturæ opinatus eſt:& Ambroſ. Lib.2.de pœnit.Cap.4.2. peccatum dicitur in Spiritum ſanctum quod eſt contra proprietatem Spiritui

1 *Macedon.* *Arrius.* 2

ſancto attributam, puta gratiam & charitatem; hoc modo omne læthale crimen eſt contra Spiritum ſanctum, quia aduerſatur diuinis chariſmatum cœleſtium donis, quæ per Spiritum ſanctum infunduntur.

3 3. Blaſphemia in Spiritum ſanctum eſt quę fit ex certa malitia, non qualibet, vel quæ concurrit etiam cum reliquis peccatis, vt ſunt fragilitas, ignorantia, concupiſcentia, ſed ex mera mala voluntate, ita vt contendat illud abijcere, quod electionem peccati impedire poſſet, verbi gratia: inſtigatur aliquis ad peccatū, ſed occurrit ei timor Dei peccatum punientis: nihilominus tamen de induſtria reijcit, vt liberius peccet, tuncque peccare in Spiritum ſanctum dicitur.

Hoc modo peccarunt Phariſæi teſte D. Hieronymo in Math. 12. qui dixerit verbum (inquit Chriſtus) contra filium hominis, carne mea ſcandalizatus, & me hominem tantum, fabri filium, voratorem, vinique potatorem arbitratus, opinio eſt abſque blaſphemia, & quāuis erroris nō careat culpa, veniam tamen habet propter erroris paruita-

tem. Qui autem manifeſte intelligens opera Dei eadem ſtimulatus inuidia (cũ virtutem inficiari nequeat) calumniari non ceſſat, quin potius ipſi Beelzebuth opera Chriſti & Spiritus ſancti attribuit, huic non dimittetur peccatum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Eadem per omnia habet Ambroſius Lib. 1. de Spiritu Sancto, & Theophylactus in commẽtarijs eiuſdem loci, necnon Aug. Lib. 1. retract. Cap. 19. vbi ſupplet ſententiam quam incerta fluctuans opinione non confirmat dicens: ſi tamen in hac tam ſcelerata mentis peruerſitate finierit hanc vitam. Iſtud ſolis radijs clarius manifeſtat Serm. 11. de verbis Domini. Non enim Dominus ait, omnis blaſphemia ſpiritus non remittetur ei: neque dixit, quodcumque verbum contra Spiritum ſanctum non remittetur ei: ſed, qui dixerit verbum: quocirca non eſt neceſſe, vt omnem blaſphemiam & omne verbum quod profertur contra Spiritum ſanctum, remiſſionem exiſtimet non habere, ſed neceſſe eſt vt aliqua ſit blaſphemia, & aliquod verbum, quod ſi dicatur contra Spiri- *Ambroſius*

Digitized by Google

tum ſanctum, nullam vnquam veniam mereatur, quia ſi omne acceperimus, quis poterit ſaluari? eſt ergo aliquod verbum quod non remittitur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Sed quod eſt illud verbum? Vt iſtud manifeſtius clareſcat attendendum eſt quod ait Iudæis: ſi non veniſſem & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: quod non dicit quaſi intelligi velit, Iudęos ſine omni peccato futuros, ſi non veniſſet & loquutus eis fuiſſet, plenos quippe inuenit oneratoſque varijs peccatorum ſordibus. Quomodo ergo ſi non veniſſet peccatum non haberent, niſi quia illa dominica ſententia, nec vniuerſaliter, nec particulariter, ſed indefinitè, non omne peccatum cogit intelligi, ſed aliquod? non enim ait: ſi non veniſſem & loquutus fuiſſem, nullum peccatum haberent, ne veritas hallucinando mentiretur: nec rurſus ſi non veniſſem & loquutus eis fuiſſem, quoddam peccatum nō haberent, nec pium ſtudium parum exercetur.

Illud vtique peccatum eſt, quod pręſentem ſeque alloquentem non audierunt

dierunt

dierunt, eumque tanquam inimicum occiderunt. Ambr. de S. Ioſeph. hoc horrendum peccatum non habuiſſent, ſi non veniſſet & loquutus cum eis fuiſſet: quemadmodum etiam videre eſt apud Auguſt. libro tertio contra 2. epiſt. Pelagianorum. Sic (inquit) intelligenda eſt blaſphemia Spiritus, quomodo dimittuntur peccata, & eijcitur ſpiritus immundus. *Aug.* *Blaſphem.*

Contra hoc donum gratuitum, & contra iſtam Dei gratiam loquitur cor impœnitens: Ipſa igitur impœnitentia, eſt ſpiritus blaſphemiæ, nec habet remiſſionem in hoc ſeculo, quæ valet in futuro, Non poteſt tamen in hoc mundo deprehendi, quia de nullo eſt in hac valle lachrymarum deſperandum.

Paganus eſt hodie, vnde ſcis vtrum cras futurus ſit Chriſtianus? Iudæꝰ eſt hodie, quis ſcit vtrũ cras in Chriſtum credat? Hæreticus eſt, qui ſcit vtrũ cras ſequatur fidem Catholicã? Ex his manifeſtum euadere poteſt multa eſſe peccata in Spiritum ſanctum, ſed tamen non omnia eſſe irremiſſibilia. Simon Magus namque blaſphemiam *Simon Magus.*

commiſit in Spiritum ſanctum, non tamen excluſus eſt per Apoſtolos, à ſpe veniæ, ſed inuitatus eſt ad remedium pœnitentiæ, teſte Ambroſio lib. 2. de pœnit. capite 4. immo populus Iudaicus qui dicebat de Ieſu Seruatore noſtro, dæmonium habet, & in Beelzebuth eijcit dæmonia. Et quod plus eſt, qui cruci affixit Dominum Petro concionante vocatur ad baptiſmum, quatenus tanti ſceleris iniquitatem deponentes poſtea ſanguinem pretioſiſſimum humiliter bibant, quem prius crudeliter effuderant ſecundum Auguſt. in Ioann.
Ioan. 8. 8. vbi docet quod omne peccatum & blaſphemia dimittitur, vbi non fuerit peccatum cordis impœnitẽtis, quod non remittitur in hoc ſeculo, neque in futuro.

Dicitur autem peccatum irremiſſibile in ſcholis tribus modis: Primo reſpectu Dei remittentis, ſic nullum eſt irremiſſibile, quia Deus abſoluta poteſtate poteſt Angelis malis & damnatis dimittere peccatum. Secundo conſideratur irremiſſibile, ratione ſtatus, ſic poſt mortem hominis pecca-

ta mortalia ſunt irremiſſibilia teſte Ioanne Damaſceno : quod Angelis caſus, hoc hominibus mors. Tertio dicuntur irremiſſibilia, non quod nullo modo remittantur, ſed quantum habent de ſe, merentur quod non remittantur, quia excludunt remedium quo acquiritur remiſſio, nempe pœnitens cor & contritum, quod Deus optimus maximus non auerſatur nec reſpuit.

Non tamen eſt arbitrandum, ſolam finalem * impœnitentiam eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, vt Diuus Auguſtinus videtur innuere, nec quatuor eius ſpecies tantum reperiuntur, vt Magiſter ſententiarum recenſere videtur; cum ſex reperiantur, ſcilicet deſperatio, obſtinatio, præſumptio, veritatis agnitæ impugnatio, fraternæ gratiæ inuidentia, atque finalis impœnitentia.

Contra Dei ſiquidem miſericordiam qua peccata remittuntur, opponitur deſperatio, ſicut patet de Cain Gen. 4. & fit quando homo ſuam iniquitatē exiſtimat eſſe tantæ grauitatis, vt immenſa diuinę bonitatis Clementia, aut *Deſperatio.*

non poſſit, aut nolit eam remittere; adeoque in culpa vitam firmat; abyſſo abyſſum inuocante.

Sed quomodo quis deſperare poterit, ſi in ſpem veniæ redditus eſt, à quo etiam occiſus eſt Chriſtus? etiamſi Dominus voce cælitus lapſa nos inſinuaret damnãdos ſecundum D. Chryſoſt. in Math. & Bernardum ſuper
Bernardus Cant. Cant. nequaquam tamen eſſet deſperandum, nec viſceribus miſericordiæ eius diffidendum: Quia Dominus in rebus deſperatis fert opem, vt patet in Dauid in arcto poſito, perſe-
1. Reg. 33. quente Saul 1. Reg. 23. & ſecundum eundem Homil. 21. ad popul. Antioch. ſi nequeas ſol fieri, efficiaris vel luna, tua vocatione contentus.

Secundo iuſtitiæ Dei quæ nos à pec-
Præſumpt. cato retrahit, opponitur præſumptio, qua quis præſumit abſque pœnitentia impunitatem, & ſine meritis pollicetur ſibi vitam æternam, quaſi Dominus non eſſet iuſtus, ſed ſolum miſericors ſecundum Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 29. art. 2. Contra hanc præſumptionem videre licet Auguſt. ſuper Pſal. 31. docentem eos damnandos qui in impie-

tate fidem ſeruantes, ſibi blandiuntur, nulla vitia aut flagitia obfutura, atque ita de ſe male præſumētes peccatorum impunitatem, contra Dei iuſtitiam ſtatuunt.

Tertio eſt obſtinatio, qua ſi quis in peccato vſque in finem permaneat, adhuc non eſt peccatum in Spiritum ſanctum, ſed ſi placeat ſibi peccatum & approbet ex electione, proponendo non pœnitere, tunc proculdubio eſt peccatum in Spiritum ſanctum: differt autem ab impœnitentia ſecundum Gabrielem Biel, quod obſtinatio eſt reſpectu futuri peccati: impœnitentia vero comparatione præteriti.

Impugnatio veritatis agnitæ. *Inuidētia.*

Quinto eſt impugnatio veritatis agnitæ. Sexto eſt fraternæ gratiæ inuidentia quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum, quod ex deprauata voluntate & malitia dolet de fraternæ gratiæ promotione, quia diſplicet ſibi, quod diuina gratia radices iaciat altiores, ac incrementa ſumat in proximis maiora, vel quod diuinus honor exaltetur in illis.

Ego vado & quęretis me, & in peccato veſtro moriemini. Eſt merito

pertimeſcenda hæc comminatio, quam non ſolum Iudæis factam putabimus, ſed omnibus infidelibus, hæreticis & impijs, quibus æterna damnatio, tanquã mali operis merçes (ſtipendiũ enim peccati mors) Rom. ſexto reddetur, niſi præueniente Dei gratia reſipiſcant à laqueis diaboli qui in eis voluntatem excæcauit, iudicium ſubuertit, atque rationem ſepeliuit, quaſi immiſiſſet illis Dominus ſpiritum ſoporis & vertiginis, vt iuxta Iſai. cap. decimo quarto videantur
P/33. 48. percuſſiſſe fœdus cum morte, & cũ inferno feciſſe pactum. De hac morte ait Pſal. 33. *Mors peccatorum peſſima, &* Pſal. 48. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos*: Item Salomon prouerb. vndecimo: mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes. Cum enim homines, quorum ſpes in Deo eſt, non debeant reddere mala pro malis, reddebant iſti mala pro bonis. Prænuntiauit ergo illis Dominus, dixitque ſententiam, præſcius quod in peccato ſuo morerentur. Horrida & terribilis comminatio, omnibuſque niſibus euitanda.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, via, veritas, & vita, dirige actus noſtros in via paſſionis, virtutum, & operationum: excute à nobis omnem errorem, & ne permittas nos peccato in Spiritum ſanctum mori: delicta iuuentutis noſtræ & ignorantias ne memineris, largam ſuper nos benedictionem infunde iugiter, vt è terris ad Paradiſum tranſeamus. Amen.

Digitized by Google

FERIA TERTIA POST DOMINICAM SECVNDAM quadrageſimæ.

Nec Patrem, nec Magiſtrum ſuper terram vocare licet, vltra Chriſtum Dominum.

TAli turgent filij elationis arrogantia, vt vix titulis & magnitudinis nominibus reficiantur: Luther' *Luther.* ſe tertium Heliam vniuerſi reſtauratorem voluit,&ſe Euangeliſtam Chriſti dixit,ſcribens ad Georgium Saxonum regem: Oziander *Oziander.* clamitabat Enoch: Munzerus *Munzerus.* cum Lutheranis celeſtium Prophetarum nomen ſortiebatur: Zuinglius *Zuinglius.* phantaſiabat ſe à genio ſua didiciſſe quem vtrũ candidus on ater eſſet ignorabat:

Caluinus Luthero Heliæ nomenclaturam vſurpabat: Seruetus ætatis ſuæ vigeſimo quinto anno ſe vnicum mundi oraculum aiebat: Georgius Dauid ſe Meſſiam filium Dei vnigenitum volebat: Anabaptiſtæ deificant ſe. Non defuere Toloſæ duo, quorum vnus ſe Ieſum, alter Baptiſtā vſque ad cineres defenderunt: Chriſtus humilis nec patris nec magiſtri inſtar Phariſæorum vult nos titulis gloriari. *Caluinus.* *Georgius Dauid.* *Anabaptiſta.*

Aue Maria.

SVbtilioribus ingenijs celſitudinis faſtigia dimittamus: conducit nunc mihi quædam de humilitate, & demiſſione promere: hæc inuidiam & æmulationem non patitur, in gloria ſecuriſſima eſt: Plut. bene vixit qui latuit. Ouid. 3. Triſt. Intra fortunam debet quiſque manere ſuam.

Caſum mutationemque fortunę magnates perpetuo verentur, qui vitæ diſpendium plus timent quam is qui in ea aſſeruanda magis inhiat. Si quis diadematis vel ſceptri onus perpendat, miſeriam & inquietudinem illic latitan-

tem fatebitur: neceſſe eſt multos timeat quem multi timent, ad quodlibet ferculum venenum timent, demiſſi & humiles iſtis exempti tortas ſuas & radices ſecuri lætique vorant: Magnatum ſomnia phantaſmatibus oppleta; in vtramque aurē ruſticus cubat. Plin. Lib. 1. Hiſt. nat. magnitudo populum Romanum perdidit, vincendo victi ſumus.

Chriſtus humilitatis almus, Phariſaicę ſuperbiæ hoſtis ſuperuacaneam titulorum vanitatem deteſtatur, Patris & magiſtri titulum à terra remouens &

Math. 23. cauens: Nomen patris non ſic familiare olim fuit vti modo: dabatur ſiquidem propter ætatem, ſenium, & maturitatem, propter dignitatem & ſuperioritatem:

Heliſaus. Heliſæus Heliam curru igneo ſeu flammigero raptum Patrem vocitauit: *Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga*

4 Reg. 5. *eius.* 4. Reg. 5. Famuli Naaman Syri

Serui Naaman. principis eum patrem nuncuparunt: Pater etſi rem grandē Heliſęus propheta dixiſſet, certe debueras facere: lauit & ſanatur.

Seniores. Senatores, & cani, Patres ſparſim di-

Senatores. cti, apud Romanos Senatores centum-

uiri Patres Conſcripti nuncupati: Prçſules, Antiſtites, Epiſcopi, Archimãdritæ, vniuerſç Eccleſiæ prælati Patris nomine inſigniti: Gardiani, Priores, Patres appellantur, ob id clauſtrorum ac monaſteriorũ moderatores idiomate Syro Abbates vocarunt, quos nos patres dicimus. Reges, Imperatores, Duces, Reipublicæ directores, amatores, protectores, honoris gratia patres patriæ declamati: alicuius rei ſaluti & incolumitati hominum vtilis inuentores, & authores patres appellantur. Gen. 4. Iahel fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum, Iubal fuit pater canentium cythara, & organo. Pater idẽ eſt quod inuẽtor, doctor, magiſter. Illi vero qui in hiſtorijs combinandis excelluerunt, vt Herodotus, Patres hiſtoriç appellantur. *Prælati. Gardiani, Gen. 4. Iahel. Inuentor.*

Hoc maxime nomen Deo Optimo Max. reſeruatur, qui eſt pater hominumque, rerumque, Diuûmque; & iuxta Apoſtolum Paulum, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.

Antiquitus ſolus in conuentu Religioſus pater appellabatur; Alij fratres

fratres, ſuperior Pater, cęteri fratres. D. Hieron. ad Euſtoch. de virginit. ſeruanda: Completis orationibus, cũctiſq; reſidẽtibus medius quẽ vocãt Patrẽ incipit diſputare. Hodie neſcio qua vanitate clerici, laici, iuuenes, vetuli, ſuperiores, inferiores, Patres dici volunt, & hęc nomenclatura ita familiaris, ſeu vulgaris eſt apud eos, vt apud mundanos Dominus.

Male audit quod indifferenter trium dierum homines hiſce dictionibus vtãtur: veſtra Reuerentia, ſua reuerentia bene ſe habet. Non eſt fraterculus qui nolit Reuerendus appellari.

Dictio (reuerẽtia) in ſacro codice aliquoties in malam partem vſurpatur. Pſal. 34. induantur confuſione & Reuerentia: Pſal. 68. Tu ſcis confuſionem meam, & Reuerentiam meam. Pſal. 69. Confundantur & reuereantur qui quęrunt animam meam: poſſet dari quod iſti audentes primam Reuerentiam cupientes, ſecundam nanciſcantur.

Pſal. 34. 68.

Hoc patris nomen auguſtum humilitate præſtantes reiecerunt: ſufficiat mihi teſtimoniũ iuſti Guygonis magni prioris Chartuſiæ, apud Petrũ Clunia-

Guygo. Carthuſianus.

censē.Lib.3.Epiſt. 25. Conqueritur in illum quod Patrem dixiſſet: ô ſublimen humilitatem! Illud præ omnibus, & ſuper omnia quæſumus, & defixis in terram genibus obſecramus, ne vilitatem noſtram Patris nomine dignam vlterius æſtimetis: ſatis & ſuper ſatis eſt, ſi frater, ſi amicus, ſi filius appelletur, qui nec ſerui nomine dignus habetur.

Simili modeſtia vtitur Petrus Abbas Cluniacenſis ad diuum Bernardum ſcribens, in illum conqueſtus quod *Petrus Abbas.* Reuerendiſſimum vocitaſſet. Lib. 6. Epiſt. 5. Reuerendiſſimum me dicis, patrem nominas, amicum appellas: gaudeo ad iſta, ſed ſalua veritate, quæ ex Chriſto in te defluxit: duo præcedentia neſcio, tertium agnoſco: nam Reuerendiſſimum me eſſe ignoro, Patrem quantum ad te me eſſe nego, amicum me profiteor. De Patris nomine hæc tibi ſcribo, quod Dominus Guygo, prior Chartuſiæ mihi ſcripſit.

Sed edepol ſine cachinno, & riſu non valeo proferre Belli patris titulū, quem hodie religioſis dare ſolent: Cauſidicus & Doctor Paſquerius in ſuis

varijs & curioſis lectionibus Gallicis idem prorſus cenſet vſurpandum (Beau

Beaupere. Pere & Beat Pere) à Poëtis Gallis id mutuatus: ſit licet acutus exquiſitor & illuſtrator linguæ Francorum, tamen hoc loco allucinatur: ſiquidem Beau, Gallice, idem eſt quod Grçce χαλὸς, & Hebraice Tob: inde Pater Bellus, vtilis, prouidens, cordatus.

Froiſſardus. *Caloierij.* Apud. Froiſſardum ſimilia reperiuntur. Monachi Græcorum Caloierij nũcupantur, à χαλὸς & ἱερὸς, & iuxta alios à χαλὸς γέρων quod idem eſt quam formoſus ſenex. Sed aliquis ardelio in ſuis centonibus dicit: quid dicam de iſtis mendicantibus, amant vocari belli patres, beati patres.

Veri religioſi primorum Chriſtianorum mores ſibi vendicantes, fratres viciſſim ſe nominant, ſe fratres ingenue profitẽtur, in ſuis epiſtolis fratris prænomen adferunt: Frater Bernardus vocatus Abbas. Frater Benignus à

F. Benignus. à Genua. Genua omnium Fratrum Minorum miniſter generalis.

Templarij. Templarij in Anglorum Chronicis tales ſe vendicant: Frater N. magiſter tẽpli. Frater N. Magiſter Hoſpitalis,

quod ab Apoſtolis humillime ad ſe trã-ſtulerunt. Apoc. 1. Ego Ioannes frater veſter: & Act. 15. Apoſtoli & ſeniores fratres.

Ethnici ſuos Diales Flamines, & ſa-crificulos, fratres appellarunt. Plinius Lib. 18. Cap. 2. Aruorum Sacerdotes Romulus in primis inſtituit, ſeque duo-decimum fratrem inter illos appella-uit. *Ethnici.*

Ieſus Chriſtus Phariſęorum audaciã frenans, & humilitatem Apoſtolis & diſcipulis tradens dixit: *Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt.*

A Patrando Pater dicitur, quia pa-trat & producit filium: ſeu à patet, quia in filio relucet, & oſtenditur Pater: vn-de in quodlibetis doctor ſubtilis hunc ponit ordinem generatiuum: potens generare, generans, & pater: multi enim ſunt generatiui qui non poſſunt gene-rare, ſicut ſpadones, Eunuchi, qui ex ſe habent aptitudinem, tamen impoten-tes effecti ſunt: multi etiam poſſunt ge-nerare qui non generant, vt ſunt Reli-gioſi, qui talibus non vacant operibus, ob votum ſponſionemque perpetuæ *Pater.*

caſtitatis. Multi generant qui non ſunt Patres, quia paternitas non eſt quouſque fructus ſit ſimilis gignenti: generatio vero eſt in prima ſeminis deciſione ſeu iaculatione.

Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt, nec vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Phariſæi amant primas ſalutationes, non tempore ſolum, ſed & vocis elatione, vt clamando illis dicatur Aue Rabbi. Vt maiorem prælatorum ambitionem notet, addit loci circunſtantiam (in foro) vt qui litibus intereſſe, & forum potius adire, quã ſuas Eccleſias viſitare malint, & qui forſan pro Cathedra apud iudices etiã ſeculares litigare videantur, cum id ab electione emanare debeat.

Rabbi. Titulus præcipue legis peritorum & ſcribarum & Phariſęorum erat Rabbi, quod apud nos eſt, doctor promotus, magiſter noſter &c. Criſtas ergo erigant quoties à populo audiunt magnificum illum titulum, Rabbi, quaſi ſoli ſint honore digni, aut ſoli ſapiant, cum hoc ipſi minimi ſint apud Deum, quod ſibi videntur maximi: & hoc maxime deſi-

xime deſipiant, quod ſibi videntur plurimum ſapere. Chryſoſtom. Vocari volunt non eſſe, nomen appetunt, & officium fugiunt. Sic etiam inter noſtrates adeo hæc hypocriſis ſpecies regnat, vt niſi in ſuis titulis ter & quater Domini appellentur, maieſtatem ſuam læſam conquerantur.

Octauius Auguſtus abhorruit à nomine Domini. Ethnici quoque priſci, non Sophi, ſed Philoſophi voluerunt vocari. Nunc niſi noſtros magiſtros, Philoſophaſtros & Theologos appelles, peccas. Horrendum dictu Ethnicos in humilitatis virtute Chriſtianos anteire. *Octauius Auguſtus. Sophi.*

Ea eſt enim carnis natura non illuſtrare verbo Dei (quod voluit Deus eſſe lucernam pedibus noſtris) vt ſplendore externarum ceremoniarum, quarum corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, cum pietas ſit, quæ ad omnia valeat, laudem veneretur humanam.

Damnant aduerſarij ex hoc Chriſti verbo, quicquid penè & piarum cerimoniarum in religione Chriſtiana, aut monaſticis exercitijs quæ ſeu compen-

dia quędā conſequēdę ſalutis, pia patrū ex verbo Dei inſtituit religio, quaſi tam eſſemus (vt iſti loquūtur) ſtupidi ac bardi, vt ſalutē metiremur ex natura rerum externarum, ſcilicet veſtitus, raſurę, vitæ genere, alijſq. tyrocinijs vitæ monaſticæ: cū nihil min⁹ vmquā docuerit vera Chriſti Eccleſia, quę viua fide per ſolum Chriſtum agnoſcit ſeruari ſe poſſe. Proinde nec locum, nec habitum per ſeſe quenquā ſanctificare, quin potius cōfundunt, niſi intima externis reſpondeāt. Vt ſunt ij qui præter externū geſtamen nihil habent veræ religionis, ac pietatis, vt merito cum ijs, quos hic perſtringit Chriſtus, Phariſęis conferri poſſint. Hæc maioris fore damnationis cauſam adſerit, haud quaquā ergo monaſtica abolēda eſt, ſed ſicubi ab inſtituto primo religioſo deflexit, corrigenda.

Similia. Chryſoſtom. in Math. terra fert aurum pretioſum quæ tamen vilis eſt, calcatur pedibus, aurum eligitur, terra relinquitur. Herba amara multoties fert florem delectabilem, & apis veniens dimittit herbam, & colligit florem: Roſa de ſpina oritur: Margarita pretioſa inuenitur in conchis marinis ſordi-

diſſimis: Non ſpernimus nuncios Domini licet veniãt ſciſſis veſtib⁹, quia nõ aſſumũtur propter ſe, ſed propter Dominum, & ſic tu malum ſacerdotem qui miſſus eſt à Deo: Rom. 10. *Quomodo prædicabũnt niſi mittãtur? Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* *Rom. 10.*

Antiqui principes habebant magiſtros ſuos: Traianus Plutarchum, Nero Senecam, Alexander Ariſtotelem, ad quem Pater Philippus Macedo ſcripſit ſe gaudere quod temporibus eius ortum habuiſſet. *Magiſtri Principũ.*

Tertio vult Chriſtus populum abducere ab admiratione Phariſæorum, falſaque opinione quam de ſe ipſis habebant. Quamquam hoc (vt monet Auguſtinus libro de vnitate Eccleſiæ cap. 5.) nobis non ſit imitandum, quia hæc Chriſtus Phariſæis exprobrat, non vt homo tantum, ſed vt occultorũ cognitor. Itaque Chriſtus cum ſanctimoniæ laruam huiuſmodi abſtuliſſet, ſuos veram humilitatem & animi modeſtiam docet, dum prohibet Rabbi vel patrem vocari, quod ſcilicet vnus ſit Magiſter, vt Pater in cælis, vult enim vt cognoſcãt ſeipſos, nempe inutiles ſeruos.

1.Reg.26. Dauid ſe mortuum canem vocat 1. Reg. 26. Abraham puluerem. Gen. 18. Iob. 17. Iob ſtipulæ ſeu pulueri ſe confert: Putredini dixi, mater mea & ſoror mea vermibus. Quod ſi mundus nobis tribuit, quod in nobis non agnoſcimus, erubeſcamus. Si vero vere nos laudari videamus, dicamus: *Non nobis Domine* Pſal.113. *non nobis, ſed nomini tuo da gloriã*: Pſ.113. vt qui poſuerit theſaurum dignitatis in vaſe fictili.

Vnde totũ & gratis habem⁹ ſi quid habem⁹ boni 1.Cor. 4. vbi non putabimus Chriſtũ ſimpliciter horum cognominũ vſum prohibuiſſe. Siquidem Paulus ſeſe vocat doctorẽ gentiũ in fide & veritate Epheſ.4. 1. Timot.2. Eph.4. à Deo conſtitui doctores Eccleſiæ: vult inſuper ſeruos Dominis ſuis morẽ gerere, filios patres reuereri, & Diſcipulis licet eos à quibus inſtituuntur præceptores & magiſtros vocare.

Verũ damnat Chriſtus horum agnominum vehementes affectus in eis, qui ſolius inanis gloriæ cauſa iſta petunt, vt ſic pluris apud plebem fiant, & ab ipſorum placitis populus dependeat, Gal.6. non efficiamur inanis gloriæ cupidi: Eſt

enim vnus, & verus, & ſummus in hoc gradu Pater Deus, ad quem clamamus Abba Pater, & oramus, Pater noſter qui es in cælis: vnus & verus Magiſter Chriſtus, à cuius debemus pendere præceptis, vt nō liceat nobis alterius cuiuſpiam iurare in verba magiſtri.

Si qui enim magiſtri ſunt, ab eo & magiſterium & doctrinam hauſerunt. Chriſtus autem magiſter eſt, quia æqualis patri, qui ſolus eſt magiſter: & quia etiam ad hoc miſſus eſt, vt audiatur & doceat.

Peccant igitur qui ſtudio inanis gloriæ, iſtum honorem expetunt, vt ſcilicet tanquam ſemidei ab hominibus ſalutētur, nec aliter quam oracula ipſorum reſponſa recipiantur. Quod abſit vt cogitet Chriſtianus qui ſcripturarum cognitionem habet.

Si enim Paulus qui verus erat gentium Doctor in fide veritatis, noluit damnari fide ſuorum ſecundo Cor. primo nequaquam decet cum hac opinione titulos venari, vt ſcilicet velint ob promotionis dignitatem ita ſuſpici, ne decedere ab ipſorum do-

ctrina liceat, dum audent ſcripturas non ex Spiritus ſancti intentione, non ex communi ſacroſanctę Eccleſiæ conſenſu, ſed proprio arbitrio interpretari, quod ſolius eſt Chriſti.

Talium, proh dolor! hoc infœlici ſeculo noſtro quanta ſit turba, ſatis ſuo malo variæ experiuntur regiones, in quibus miſeræ plebeculæ magna & incredibili tyrãnide dominãtur ſectarii, qui ſua variarũ hęreſeon paradoxa, non ſecus ac ſi diuina eſſent oracula, proponunt, de quibus ſecundæ Petri ſecundo dicitur: *In vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis &c.* Vult enim Chriſtus omnes ſibi eſſe ſubiectos qui magiſterij titulos accipiunt, non vt honoris tantum ſint otioſi magiſtri, ſed qui populum docent, ne quid contra ipſius verbum doceatur.

2. Petr. 2.

Doctores huiuſmodi habuit olim Romana Eccleſia, Hilarium, Hieronymum, Auguſtinum, Gregorium, Hugones, Bernardum, &c. Eccleſia item Grecanica Origenem, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, Epiphanium, Cyril-

lum, Damaſcenum, & hoc genus alios ſanctiſſimos Patres, qui fidem Catholicam voce & calamo tradiderunt, Eccleſiam Catechizando, hortando, conſolando, &c. Iudęos & Ethnicos, aut ad fidem vocando aut confutando, Hęreticis obſiſtendo &c. non Titulos doctoratus & magiſterij ambitioſe quæſierunt, ſed opus ipſum in fidei Catholicæ illucidationem, in Eccleſiæ ædificationem religioſe promouere ſtuduerunt, idq. magis contemplatione in cœnobijs & in deſertis, quam concertatione, & contentione in Philoſophicis Academijs & gymnaſijs &c.

Non titulo tenus doctores erant, ſed opere ipſo, non pinguia captabant & venabantur ſacerdotia, ſed Chriſti gloriã. Sic & hodie (laus omnipotenti Deo) doctores & Epiſcopos Spiritus ſanctus ęreat eos, qui Eccleſiæ decus & fidei Catholicæ ſinceritatem ſedulo quærũt, aut docendo, aut ſcribendo, aut hæreticis iam vndiq. paſſim falſa docentibus reſiſtendo, quales fuerunt temporibus Lutheri & Caluini.

In Gallia Melchior Flauius, Seres de *Illuſtres*

Scriptores contra hæreſes. Valſergues, Vigor Xainctes de rebus Euchariſtiæ, Illuſtriſſimus D. D. Cardinalis Lotharingus. Illuſtriſſimus Cardinalis du Perron. Reuerendiſſimus D. D. Epiſcopus Coſpeā d'Aire, R. P. Coton: Romæ Robertus Bellarminus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Illuſt. D. D. Cardinalis Baronius. In Hiſpania B. D. Bartholomęus de Miranda Archiepiſcopus Toletanus, carceris iniurias multo tempore paſſus. Gregorius de Valentia ex ſocietate Ieſu: In Polonia R. Dominus Staniſlaus Hoſius: In Flandria R. D. Martinus Ritlonius acerrimus fidei Catholicæ defenſor & propugnator: In Geldria R. D. Gullielmus Lyndanus Epiſcopus Ruræmundanus deſtinatus, gemino certe honore digni, quorum pium conatum in bonum Eccleſiæ ſuæ Deus opt. max. promouere dignatus eſt. Nec prætereundi R. P. Guido Carmelita aduerſus hęreſes R. P. Alphonſus à Caſtro minorita obſeruans in hæreſes. R. P. Chriſtophorus à capite fontium Britannus qui fuit iubar Eccleſiæ: R. P. Fęuardentius Doctor Pariſienſis: R. Pat. Simon Pibris Carcaſſonenſis,

ex Prouincia ſancti Ludouici minorũ regularis obſeruantiæ in Gallia Narbonenſi, qui in Controuerſia Euchariſtiæ omnes alios facile ſuperauit: quos omnes puto merito poſſe dici, & coli magiſtros & doctores, paſtores & Concionatores: quamquã niſi vnus præcipuus doctor, archipater, & archididaſcalus, & princeps paſtorum ſit in cœlo Deus Chriſtus Dominus noſter Ezechiel. 37. *Eccle.* 37. Act. 14. 20. & Tit. 1. qui docet quomodo à nobis ambitionem ablegare poſſimus, miniſtrando ſcilicet, & deprimendo nos ipſos, cum dicit: qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter.

Seuerus Sulpitius talem olim depinxit D. Martinum, vt qui etiam ſeruo ſuo aliquando miniſtraret, ipſumque aliquando excalcearet: dehinc concludit Ieſus: *Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur*, ita mandans non tantum prima non amare ſedilia, ſed proſtrema proſequi, illud enim deprimit amantem, hoc exaltat proſequentem. *Seuerus Sulpitius.*

Obſeruate hic ex toto Euangelij textu eandem eſſe reſoluendi omnia Neochriſtianorum argumenta rationem.

Aiunt enim vnum eſſe Aduocatū, ergo nullum præter eum: vnum Deū agnoſcendum, vnum mediatorem: quæ omnia eodem modo diſſoluimus. Quod ſi quis dicat vnus pater, vnus Dominus, ergo nullus hic pater nullus Dominus hic; Nullus itaque in ſummo gradu pater, Dominus, Rabbi, magiſter vt Deus, & in ſummo gradu Aduocatus & mediator Chriſtus: in ſubſtracto autem multi è nobis.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte ſapientia increata, in quo viuimus, moucmur & ſumus, doce nos facere voluntatem tuam, tu es pater noſter excedens omnē paternitatem, tu es Magiſter noſter, diſpone cor noſtrum ad tuam doctrinam amplexandam, vt perſoluto curſu fidei, te facie ad faciem videamus. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM SECVNDAM QVAdrageſimæ.

Homo rationalis neſcit quid petat.

PErfecta ſunt Dei opera, nec deeſt aliquid eſſentiæ & ſubſiſtentię illorum, verum extrinſecus ſæpiſſime impediuntur, ne ſuos ſortiantur effectus offunduntur aliquoties ſenſus: ſic intellectus quandoque tenetur, & ratio obruitur ne iudicet ſicuti par eſt: quare non eſt mirũ ſi filij Zebedęi ambitione ſuffuſi à Chriſto Domino per matrem petierunt quod non intelligebant, quod cenſuram patitur: neſcitis qui petatis?

Aue Maria.

SI ſublimitatem cœlitus quærens debet prius humiliari vt exaltetur, in caſſum aliter proceditur: Iob. 22. *Qui humiliatus fuerit erit in gloria: &* Prouerb. 29. *humilem ſpiritum gloria ſuſcipiet.* Vile decus quod non erexit primum labor: non venit ad ſummam pacem niſi qui magno ſtrepitu cum inimicis pugnat: hinc Petrus Damianus ſermone de vno martyre: delicatus eſt miles qui prius vult vincere, antequam dimicare incipiat: qui vult ſine victoria palmam, anhelat ſine pugna victoriam: ſtultus agricola qui vult turgentes autumni botros de vite ſuauiter carpere, & negligit propaginum ſurculos laborioſe plantare: cupit implere frugibus horreum, non curat excolere exhorreſcentem vepribus agrum.

Iob. 22. Prouerb. 29.

Petrus Damianus

Nobis expedit anguſtam laboris vitam arripere cum ſanctis in hoc ſeculo, ſi poſtmodum volumus ad eorum latitudinem gaudij peruenire: qui enim

dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut Chriſtus & ipſe ambulare. Proculdubio autem à veſtigijs Chriſti exorbitat, qui viam anguſtam fugiens, latā calcat: per multas enim tribulationes oportet nos intrare in gloriam Dei. In quibus verbis breuiter redarguitur humana ambitio indigne honores appetens, quibus à Chriſto dicitur: *Neſcitis quid petatis*: Nec immerito, ſi enim penſemus ardua, & alta probitatis merita queis ad honorem veniendum eſt, ſi conſideremus & pericula cum quibus ad faſtigia peruenitur: ſi ponderemus mutuę obligationis debita, quibus ex honore vnicuique quod ſuum eſt redditur: certe ob huiuſmodi ardua, merita propter damna & pericula, propter obligationis debita vere dicitur omnibus honorem ambientibus, *Neſcitis quid petatis.* Math.20. *Math.20.*

Ariſtoteles 4. Ethic. nullus prauus honore dignus eſt, quia virtutis præmium honor eſt, vnde eſt quod ſemper virtus circa difficilia verſatur. Recto igitur ordine ſeruato non per honorem ad virtutem, ſed virtute ad honorem veniendum eſt. *Ariſtoteles.*

Aug. Honor. virtus

Auguſt. Libro 5. de Ciuit. Dei, quia Romani antiquitus virtutem & honorem ſicut duos deos colebant, quibus duas ædes ſiue duo templa conſtruxerant, ſic ad ſe inuicem ordinata & cõiuncta, quod nullus poſſet intrare tẽplum honoris, niſi prius templum virtutis tranſiret, ad ſignandum quod nemo apud eos honorem reportaſſet, niſi eum per virtutis probitatẽ meruiſſet.

Ariſtoteles 4. Ethic. cap. 2. Solus bonus honorandus eſt. Rom. 2. Honor & pax omni operanti bonum. Quamuis autem honor debeatur virtuti ſicut præmium, nihilominus honor frequenter virtuti derogatur, dum mentem honorati in ſuperbiam eleuare nititur: Et ideo ad iſtam peſtem rationaliter euitandam legimus quod victoribus triumphantibus, & Romam redeuntibus triplex honor impendebatur. Ioan. Gal. 1. Victori populus obuiauit cum iubilo & lætitia 2. Omnes captiui ſequebantur currum eius ligatis poſt terga manibus: 3. Victor indutus tunica Iouis in curru aureo quatuor equis albis vehebatur: Ouid. *Quatuor in niueis aureus ibis equis.* Ne tamen

Honor. Triumphã. tium.

tantis honoribus elatus ſui obliuiſceretur, ipſa die triplicem moleſtiam ſuſtinebat: ponebatur ſeru⁹ cũ eo in curru, vt inde pateret omnibus ad ſimilia faſtigia aditum patere ſi virtutem ſequerentur: 2. licebat cuilibet opprobria aſperrima dicere in victorem: vndè Iulio Cæſari reuertenti poſt multas victorias fuerunt ei dictæ grauiſſimæ iniuriæ nulla penitus vltione ſequente. *Triumphātium moleſtia.*

Iſid. Etym. Lib. 1. Per exercitum ducebantur. 2. per Senatum 3. per populum: ille autem ferebatur in quadriga, colore rubeo veſtiebatur, palma aurea & laurea corona coronabatur, & ſceptro ſuper quod aquila ſcribebatur illuſtribus ornabatur. Si ergo tot & tanta dabantur virtute apud gentiles, quanto magis Chriſtus ſuos honorabit victores? quos primo vehet curru angelico miniſterio præparato. Pſal. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*: iuſti non equis albis, ſed mille millium angelis vehentur: ſicut patet de Lazaro Luc. 16. qui licet viuens in terris caruerit aſello iacens ad diuitis oſtium, tamen poſt mortem ab angelis ſuſceptus deductus eſt *Iſidorus.* *Luc. 16. Lazarus.*

cum honore in ſinum Abrahæ. 2. Chriſtus honorabit ſuos victores colore ruſo, qui eſt color igneus perfectę charitatis ſymbolum, quę in cœlis ampliatur iuxta illud: Ignis eſt in Syon & caminus eius in Hieruſalem: tunc enim videbunt, & affluent, mirabuntur & dilatabuntur in charitate. Cant. Cant. Dilectus meus candidus & rubicundus. 3. Chriſtus honorabit ſuos victores cum palma, in ſignum victoriæ & triumphi. Apoc. 7. dicit Ioannes ſe

Apoc. 7. vidiſſe turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat: ſtantes ante thronum Dei, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. 4. Chriſtus ſuos victores coronabit laurea: eſt autem laurus arbor nobiliſſima, & ſemper virens tam in hyeme quam in æſtate, & creditur non fulminari. Iſid.

Tyberius. Cæſar. Hinc Tyberius Cæſar cœlo tonante laurum in capite ſolitus erat ferre contra fulminum ictus. Iuſtus autem non ſolum ſicut laurus, ſed etiam florebit ſicut lilium. 5. Chriſtus dabit ſuis ſceptrum quod eſt virga regalis, in ſignum quod omnia æquiſſime direxerunt: Pſal. virga directionis virga regni

ga regni tui : ſuper qua virga ſedebit aquila, ideſt Chriſtus ſolus qui erit merces & conſolatio eorum ſempiterna, ex cuius viſione victores pręmiabuntur. Ioan.17. *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te Deum Patrem, & miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Si conſideremus damna & pericula cum quibus in honore viuendum eſt, non immerito dicitur omnibus honorem ambientibus : neſcitis quid petatis. Magna ſiquidem ſunt pericula & damna in honoribus, eo quod peruertunt mores, & eos in aliam formam tranſmutant. Innocentius 4. honores mutant mores, & auferunt intellectum multis rationibus.i.quia nimis occupāt homines. Greg. quos multiplex actio occupat à ſemetipſis ſe alienos eſſe demōſtrant. 2. quia inde oritur tumor ſuperbiæ quę excęcat mentem : Tumor mentis obſtaculum veritatis: Iob. 15. *Operuit faciem eius craſſitudo.* 3. Propter aſſiſtentium adulationem. Pſ. laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. 4. quia honor facit homines obdormire, & negligere ſalutem: Eccl. 34. ſomnia extollunt imprudentes: Pſal. dormi-

Ioan.17.

Iob.15.

tauerunt omnes qui aſcēderunt equos, ſuper hos ſomnus periculoſus. 5. quia inebriat quodāmodo, vt quod non vtatur perfecte ratione. Pſal. aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos, ſcilicet per peccata. Pſ. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt, quia ſapientes ſunt vt faciant mala, bona autē facere neſciunt 6. quia infatuat: Eccl. 34. quaſi qui apprehendit vmbram & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia: Pſal. homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus.

Hocque multis rationibus 1. quia homo in honore poſitus inclinat ſe ad terrena: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram: 2. quia tantum quæ carnis ſunt quærunt: Philip. 3. quorum Deus venter eſt. Rom. 8. *Qui enim ſecundum carnem viuunt, quæ carnis ſunt ſapiunt*: 3. Quia vnus alium indiſcrete impetit: Ezechiel. 34. lateribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora donec diſpergerentur foras: ideſt pauperes & debiles deprimebatis per iniuſtam rapinā. 4. Seſſorem non diſcernit: Eccl. 33. equus

Rom. 8.

emiſſarius,ſic amicus ſubſannator ſub omni ſupra ſedẽte hinnit:hoc eſt: honorati & potentes ſuis ſuperioribus rebellant, & contradicunt: Agellius Poëta dicit leges ſimiles eſſe telis aranearum quæ paruas muſcas capiunt, à magnis autem animalibus rumpuntur.

Heremias conqueritur cap. 5. vadam ad optimates, & ecce ij confregerunt iugum, ruperunt vincula. Propter has conditiones tam turpes, tam malas quam etiam periculoſas, multi non ſolam Catholici, ſed etiam gentiles refutabant honores, & primo ideo quia cõſiderabãt honores dignitatẽ eſſe fantaſticam, tranſitoriam. Pſal. *Vidi impium ſuperexaltatum ſuper cedros Libani, tranſiui & ecce non erat, quæſiui eum & non eſt inuentus locus eius* Pſal. 36. Innocentius 4. ſic interpretatur: Vidi impium ſuper exaltatum, ideſt plus quam debuit, & ſuper illud exaltatũ honoribus, & eleuatum ſuperbia, non parum, ſed ſicut cedros Libani. Sicut cedri ſunt alijs arboribus excelſiores, & præcipuè cedri ex Libano: ita ipſe impius omnibus ſe ſupra ponit in corde ſuo: Et ſequitur tranſiui ſcilicet ad contẽplanda æterna.

Et ecce quaſi in euidenti, & in proximo vidi quod non erat, ſua dignitas nulla erat, & ſuum eſſe non eſſe erat, quia ſocius eius diaboli qui nõ eſt. Greg. cum æterna retributio cogitatur, præſens gloria quam ſit leuis cognoſcitur. 2. antiqui ſpreuerunt honoris dignitatẽ timore, ſollicitudine, & anxietate plenam, mundus enim continue commouet gentẽ contra gentẽ, & regnũ contra regnũ: Math. 2ĭ. vbi ſi omnibus, tamen plus honoratis verendum eſt, quia rami in ſummo poſiti plus vento quaſſantur: Vates, *perflant altiſſima vẽti*. Boet. de Philoſoph. Conſol. Illud regnum honoris, eſt regnum timoris.

Math. 21.

Boetius.

Macrobius.

Narrat Macrobius de ſomno Scipionis lib. I. de Dionyſio Tyranno, quod cum quidam eum miles beatum diceret Damocles: volens vitam ſuam miſeram intimare, facto ſolemni conuiuio illum in ſede ſua ad menſam locauit, & euaginatum gladium ſuper caput ſedentis tenuiſſimo filo appendit: cum autem ille manum ad fercula extendere non auderet, veritus mortem ex gladij appenſione: dixit illi Dionyſius, Talis eſt vita mea timore icta, quam tu bea-

tam iudicas: Fœlix eſſe nequit qui timere non ceſſat.

Cic. 5. Tuſc. quæſt. qui in honore præeſt, præeſt & in ſollicitudine. Rom. 12. & ob id Chriſtus dicitur fugiſſe dum eum regem turba facere voluiſſet Ioan. 6. docens nos fugere mundanas dignitates. Chryſoſt. 13. Homil. cum Titus Romanus triumphaſſet hoſtibus proſtratis, faciem intuitus in vnda cornutam inſpexit, ſe deluſum timens, manum capiti adferens cornua in fronte inuenit: quod factum faſcinatione ſatanæ gentes illudentis, & tunc ad idololatriã cohibẽtis vatus: Iſte attonitus Pithones cõſuluit qui ſic interpretati ſunt: quod ſi ipſe Romam intraret, Rex & Imperator fieret, quia hoc à conſulibus Romanis iam definitum erat. Poëta: *Tu modo rumpe moras, portaſque intrare patentes Adpropera, ſic fata iubent: in Vrbe receptus Rex eris, & ſceptro tutus potieris eburno.* Quod ille audiens ſtatim cum indignatione à ciuitate receſſit, nec eam perpetuis temporibus voluit intrare, ne rex fieret. *Titus.*

Vnde & ſic omnibus timendum eſt,

magis tamen in dignitatibus conſtitu-
tis. Cic libr. ſecundo. off. qui ſe metui volunt à quibuſdam, neceſſe eſt vt eoſdem metuant ipſi : & ponit exemplum de Dionyſio Tyranno, qui tantum expauit, quod etiam pilos barbæ ſuæ ab aliquo radi permittere non præſumpſit, ſed ardenti carbone ſibi ſolus adurebat capillos : Idem recitat Cicero de Alexandro Phrygio qui non audebat intrare cubiculum, donec vnus familiaris cum gladio euaginato præcederet, qui ciſtas vxoris ſuæ ſcrutaretur, ne aliquod ferrum abſcondiſſet ad eum necandum, qui tandem ab ea fuit occiſus propter concubinatus ſuſpicionem.

Metus in pilis radendis.

3. Fugiebant honoris dignitatem conſiderantes eam vitijs implicatam: Greg. Deus potens abijcit, quia eo ipſo quo quis præeminet cæteris cogitatione propria intumeſcit. Sunt ergo tria vitia annexa dignitatibus; primo ſuperbia, Greg. in Moral. humana mens plurimũ extollitur etiam cum potentia nulla fulcitur, quanto magis ſe in altum erigit cum ſe poteſtas adiungit: 2. dignitatibus annexa eſt cupiditas: quia enim multis indi-

Greg.

gẽt omnia cupiunt,omnia concupiſcũt. Senecade Alexandro: Vaſtabat furor eũ ex cupidine aliena vaſtandi. Et Valerius Max. quod cum Anexaritus ex præcepto Domoreti infinita virorum fortiũ acta laudabilia coram Alexandro narraſſet: Reſpondit: Heu me quod ne viro quidem adhuc ſum potitus. 3. dignitatibus annexa eſt luxuria,quia prodijt vt ex adipe iniquitas eorum Pſal. patet in Rege Dauide, Salomone, Nerone & alijs multis: Dũ enim Dauid gregẽ ſuũ per colles & paſcua dirigeret caſtimoniam coluit: Salomon adoleſcens templum frequentauit, ſenex lupanaria coluit: Nero ſub Seneca cordatus, illo extincto laſciuiei ſe omnino dedit: Prodigus in domo paterna modeſtè conuerſatur, alibi luxurioſus diſſipauit bona ſua. Tot igitur tantiſq. periculis & honoribus attente conſideratis recte poteſt dici honorem ambientibus, Neſcitis. &c. Sicut enim dicit Seneca: honor eſt res tumida, vana, ventoſa, nullum habens terminum, & ideo ſiquis eam petat à Deo vel ab homine, recte ei poteſt dici: neſcis quid petas. Si conſideremus

mutuæ obligationis debita, quibus ex honore vnicuiq. quod ſuum eſt reddendum eſt; certe nobis diceretur honorē petentibus: Neſcitis quid petatis.

Cum enim honor non ſit in honorato, ſed in honorante Ariſt. 1. Ethic. Certe non ſolum honoratus, ſed etiam *Ariſtoteles* honorans eſt in magno & difficillimo ſtatu, quia multis obligatur quod ſuum eſt rependere, iuxta illud Apoſtoli Rom. 10. Cui honorem honorem, cui vectigal vectigal. Diuus Thomas ſicut in aliis rebus & humanis negotiis opus eſt iuſtitia diſtributiua, ita etiam in honoribus, vt docet Robertus Holchot, debemus honores inuicem communicare.

Eſt autem triplex honor ſubiectionis & obedientiæ, honor affectionis & beniuolentiæ. Primus honor debetur Prælatis & principibus Ariſt. 5. Ethic. quilibet *Math. 10.* tenetur ei dare mercedem qui pro ſe laborauit: Math. 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Princeps laborat pro tota multitudine, igitur danda eſt merces ei à tota multitudine. Hæc autē merces tota honor eſt, & gloria. Et cui iſta non ſufficiunt Tyrannus eſt,

& non Princeps 1. Petri 2. Deum timete, Regem honorificate: & concordat Apoſtolus 1. Timoth. 4. qui bene præſunt duplici honore preſbyteri digni habeantur. Gloſſa, vt ſcilicet eis obediatur, & neceſſaria miniſtrentur. 2. Honor eſt ſupportationis & beneficentiæ qui maxime debetur Parentibus Deut. 5. *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Deut. 27. *maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam*, vice verſa benedictusqui honorat parentes ſuos. Deut 27.

Iſtud patet de Iacob qui meruit benedictionem à patre, quia eum honorauit, offerendo ei cibum iuxta eius voluntatem Gen. 27. contraria tamen faciunt hodie filij parentibus, non offerendo eis cibum, & permittentes eoſdem mendicare, cum tamen ipſi mendicantes deberent eos nutrire, ſicut narratur de Cyconijs quæ parentes ſuos ſenes nutriunt. 3. Honor eſt affectionis, & beneuolentiæ qui debetur hominibus 1. Petri 2. omnes honorate, fraternitatem diligite: vbi dicit interlinearis: vnumquodque ad hoc teneri pro poſſe ſuo.

Rom. 12. Rom. 12. honore inuicem præuenientes, alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Vnde & Chriſtus magis honorauit illos qui plus pro eo virtuosè meruerunt. Ita fecit B. Iacobus qui viriliter cum fratre reſpondit Chriſto: poſſumus bibere calicem tuum, ideſt paſſionem tuam pati, & ideo meruerũt ſedere à dextris ſuis, ſicut mater petijt.

Iſto modo etiam ſi nos volumus conſequi ſedem regni cæleſtis, neceſſe prius bibamus poculum amarum, ſcilicet tribulationem vitæ præſentis, & hoc in memoriam noſtri Saluatoris, quia ſemper in tribulatione dat aliquam conſolationem. Pſal. In tribulatione dilataſti mihi: & iterum, cum ipſo ſum in tribulatione.

Sola reſurrectionis mentione audita mater filiorũ zebedæi, Ioannis ſcilicet Euangeliſtę & Iacobi maioris, Maria Salome dicta animalis adhuc, nec intelligens quæ Dei ſunt (ſomniabat enim exterum regnum, in quo ſceptrum, gladius, & arma eſſent corporea) proinde à Chriſto quem adorabat vt par erat, quoniam æqualis patri ſe-

cundum diuinitatē Philip. 2. Hebreos. 1. & Athanaſius in ſymbolo de quo Pſal 98. & adorant eum omnes angeli Dei: petit auiditate fœminea, errore muliebri, & maternæ pietatis affectu, ſed indeterminatè, quare indeterminatas has voces nō ſuſcipit Chriſtus, nec pręcipitem largitionem facit, docens principes & magnates idem, cum ſupplicantur imitari; fieri enim poteſt, vt impia ab illis poſtulentur, quorum poſtea eos pœniteat.

Sic pœnituit Herodem polliciti propter iuſiurandum & diſcūbentes Marc. 6. Cui Reſpondit quid vis? quid vis ait, *Herodes* quaſi inſinuet examinandas omnium petitiones, maxime vero quæ petenda ſunt à Deo, proſintne, an obſint.

Obſeruent hic etiam Principes, vt non indeterminatis ſupplicationibus cito annuant: alioquin eis id contigit, cuius ſero eos pœnitebit: ait illi: Dic vt ſedeant duo filij, vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram, ideſt hic in rerum adminiſtratione primas teneat, ac Rempublicam gubernet; & hic ſecundo loco conſanguinitatis iure, regni negotia curet, particeps non tam cura-

rum quam quæſtus & lucri.

Tria filijs poſtulat: 1. quietem vt ſedeant, cum tamen otium Sodomæ ruinæ cauſa fuerit Ezechiel. 16. 2. Honores, qui tamen excæcare ſolent Pſal. 48. & in Saule patuit 1. Reg. 16. Ait, porro illa, ſedeant ad dexteram. 3. Diuitias, vt ſedeant in regno: at facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum cœlorum Math. 19. Orat ſummatim aulæ primatum: qualem Ioſeph habuit in Ægypto Gen. 41. Daniel in Chaldęa. 5. Danielis Cap. Et Mardochæus apud Aſſuerum Heſter. 8.

Ezech. 16.
1. Reg. 16.
Math. 19.
Mardochæus.

Errat igitur hæc tribus modis: primo ordine quo præmium ante meritum poſtulat, deinde intentione quaſi ratione conſanguinitatis id ei debeatur. 3. Quod tantum media bona quærat, honores ſcilicet & pompas: commune enim hoc eſt parentibus, vt filijs ſuis conditiones amplas, & magnificos in ſeculo parent honores. Alij filijs ſuis (inquit Chryſoſt.) militiam prouident, alij honores, alij diuitias, ſed nemo prouidet Deum: perditionem illorum magno pretio comparāt, ſalutem

autem illorum nec dono accipere volunt: ſi viderint eos pauperes triſtãtur, ſed ſi viderint peccantes non dolent, vt oſtendant ſe corporum parentes non animarum.

Ex Chriſti reſponſo conſtat matrem hanc ad hoc à filijs extimulatam, quod ignorarent quale futurum eſſet regnum Chriſti: ſic vidua pro Abſalon 1. Reg. 14. ſic Berſabea pro Adonia filio oratura acceſſit 3. Reg. 1. Quia mulier *Berſabea.* infirmior eſt, ideo facilius tentatur à *3. Reg. 1.* dæmone hinc eſt quod matri facile ſuggerunt filij, vt pro illis ſupplicet.

Atqui & hanc ſibi inſtrumentum faciunt honorum acquirendorum. Per mulurem etiam multis nunc fit ad Eccleſiam aditus, illis oſtium eſt hæc in gregem Chriſti, non Chriſtus; adeo infirma muliere abutimur in malitiam.

Inde Hieronymus 1. part. Epiſt. 13. Tractat. 2. in Pelagianos Simon Ma- *Helena.* gus hæreſim condidit (inquit) Helenæ *meretrix.* meretricis adiutus auxilio: Marcion Romã præmiſit mulierẽ per quã decipiendos ſibi animos prępararet. Chriſtus autem docet, vt ex reſponſo patet,

ſuum regnum conſtare fide, Euangelio, oratione, Spiritu ſancto, & ſacramentis quibus reſiſtit Satánę, morti, inferno, mundo, & carni.

Non eſt igitur quod in hoc regno quis felicitatem, aut ſecuritatem quærat; nam per multas ærumnas oportet nos introire ad regnum Dei.

Act. 4. Act. 14. Immo & Chriſtum ipſum oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam, Luc. 24. propterea reſpondet nō matri, ſed filijs à quibus erat ſubornata: *Neſcitis quid petatis*: nec mirum ſi eos arguat imperitiæ, cum etiam de Petro in transfiguratione dicatur neſciſſe

Luc. 9. eum quid diceret. Luc. 9. Marc. 9. neſciebant autem quid petebant his de cauſis. 1. quia eius regnum non eſt de hoc mundo, vt ſanguine, non autem gratia & merito conferatur. Qua de re plæriquę indiſcrete dignitates Eccleſiaſticas ambiunt, eas quaſi hæreditario iure ſibi debitas petentes, quod magno ſint ſanguine creti.

Siquidem vt ait Origenes homil. 23. in Lib. Num. Moyſes filios habuit quib⁹ poterat dignitatem propriam relinquere, ſed noluit: vt ſciremus princi-

patum in populo ſanguini non eſſe cõferendum (excepta Gallia & Regnis quibuſdam) ſed his qui ſunt bonæ vitæ & doctrinę. Nam & de diaconis dicitur: probentur & ſic miniſtrent.

Rudes vtique, non nobiles ſecũdum mundum Apoſtoli electi ſunt, & quidem olim Religioſi de monaſterijs euocabantur, nil tale cogitantes, qui Epiſcopatu, & Sacerdotio fungerentur.

Non illi ſeſe ingerebant, aut ſanguine ea ſibi deberi cenſebant, imo olim Chriſtiani liberius ad martyria quã ad Epiſcopatus confluebant. Auguſtinum Epiſt. 148. pœnitet quod Epiſcopatum accepit. Chryſoſtomus quoque Sacerdotium fugiebat, & Epiſcopatum renuebat: etiam à Baſilio & pluribus cum lachrymis rogatus, vt teſtatur ipſemet Lib. 1. de Sacerdotio: S. Ephrem ſtultum ſe ſimulauit ne prelaturam acciperet: 2. quia idem regnum otioſis & dormientibus non confertur, ſed operarij vocantur, vt illis merces reddatur. Tandem ambitio illorum arguitur: *Neſcitis quid petatis*, ait Chriſtus.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte Sapientia increata, nihil te latere fatemur, tu noſti omnia antequam fiant; tu ſolus illaberis mentibus humanis, Parce Domine, parce quæſumus quia mente obruta carnis illecebris nociua ſæpe petijmus; Panem noſtrum quotidianum nobis præbe, fac nos deinceps cõformia rationi tuæq; voluntati petere, vt recto tramite in cælum aſcendentes coram te ſedeamus. Amen.

FERIA

FERIA QVINTA POSTDOMINICAM SECVNDAM quadrageſimæ.

Melior eſt paupertas Diuitiis.

PAuperes ſunt in vita ſecuriſſima tutiſſimi, quia ob paupertatem non mouētur lites, non timentur fures, non formidantur rerum tempeſtates, ſed diuites huius mundi ſuſtinent omnes iſtas tribulationes : vnde in figura huius *Cain* qui interpretatur poſſeſſio, habebat caput tremulum, quod diuitum curam ſignificat, ſollicitudinemque auarorum: Regnũ cæli paupertate emitur, opibus & diuitijs perditur: hinc melior paupertas diuitiis. *Cain.*

Aue Maria.

PAradoxum hodiernum vereor male audire apud eos, qui vnde habeant non quęrunt, ſed quoquo modo fiat habere cõtendunt: facultates veritatem obruunt, & paupertati vbique forſan præcludetur aditus. Contendo enim pauperiem celebrare, quam pene omnes fugiunt, ſpernunt, & flocci faciunt.

De litteris bene meriti & pietate præſtantes vt plurimum pauperes fuerunt, ex mendicitate viuentes, vel ſaltem alimentis & quibus tegerentur contenti fuere.

D. Franciſcus. Patriarcha pauperum D. Franciſcus mendicitatis primordia Philoſophis cedat oportet, qui vt Philoſopharentur ex quæſtu quotidiano victitabant. Diogenes Cynicus eleemoſynam expoſcens facetias proferebat haud contentus petere, ſed repetere ſolebat: A ſtatuis & ſimulachris panem petebat, vt repulſam patienter ferre diſceret: A prodigo minam argenti petijt: rogatus cur tam vberrime expoſ- *Diogenes. Cynicus.*

ceret, inquit, ab alijs quotidianam eleemoſynam ſpero, ab iſto non amplius accipiam.

Erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: Luc. 16. *Luc. 16.*

Non defuere qui mendicitatem tanquam præcipuum generis humani malum diuturnis conuitiis lacerauerint. Nam qui dicunt beatum populum cui adſunt diuitiæ, dicent etiam miſerum & infœlicem populum cui illæ ſic deſunt, vt propter inopiam mendicare cogatur.

Ioannes ſiquidem Vuiclef cum ſuorum turba diſcipulorum, docet non eſſe licitam mendicitatem quapropter monachos mendicantes execratur, dicens illos debere viuere per laborem manuum, & non per mendicationem. Hunc eundem errorem ſuſcitauere Lutherus & Caluinus, dicentes mēdicitatē eſſe ex lege prohibitam. Quapropter cū ipſe Lutherus monachus eſſet eremitarum ſancti Auguſt. & ob hoc mendicauerit (nam talis ordo Monachatus eſt *Vuiclef.*

vnus ex quatuor mendicantibus) tamẽ poſtea à diabolo cui adhæſit, excæcatus monachatum reiecit, & mendicitatẽ damnauit, & ita tanquam canis ad vomitum reuerſus eſt.

Ne autem cum Deo adiutore ſimus memores Franciſcanæ mendicitatis, quam in noſtra adoleſcentia vouimus, pro huius mendicitatis aſſertione laboramus. Et quoniam pro religione pugnamus, confidimus in Deo, quod de noſtris inimicis triumphabimus: quoniam oſtendemus ex ſacris litteris talẽ mendicitatem non eſſe prohibitam, immo laudatam, & meritoriam, ad quam Apoſtolos ex Chriſti Domini inſtitutione ſæpe confugere oportuit pro victu habendo.

Et quamuis de ipſo Chriſto non ſic legatur aut credatur, quod ipſe aliquando mendicauerit, quia mulieres aliquæ probæ, quæ illius doctrinam audiebant & ſuſcipiebãt, illi de ſuis facultatibus citra illius mendicitatem miniſtrabant, non tamen inde ſequitur mẽdicitatem non eſſe licitam ad vitæ ſuſtẽtationem. Nam multa ſunt quæ certum eſt Chriſtum non feciſſe, quæ tamen licita ſunt

hominibus, vt inde vitæ ſuę prouideāt. Nunquam enim Chriſtus calceos ſuit, aut caniſtra ex viminib' intexens fecit, aut ligna læuigauit, aut lapides poliuit. Nunquid ideo colligere inde licebit nullam ex illis artibus mechanicis eſſe licitam? Abſit. Eſto ergo vt nunquam Chriſtus mendicauerit, non tamen inde ſequitur vt alijs mendicare non liceat pro vitæ ſuſtentatione.

Sed iam oſtendamus mendicitatem ex ipſo Euangelio. Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum, præcepit illis omnium rerum defectum & penuriam, vt omnibus reiectis, & in ſolo Domino iactantes cogitatum ſuum, crederent ſe ab illo nutriendos Math. decimo, nolite poſſidere aurum, *Math. 10.* neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: Ecce pecuniam interdictam. Verum quia pecunia ſecluſa poterant ſecum aliquid pro itinere deferre, ne hoc facerent ſtatim ſubiunxit: Luc. decimo, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.

Ne autem quis putaret Apoſtolos

fuiſſe tunc ſoli fortunæ commiſſos, oſtendit illis vnde habituri eſſent alimenta, dicens: Dignus eſt operarius mercede ſua, vel vt alius Euangeliſta ait: dignus eſt mercenarius cibo ſuo. Per quæ verba deſignauit illos, quibus Apoſtoli prædicabant, teneri ad illis præſtandum alimenta.

1.Cor.9. Et Beatus Paulus primo Cor. nono expreſſius hoc docet: *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non comedit?* Et paucis interiectis ſubdit: *ſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.* Ecce vides Apoſtolos ab omni rerum poſſeſſione denudatos, qui de labore ſuæ prædicationis debebant victum habere.

Sed fingamus auditores adeo fuiſſe ingratos, & immiſericordes, vt nullus illorum Apoſtolis alimenta præſtiterit, nulluſque illorum Apoſtolos ad domũ ſuam inuitauerit, nam hoc poſſibile eſt contigiſſe, cum conſtet Chriſtum in die ſolemni Palmarum, etiam poſtquã prædicaſſet Hieroſolymis, à nemine il-

lius oppidi fuiſſe inuitatum,ſed redijſſe vſq. Bethaniam, vt ibidem pranderet: multo ergo melius hoc potuit contingere Apoſtolis.

Quid ergo tunc facturi fuiſſent Apoſtoli? nunquid pati debebant mortem? Abſit,cum poſſent eam euitare prodendo alijs ſuam egeſtatem: Si ergo poterant ſuam egeſtatem aljis reuelare, ergo poterant mendicare, quoniam hoc ego mendicitatem appello.

Sic enim definit Auguſtinus mendicitatem: quid eſt aliud mendicare, niſi ad hominum miſericordiam viuere, ſicut viuunt Iudæi ſub earum gentium legibus, in quas tranſlati ſunt? hæc Auguſtinus,exponens verſum illum Pſalmi 108.Nutantes transferantur filij eius, & mendicent. Quod ſi hæretici dicant illam Apoſtolorum petitionem non eſſe tunc dicendam mendicitatem,cum Apoſtoli tunc peterent illud quod iuſte illis debebatur, illis contradicit Ambroſius,qui in libello de vinea Naboth, ita ait: audiuimus vocem diuitis aliena quærentis, audiamus vocem pauperis propria mendicantis. Non fiat (inquit) hoc adeo vt dem tibi hæreditatem pa-

Mēdicitas.

Auguſt.

Naboth.

trum meorum: quibus verbis expreſse ait Naboth propria mendicaſſe. Deinde ſi hoc ita ſe haberet, oporteret vt qui in extrema neceſſitate conſtitutus eleemoſynam peteret, non eſſet dicendus mendicare, cum petat id quod ſibi iure debetur. Apoſtolis ergo opus erat mendicare, cum iam illis fuiſſet à Chriſto interdicta omnis pecunia. Vnde Theophylactus exponens illud Luc. 10. in eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud eos ſunt: Sic ait: vide qualiter diſcipulos mendicare inſtituit, & pretio eos nutrimentum habere noluit. Hæc Theophylactus iuxta tranſlationem antiquam, qua vtitur Thomas in Cathena aurea: nam in traductione Oecolampadii aliter ſonat. Et ſuſpicor Oecolampadium ex induſtria mutaſſe verba, quia ille etiam hoc eodem fuit pollutus errore, vt negauerit etiam mendicitatem eſſe licitam.

Theophyl.

Oecol. ip.

Præterea vt quis vere dicatur mendicare, parum refert per ſe aut per alium petat, quoniam qualitercumque petat mendicare dicitur, ſiue per ſe petat, ſiue per alium, ſiue etiam pro ſe petat, ſiue pro alio. Et

ſi hoc eſt mendicare, tunc aperte conſtat Paulum Apoſtolum mendicaſſe: nam vt Patet 1. Cor. 16. In Eccleſijs Galatiæ fiebant collectæ per vnam ſabbathi pro ſanctis qui erãt in Hieruſalem: Et in poſteriore Epiſtola ad Corinthios idem Apoſtolus fatetur ſe feciſſe, & decernit ſe facturum collectas pro ſanctis in Eccleſia Macedoniæ, & teſtatur ſe idem feciſſe in Eccleſijs Corinthiorum.

1.Cor.16. Collecta.

Rurſum Concilium Viennenſe quod celebratum eſt ſub Clemente 5. decernit modum viuendi fratrum Minorũ per mendicitatem, non ſolũ eſſe licitũ, verũ etiam meritorium. Demũ ex quadraginta quinque articulis Ioannis Vuiclef damnatis in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 8. vigeſimus quartus ſic ait: Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & nõ per mendicitatẽ: de quo articulo Conciliũ per hæc verba profert ſententiam. Prima pars eſt ſcãdaloſa, & pręſũptuoſe aſſerta pro quanto ſic generaliter & indiſtincte loquitur: Et ſecunda erronea, pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere: hæc Conciliũ Conſtãtienſe.

Concilium Viennenſe. Conſtantienſe.

Sed opus eſt oppoſitionibus aduerſariorum reſpondeamus. Primo enim obijciunt nobis illud Deut. 15. *Omnis egens & mendicus non erit inter vos*: Ex quo loco inferunt non licere alicui mendicare: cũ hoc (aiunt) fuerit à Deo prohibitum: huic obiectioni reſpondemus, illa verba non eſſe prohibitoria, ſed promiſſoria: hoc enim Deus promittit ibi ſeruanti ſuam legem, vt ſi videlicet Iudæi legem ſeruaſſent, quam Deus illis per Moyſem dedit, nullus inter eos futurus eſſet egenus aut mendicus. Et quia Iudæi legem tranſgreſſi ſunt, ideo Deus non fecit cum illis iuxta ſuum promiſſum. Iudęis ſiquidem tanquam carnalibus in præmium obſeruationis legis promiſit Deus ſolum bona temporalia, ſicut eſt illud Iſai. 1. *Si audieritis me, bona terræ comedetis*: ita etiam promiſſio quædam eſt cũ ait: Omnino non erit egens, aut mendicus inter vos: nam ſi verba illa fuiſſent (vt hæretici illi dicunt) prohibitoria, peccaſſet Helias mendicans à vidua, & Lazarus plenus vlceribus, cuius mendicitas laudatur in Euangelio hodierno.

Obiectio. *Iſai 1.*

Hoc modo reſpondet præfatæ ob-

iectioni Thomas Vualdenſis. Poteſt tamen aliter reſponderi, & mea quidem ſententia multo melius & magis conformiter ad ſacram litteram. Fateor quidem illa verba Deuteronomij explicare prohibitionem aliquam: tamen prohibitio illa non data eſt pauperi, nec tunc cum paupere Deus loquebatur: ſed ad diuites de pauperum ſubuentione (vt ex litteræ decurſu facile colligi poteſt) tunc loquebatur Deus, præcipiens illis vt tantam pauperum curam haberent, vt non ſinerent illos propter inopiam mendicare, hoc autem verba, quę poſtea Deus addit, aperte indicant. *Reſponſiones.*

3. Reg. 17. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri egeno, & pauperi qui tecum verſatur in terra.* *3 Reg. 17.*

2. obijciunt illud Pſal. 36. non vidi iuſtum derelictum, nec ſemẽ eius quærens panem: ex quo loco inferre volũt illos non eſſe iuſtos qui panem per mẽdicitatem quærunt. Cui obiectioni reſpondemus ſecundum doctrinam Auguſtini, illa verba non eſſe intelligen- *Obiectio.* *Reſponſio.*

da de pane corporali, quem conſtat fuiſſe à multis iuſtis quæſitum, quoniam vt de alijs taceam, Dauid quæſiuit panes propoſitionis à Sacerdote: ſed illa verba ſunt intelligenda de pane ſpiritali verbi Dei, quem panem nunquam iuſtis Deus denegauit, neque iuſtũ aliquem ſic dereliquit, vt famem verbi Dei pateretur. Circa tamen panem corporalem aut alias etiam res corporeas ſæpenumero Deus dereliquit iuſtos, vt per ſimiles preſſuras melius valeant aſſequi regnum.

Lazarus Adiutus à Deo.

Erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad portam diuitis Vleeribus plenus: Lazarus ideſt adiutus à Deo.

Deſiderius hæreticus.

Sicut mendicitatem hæretici impugnarunt, ita paupertatem non ſolum inutilem, ſed etiam noxiam quidam audacter ſuſtinent. Deſiderius Longobardus tempore Alexandri Papæ 4. hũc errorem ſuſtinuit, dicens non eſſe licitum omnia pro Chriſto relinquere, niſi talem religionem intret quæ poſſeſſiones habeat, vel niſi talis ſit qui de labore manuum ſuarũ viuere poſſit. Eodem tempore fuit alius Gullielmus de ſancto Amore, qui tractatum quẽdam

Gullielmus de S. Amore.

ſcripſit contra monachos mēdicantes, præſertim contra minores & prædicatores, in quo libro hoc perſuadere conatus eſt, paupertatem habitualem eſſe licitam, non autem actualem, hoc eſt licitam eſſe animi promptitudinem ad relinquenda omnia pro Chriſto cum neceſſitas vrgeret: hac neceſſitate tamen ſecluſa, illicitam eſſe dicit paupertatem, per quam aliquis renunciat omnibus quę poſſidet, vt liberius ſeruire Deo liceat.

Contra iſtos antipauperes hæc adferemus. Religioſi quidem vouent ſacrum Euangelium, non tamen ſingulas & vniuerſas eius partes, quod miraculorum ſignis coruſcare promitterent, ſed ſynechdochicos eius medullam, renuntiando rebus temporalibus per paupertatem, carnis illecebris per caſtitatem, & potentijs animæ per obedientiam, vti habetur de verborum ſignificatione.

Ita loquitur pater pauperum Chriſtus Math. 19. *Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & ſequere me.* Hanc perfectionis formulam, non ſemel antea *Math. 19.*

magnis laudum præconijs extulerat: Math. 4. Relictis omnibus ſequuti ſunt eum: Math. 5. Beati pauperes quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, & 8. Cap. filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, quod nunquam feciſſet, ſi vtiliter bona caduca ſuſcipienda eſſe duxiſſet. Hunc paupertatis rigorem, vltroneo pietatis affectu, ſequuti ſunt monachi, teſte D. Hieronymo, quorum laudabilis praxis militat contra Iouinianum, qui ſatius eſſe ducebat ſenſim facultates pauperibus diſtribuēdas, quam mundum cum flore relinquere, quem idcirco D. Hieronymus
Hieronym. inſectatur tanquam hęreticum. Epiſt. ad Euſtochium, quia maioris eſt alacritatis argumentum iſta ſimul omnia abrumpere, quam tepido pectore lentaque manu parum egenis impartiri,
Aug. Quemadmodum comprobat Diuus Aug. Lib. 17. Ciuit. Cap. 4. vbi dicit Apoſtolos paupertatem profeſſos. Et B. Anſelmus pro hoc doctrinæ capite arboris vtitur ſimilitudine Lib. de ſimilitud. quæ ſi offeratur tota, gratius erit donum, quam ſi aliqui eius fructus tradantur. Hoc modo Paulinus nobili

ſtemmate Patritius, omnia terrena cum habitu quaſi exuit, teſte D. Ambroſ. Huiuſmodi commemorat Euſebius Cę-ſarienſis ex Lib. de vita contemplatiua Philonis, complures renuntiaſſe cunctis facultatibus ſuis, vt vitam amplecterentur theoricam. *Patritius.*

D. Aug. quoque refert duos Tribunos ſpatiandi gratia ad campos conceſſiſſe, ibique duos monachos Deo militantes in caſa reperiſſe, in quorum libro ibi inuento, alter eorum cœpit vitam ſancti Anthonij Anachoretæ legere, interque legendum medtiari, vitam talem arripere, & amore ſancto repletũ dixiſſe amico, dic quæſo omnibus iſtis laboribus noſtris quo ambimus peruenire? quid quærimus? cuius rei gratia militamus? maior nec eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam vt amici imperatoris ſimus, & ibi quid nõ fragile, plenumque periculis? amicus autem Dei ſi voluero ecce iam fio, dixitque hoc, & mundum reliquit: ſpem vanam relinquẽs cœleſtia ſuſpirabo, ex hoc ambo anachoretarum vitã amplexati ſunt. *Vita Theorica.* *S. Anthonius. Anachoreta.*

Tali quippe fide incitati, hi qui pri-

mitus credebant, vitam duxiſſe memorantur, ſicut in actibus Apoſtolicis ſcribitur, quia omnes fideles bona ſua ad pedes Apoſtolorum ponebant.

Veruntamen hoc multis hodie diſplicet Religioſis, qui contendunt lo-
Bernardus cupletari ſub Chriſto Paupere: D. Bernardus dicit hos ſectari paupertatem, vt nullam patiantur inopiam.

Propterea vanæ agitantur inter Re-
Chryſoſt. ligioſos interrogationes, ait Chryſoſt. Lib. 1. de compunct. cordis. An in tali conuentu ſit requies, an omnia abundanter adminiſtrentur: O homo quid loqueris? arctam & anguſtam viam arripuiſti, & de abundantia percontaris:
Sirene. mundum ſpreuiſti & ſequeris. Sirenem adducit Bernardus, cuius ſuperior pars ad vmbilicum formoſæ virginis habet formam, poſterior vero ſpeciem piſcis prætendit, dulci modulamine nauttas decipientem, vt oſtendat delitias mūdi decipulam eſſe bonorum. Aliqui nāque iam magis ſunt dediti ſenſualitati quam vnquam in ſæculo fuiſſent; conciliant ſibi amicos & familiares, ac ſub velamine ſpiritualis charitatis abſcondunt venena prauæ ſenſualitatis.

ptatis. Seneca: quoties inter homines fui minor, homo redij. Hic tamē nō ignorādū eſt, quod paupertas ipſa non faciat nos per ſe Deo acceptos, licet iam definitum ſit in Gen. Concil. Trident. ſeſ. 25. c. 3. quod omnes vtriuſq. ſexus religioſæ, etiam primæ regulę ſanctæ Claræ annuis poſſint gaudere reditibus, temporalibuſq. donis dotari, 'demptis fratribus Franciſcanis de obſeruantia nūcupatis, quales ſunt in iſtis partibus, & Capucinis.

Nū Crates Thebanus ſubſtantiā mundi Athenis calcauit, nec putauit ſe virtutē ſimul & diuitias, ſapientiā & delitias poſſidere poſſe, teſte D. Hiron. ad Paulinū? Et Diogenes adeo omnia ſpreuit vt ſolum ſcutellam ſeruaret, qua laticem ori apponeret, quam etiam proiecit, cum puerum aquam manu lambentem vidiſſet, teſte Cic. Tuſc. quæſt. Nec immerito, quia expeditiores currunt in ſemita mandatorum Dei, quam onuſti. Iſtaque temporalia ſunt quaſi quædam onera, & indumenta quibus teneri poſſimus. Qui ergo ad certamen properat, veſtimenta abijciat, ne habendo quo teneatur ſuccumbat, ſecun-

dum D. Greg. lib. 40. Homil. 32. Neceſſariorum tamen in conuentu diſpenſator Oeconomus ſingulis menſibus prælato cum timore rationem reddere ſolebat.

Ad paupertatem extollendam ſufficit illud, quod veritatis magiſter dixit iuueni quærenti quid boni faceret vt vitam æternam poſſideret? Math. 19. nã poſtquam dixerat illi mendatorum obſeruationem eſſe ad id præſtandum ſatis efficacem, maioris perfectionis vitã oſtendere illi volens ſubdidit: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & ſequere me.* Quod ſi quis forte dicat illud eſſe intelligendum de effectu, vt videlicet omnia contemnat, non autem vt opere relinquat, hoc aperte conuincitur per id, quod ibidẽ dicitur, da pauperibus. Eo enim animo debet vendere, vt det pauperibus. At qui dat pauperibus non ſolum affectu relinquit, ſed etiam opere.

Math. 19.

Sed forte dicetis, vt illa bonorum in pauperes Domini erogatio ſit etiam illi iuueni præcepta, quantũ ad ſolũ affectũ. Ad hunc modum poſſet quilibet interpretari omnia præcepta eſſe intelli-

genda de ſolo affectu, & ita nullum opus erit in præcepto. Præterea ſi ſolũ præcipiebatur affectus & nõ opus, quare iuuenis audito Chriſti conſilio abiit triſtis? Erat enim habens multas poſſeſſiones. Ecce enim cauſam cur abiit triſtis, quia videlicet multas habebat poſſeſſiones, quas Dominus illi pręcipiebat pauperibus diſtribuere.

Non ſolũ fideles, ſed etiã Scythę & Tartari pecunias & bona ſpreuerunt ex Iuſtino lib. 2. Hiſt. hominibus inter ſe fines nulli, neq. enim exercẽt agrum, nec domus illis vlla aut tectũ, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſq; ſecum in plauſtris vehũt; Quibus corijs imbrium hyemiſq; cauſa tectis pro domibus vtuntur. Iuſtitia gẽtis ingenijs culta, non legibus.

Nullum ſcelus apud eos furto grauius, quippè ſine tecto munimentoq; pecora armentaq; habentibus, quid ſaluũ eſſet ſi furari liceret? Aurum, & argentũ perinde aſpernantur ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Lanæ ijs vſus ac veſtiũ ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus

tamen ferinis aut marinis veſtiuntur. Quo maior apud illos contemptus mũdi & paupertas, eo fuſior virtutis amplitudo: Diues epulo ſepultus in inferno, & Lazarus pauper & mendicus in ſinum Abrahæ ab Angelis delatus.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui beatos pauperes ſpiritu mirifice commẽdas, & egenis regnum cæleſte polliceris: Qui diuitibus minitaris infernũ, & pauperibus offers Paradiſum, affatim diues qui tecũ pauper eſt: Tu qui pauper natus pauper vixiſti, & pauper mortuus es, concede propitius vt terrena ſpernẽtes in cælo theſauros ęternos habeamus. Amen.

FERIA SEXTA
POST DOMINICAM SECVNDAM QVAdrageſimæ.

Vinea eſt plantata à Noe, non autem creata à Deo.

CElebrent pro arbitrio Athenienſes oleam ſibi à Minerua datam: Ægyptus ſicut theſaurum cuſtodiat librum cælitus demiſſum, Roma ſcutum à numinibus traditum ſeruet: Rhodus imbrem ſuum aureum æſtimet, ego vineam à Noë plantatam, non à Deo optimo maximo plaſmatore creatam commemorabo.

Aue Maria.

Noë. Coepit Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam; Hebraice ad verbum eſt: Et cœpit Noë vir terræ, & plantauit vineam. Vbi duplex Hebraiſmus eſt: alter, vir terrę, pro culturæ terræ deditus, & vt Latinus vertit interpres, agricola: alter, cœpit & plantauit, pro cœpit plantare: Sed quomodo verum eſt Noë primum omnium cœpiſſe exercere terram, & agricolam agere? Nonne ſtatim ab exordio mundi Adam agricola fuit, & poſt eum Cain? Sed intelligere oportet Noë fuiſſe primum omnium poſt diluuium. Vel fortaſſe Noë auctor fuit agriculturæ, inuenta ratione exercendi terram per animalia, ideſt, vomere arandi: nam antea ſuis manibus terram fodiebant, & colebāt homines: ſequitur, & plantauit vineam.

Non eſt dubitandum quin ante diluuium fuerint vites, & in exortu mundi inter alias ſtirpium ſpecies à Deo pro-

creatæ ſint. Sed tunc non erant invſu hominibus, niſi fortaſſe ad eſum vuarũ, ad potum autem vini minime: vini autem ex vuis exprimendi, & ad potum accommodandi princeps inuentor fuit Noë, primuſque vites ſparſim ſatas in vnum locum, & in formam vineæ compoſuit, & idcirco primus vineæ ſator dicitur: *Homo quidam erat diues, & plantauit vineam*: Math. 21. qui deſiderat bonam vineam, & fertilem, eam plantare debet in loco decenti luminoſo, non vmbroſo & tenebroſo, ſed ad ſolem meridianum plane expoſito. 2. Debet illam debite colere: vnde circa initium Martij viticolæ ſolent colere vineas ſuas: 3. Vinea ex bonis vineis & electis radicibus augetur, & primum plantatur. 4. Idoneo cultori cõmittitur, fatuus enim eſſet qui ſcienter imperito vineam ſuam colendam daret. 5. Vinea hoc requirit, vt pluries in pede fodiatur & moueatur, nõ enim ſperant viticolę habere fructum de vinea quantumcumque ſit bona, niſi terra circa eam bis aut ter in anno fodiatur. 6. Vinea impinguatur vino *Math. 21.*

propitio illi. Septimo vinea munda ſeruatur ab alieno ſemine, quod impedire poſset fructum illius. 8. Vinea congruo decentique modo putatur, vt ſarmenta ſterilia ac ſuperflua auferantur, nam tali modo ipſa vinea vberius fructificat ſuo tempore. Nono vinea muro aut ſepe clauditur ne feræ deuaſtent.

In vinea ſiquidem quatuor genera animalium timenda: Leo perſecutionis & ambitionis. Iudic. 14. *Cumque venisset ad vineas oppidi, apparuit catulus Leonis.* Iſte Leo, ambitio nobilium & Prælatorum, qui os aperiunt vt bona temporalia, & Eccleſiæ deuorent. 2. In vinea eſt vermis, remorſus conſcientiæ qui eam rodit Deut. 28. *Vineam plantabis & vinum non bibes, quoniam vaſtabitur vermibus*: Iſai. vltimo, vermis eorum non morietur. In vinea eſt aper conuerſationis diſcolę Pſal. exterminauit eam aper de Sylua. 4. Vulpes deceptionis corrumpentis ſcripturas Cant. ſecundo *Capite vobis vulpes quæ demoliuntur vineas*: Hoc animal pulchram habet pellem & halitum fœtidum, ſicut hęretici. Vltimo vinea

Deut. 28.

Cant. 2.

diligenter frequentatur:nam fere ſemper aliqua agenda ſunt circa eam, & ideo debet viſitari ne quid illi deſit.

Sed vnde vites habere potuit Noë omnibus terræ ſatis per diluuium corruptis? Reſpondet Ambroſius de Noë & Arca capite vigeſimo tertio, poſt diluuium corruptarum radices vitium verno tempore repullulaſse modico humore, & calore fœcundata terra, & his vitibus vſum eſſe Noë ad vineam conficiendam.

Toſtatus in Geneſ. ait ſponte quidem è terra exortas eſse vites, ſed Syluestres, labruſcarum potius quam vuarum feraces: verum ex illis Noë abſciſsos palmites optimę terrę inſeruiſse, conuenientique cultura, agreſti vi mitigata ad optimarum vuarum procreationem perduxiſse. Sed cur tam cupidus fuit Noë bibendi vini, cuius potu ſexcentis ante annis caruerat. Reſpondet Chryſoſtomus bene notum fuiſse ipſi Noë, quantam vim haberet vinum leniendi mœrorem, & triſtitiam ani-

Toſtatus.

Chryſoſt.

mi, ſanandi morbos, roborandi vires, animoque languenti vigorem & alacritatem addendi. Et quia poſt diluuium multa erant, quæ triſtitiam adferrent homini, & ipſa hominis natura imbecillior magiſque obnoxia morbis erat facta, merito quamprimum vinū habere ſtuduit, tāquam humanæ vitę ſolatium, remedium & firmamentum.

Plinius. Veriſſimum enim eſt quod dixit Plinius Lib. 14. quemadmodum modico vino nihil humano corpori eſt vtilius; ita nihil eſſe corpori pariter atque animo perniciolius ſi vini modus abſit.

Ambroſius Miratur Ambroſius (loco citato) cur Noë non prius quæſiuit tritici fructum quam vinum: ſiquidem tritici vſus neceſſarius homini eſt, vini autem minime, ſed potius ſuperfluus, & voluptuarius. Reſpōdet ipſe, Noë cum eſſet vir iuſtus inuentionem rerum neceſſariarum Deo attribui voluiſſe, eorum vero quæ nō ſunt neceſſaria, ſed magis ad commoditatem aliquam voluptatemue conferunt, inuentum homini attribui, non inconueniens putaſſe.

Sed illud videtur probabilius reſponſum, tritici vſum etiam ante diluuium fuiſſe notiſſimum hominibus, non item vini, nec credibile eſt ante omnia tritico, alijſque rebus neceſſarijs ſtudium & curam non impendiſſe Noë: verum præcipue vitium, viniquе mentionem eſſe factam, quod vini potum conſecuta fuerit Noë ebrietas, ebrietatem nuditas eius, nuditatem deriſio Cham, irriſionem maledictio illius in filio Chanaam, & tota eius poſteri- *Deriſio Cham.* tate, cuius poſteritatis, id eſt gentis Chanançorum, maledictionem potiſſimum *Beroſus.* voluit Moyſes hoc loco præſignificare.

Similia huic hiſtoriæ Moyſis tradit etiam Beroſus Annianus: cuius ſcripta licet ficta, & nulla fide digna putem, attamen vt dixit in exordio Lib. 8. horum commentariorum, propter multos noſtrę ætatis viros doctos, qui ſcriptis illis vehementer oblectantur, nec illis non credere in animum poſſunt inducere, vbicumque ille ſimilia Moyſi ſcripſit vel cõtraria, libuit ea ſuis locis commemorare ac refellere.

Quod igitur ad hiſtoriam hanc per-

tinet: ſic ille ſcribit Lib. 3. Noë priuſquam diſcederet ex Armenia, vbi primo poſt diluuium conſederat, docuit illos ſimplicem agriculturam, primuſque omnium inuenit vites, atque plantauit, & vinum conficere docuit: quā ob cauſam ferunt ab antiquis appellatum Ianum, ideſt viniferum: vocabulum originem duxit ex voce Hebræa ia, im quæ ſignificat vinum.

Ianus.

Nec illud prætereundum eſt verba illa (cœpit exercere terram) habere emphaſim: ſignificant enim poſt diluuium operoſius & laborioſius fuiſſe terram colere quam antea, idque propter terræ malignitatem, quæ diluuio valde corrupta fuerat, nec non & propter minus benignum ſtellarum aſpectum & defluxum; denique propter maiorem hominis infirmitatem, pluriumque rerum indigentiam.

Seuerus hæreticus

Seuerus à quo Seueriani hæretici originem duxerunt, docuit nullo pacto bibere vinum, eo quod fabuloſa quadam vanitate (vt ait Auguſtinus) dicebat de ſatana & terra germinaſſe vitem. Hunc errorem nullus ex his qui de hęreſibus ſcripſerunt (quos tamen

vidiſſe licuit) tribuit alicui alteri quam huic Seuero.

Beatus tamen Hieronymus dicit hũc errorem fuiſſe Tatiani. Nam in commentarijs ſuper Prophetam Amos, interpretans illum Prophetæ locum: Amos. 1. propinabitis Nazaræis vinum &c. ſic ait: de hoc loco ſuam hæreſim Tatian⁹ Encratitarũ princeps ſtruere nititur, vinum aſſerens non bibẽdum, cum & lege præceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur à propheta qui propinent Nazaræis vinum; qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas ingerunt Eccleſijs Chriſti: ergo & comam nutrire debẽt, & vuã paſſã & viridẽ non comedere, & ſuper matre & patre mortuis nõ ingredi, & ſi forte hæc fecerint, & fuerint humana vel fragilitate, vel neceſſitate ſuperati, radãt capita, & irriti ſint oẽs dies cõſecrationis & laboris eorũ. Quod ſi hæc nõ faciunt, neq; poſſũt more Iudaicorũ cauponũ miſcere aquã vino, vmbras veritati Euangelij, gratiæ legis neceſſitatem, ebrietatem illam intelligant, qua curis ſecularibus inebriatur & obruitur animę vigor, & il- *Tatianus.*

los Prophetis mandare dicentes: Ne Prophetetis, quo liuore ſuperati, prohibent eruditos viros doctrinæ proferre ſermonem. Ex quibus verbis conſtat Tatianũ etiam hanc docuiſſe hæreſim.

Auguſtinus tamen, aut Philaſter etiam cum errores Tatiani recenſet, nuſquam huius hæreſis meminit. Et certe (vt candide loquar) hęc hæreſis non ſolum nocet animæ, ſicut & quælibet alia, ſed etiam nocet corpori: quoniam etſi vinum immodice ſumptum noceat, moderate tamen potatum plurimas corpori præſtat vtilitates: ideo ſapiens Eccleſiaſticus ait Cap. 31. Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum.

Sanitas eſt corporis & animæ ſobrius potus. Pręterea ſi vinum malum eſſet ex ſua natura Ioan. 2. Saluator noſter non vertiſſet aquam in vinum, neque initium ſignorum illius fuiſſet vinum ex aqua factum: & ſi non liceret bibere vinum, idem ſaluator non præcepiſſet miniſtrantibus in conuiuio Nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino. Rurſũ ipſemet ſaluator. Math. 26. Luc. 22. cum diſcipulis cœnans bibit

Auguſt. Nuptiarũ. aqua in vinum mutata Architriclinus.

vinum, & potandum dedit diſcipulis ſuis, & vinum in ſanguinem ſuum mutauit, eoſq; eodē modo facere docuit dicēs, hoc facite in meā cōmemorationē.

Deinde Paulus 1. Timoth. 5. Timotheo conſulit vt aquam non bibat, ſed modico vino vtatur propter ſtomachum ſuum & frequentes eius infirmitates. Nec opus eſt plura citare teſtimonia, cum hæreſis ſit tam manifeſta. *1.Timoth.5*

Cæterum quod Seuerus docuit, vinum non bibendum quia malum, & ideo malum, quia dicebat de Satana & terra germinaſſe vitem, omnia creata ſunt à Deo, vel ex principijs ſpatio ſex dierum deducta: vinea ſub beneplacito Dei à iuſto Noë plantata eſt: *Homo quidam erat diues, & plantauit vineam* Ioannis 15. Chriſtus appellat ſe vitem, ſuos autem diſcipulos palmites. *Seuerus.* *Vitis & palmites.*

Ex quo oportet quod ſit locus vitis & palmitis qui merito dicatur vinea, hæc autem eſt Eccleſia Catholica, in qua Chriſtus vitis eſt, fideles ſunt palmites. Quiſquis ergo vere vult fidelis appellari, neceſſe eſt vt ſit palmes verus, & in vite manens. Merita noſtra

nullibi eſſe poſſunt fructuoſa niſi in vinea Domini, ideſt in Eccleſia, eo quod extra Eccleſiam non eſt merendi locus, cum ibi non ſit gratia, nec ſpiritus ſanctus, nec remiſſio peccatorum: ſi ergo quis vult mereri vitam æternam, oportet vt ſit in hac vinea, & cum hoc vt coniungatur, & adhęreat viti Chriſto per charitatem.

Duplicem vineam ſubiungemus, Eccleſiam, & conſcientiam. Eſt autem prima vinea generalis omnium, ſcilicet ſancta & vniuerſalis Eccleſia, eſt & alia ſingularis & ſpecialis cuiuſlibet Chriſtiani. ſcilicet cõſcientia propria. *Bernardus.* Bernard, ſuper Cant. ſerm. 81. Vinea Eccleſia ſancta eſt, in qua Apoſtoli palmites, Dominus vitis & pater agricola, eſt in fide plantata, in charitate radicata, nutrita & defoſſa ſurculis diſciplinæ, pœnitẽtiũ lachrymis rigata, ſtercorata prædicantiũ verbis, & ſic ſano exuberãs vino in quo eſt lętitia, ſed non luxuria; vino toti⁹ ſanitatis, nullius libidinis.

Hoc certe vinum lætificat cor hominis, hoc conſtat & Angelos bibere cũ lætitia: deniq. gaudent in pœnitentia & conuerſione peccatorũ, ſalutẽ hominis ſitien-

ſitientes, lachrymæ pœnitentiũ vinum eorum. De prima dicitur Pſ.79. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti:* Innocẽtius, vinea Domini eſt Eccleſia propter ſex cauſas: *Pſalm 79.*
1. propter inutilitatem ligni abſciſſi, non enim vtile eſt lignum vitis abſciſsũ niſi ad cõbuſtionem : ſic homo truncatus ab Eccleſia : Ezech. 15. *Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ quæ ſunt inter ligna ſyluarum ? nunquid tolletur de ea lignũ vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt depẽdeat in eo quodcũq. vas, ecce igni datũ eſt in eſcã.* *Ezech. 15.* 2. Ratio, quia vinea in tormẽto fructificat foſſione terræ abſciſſioneq. ramuſculorũ: ſi autẽ in pace dimittitur, tunc degenerat, & non facit fructum: ſic Eccleſia tribulationibus creſcit: vnde Dominus conquerens de vinea iſta, dicit Iſai. 27. in prælio gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter, *Iſai. 27.* quaſi dicat: parum fructificat in proſperitate, ſed ego faciam eam fructificare in aduerſitate. Et tangit mores quarũdam regionũ, vbi ita multiplicantur vineæ quod quaſi in ſyluaſ degenerant, & tunc homines vrunt eas, & poſtea vberrime germinant. 3. quia ſola vinea vinum habet, ſic ſola Eccleſia veram

doctrinam. Cant. 8. dabo tibi poculum ex vino condito, vinum cōditum dulce eſt & medicinale: hęreticorum, Iudæorum, & Ethnicorum ſalubris doctrina non eſt. 5. Ex pinguedine debilitatur vinea & deprauatur: ſic Eccleſia voluptate deſtruitur, deprauatur. 6. Quia ſicut vinea paxillis & baculis, ita Eccleſia Dei ſanctorum adiutorio
Cant. 2. cæleſtium deſideriorum alligata, & recta tenetur. Cant. 2. *fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.*

Deſideria ęternorum ſunt flores ex quibus fructus bonorum operum ſequuntur. Eccl. 6. Illius vincula ſunt alligatura ſingularis. Recte ergo Eccleſia comparatur vineæ, de qua vlterius dicitur, tranſtuliſtis de infidelitate ad fidē, de errore in veritatē, de malis moribus in ſanctam conuerſationem eieciſti gētes &c. 1. Cor. 1. *Videte vocationem veſtrā*
1. Cor. 1. *fratres, quia non multi nobiles, non multi ſapientes, ſecundum carnem, non multi potētes, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus.*

In hac ergo vinea cuilibet eſt operādum Galat. 6. dum tempus habemus operemur bonū ad omnes. Opus autem vineæ eſt vt plantetur per Prælatos &

prædicatores. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit. Hierem. 1. Conſtitui te vt euellas nociua & errores, & diſſipes occaſiones, ædifices ad fidem, & plantes ad virtutes.

Iſta vinea Eccleſia habet vulpes ipſam deſtruentes. Cant. 2. Capite nobis vulpeculas paruulas quæ demoliuntur vineas. Foditur vinea per confeſſores, Ezechielis 8. Confeſsori dicitur: fode parietem, & cum fodiſſem ecce omnis ſimilitudo reptilium, quia poſt diligentem inquiſitionem in confeſſione apparent reptilia vitiorum. 3. Purgatur per prælatos. Ioann. 15. *Omnem palmitem non ferentem fructum abſcindet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* *Ioan.* 15.

Purgatio iſta fit per iuſtitiæ falcem: Cant. ſecundo, tempus putationis aduenit. Sed diceretis, quare purgat palmitem ferentem fructum? Reſpondeo propter duo, vt plus ferat fructum, & cũ hoc, quia ab omni vitioſa ſpecie non ſolũ, ſed & ab ipſo vitio cauẽdũ eſt: vnde etſi non eſt malitia in palmite, tamen forte eſt ſpecies vel occaſio niſi purgetur. 1. Theſſ. vlt. ab omni ſpecie mala ab- *Purgatio.*

ſtinete vos. 4. ędificatur vinea per viros iuſtos: Iſai. 5. ſepiuit eam, & ædificauit turrem, & torcular extruxit in ea, ſepes enim eſt munimentum bene operantiũ, quo ſepiuntur, ne exterminentur.

Torcular patientia, turris contẽplatio, vindemiatores eius ſunt Angeli. Apoc. 14. miſit Angelus falcem in terram: Math. 13. Meſſores Angeli qui colligent de regno ſuo omnia ſcandala, colligent zizania, & à tritico ſeparabunt ab inuicẽ in fine mundi. Secunda vinea eſt ſingularis, ideſt conſcientia cuiuſlibet iuſti, & ſpretor huius vineæ ſic per Salomonem interpretatur. Prou. 24. per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidũ deſtructa erat. Sed quid de malitia vineæ dicimus, nondum bonitatem eius audientes?

Eſt etiam iuxta D. Bernardum ſuper Cant. ſerm. 58. vinea cuiuſlibet hominis ſua conſcientia, in qua fides eſt vitis, virtutes palmites, botrus opus, deuotio vinum: Abſque vite neque palmes, nec virtus ſine fide aliquando: ſine fide impoſſibile eſt pla-

Conſciẽtia

cere Deo. ad Hebræos 11. In hac vinea nihil incultum, nihil deſertum debet ſapiens relinquere: ſtultus vero iſta cuncta apud eũ neglecta inueniẽs, cuncta iacent. Inculta & ſordida non eſt vinea: ſtulto quomodo vinea eſt, vbi nihil plãtatum, vbi nihil elaboratum nuſquam patet, tota ſpinis ſilueſcit & tribulis: ſtulti vita & vinea ſi fuerit iam eſt redacta in ſolitudinem, vbi vitis virtutis, vbi botrus boni operis, vbi vinum lætitiæ ſpiritualis? Quia ergo irridet ſapiens vineam ſtulti, ſignificat ſecundum Bernardum quod bona naturæ & gratiæ, quę forte per lauacrum regenerationis acceperat, tanquam quæ plantauit Deus, & non homo, primam ſuam vineam, in non vineam, iſte negligendo redegit, denique non poteſt vinea eſſe: nam ſtultus qui viuit, mortem potius amat quam vitam, quomodo vita cum ſterilitate, arbor arida & in ſterilitatem verſa, nonne mortua iudicatur? ſic ſtultus eo ipſo quod inutiliter viuit mortuus eſt: Soli ergo ſapiẽti conuenit habere vineam, vel eſſe vineam, qui vitam habet & lignum fructiferum in domo Dei.

Bona vinea iuſti bona vita, immo bona vinea iuſtus, cui virtus vitis, cui palmes actio, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſſionis. Iſta vinea debet curam gerere de duobus, ſcilicet de frequenti putatione, & de cuſtodia forti: de primo patet. Nam putatio conſcientiæ eſt adeo neceſſaria ſemper, vt non modicum periculum faciat modica negligentia: & in hoc arguitur quorũdam falſa ſecuritas, qui ſe putant pauca vel nulla emendatione digna habere. Quis ita ad vnguem omnia à ſe praua ſuperflua reſecauit, vt nihil ſe habere putet dignum reſecatione: credite mihi & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & ſopita denuo excitantur.

Parum eſt ergo ſemel putaſſe, quod ſæpe putandum eſt, immo ſi fieri poſset ſemper, quia ſemper quod putari oporteat, ſi non diſſimules inuenis. Quantũlibet in hoc corpore manẽs profeceris, erras ſi vitia putas emortua, non magis compreſsa. De ſecundo quomodo neceſſaria eſt fortitudo cuſtodiæ, dicitur Threnorum, 3. ædificauit in gyro meo,

& circundedit me felle, & labore. Ecce bonus murus labor continuus & affli-ctio carnis: hæc enim cuſtodiunt conſcientiam, iuxta illud: *Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo.*

O bona vinea ſic plantata, ſic putata, ſic fortificata, quiſquis ita viuit vt bona plantet, & etiam diligentius conſideret cuſtodiatq. bonus eſt vindemiator. Vinea Eccleſia, Turris fides, Torcular paſſio, ſepes Angeli: miſit ſeruos ſuos ad agricolas Moyſem & Aaron, & Prophetas, vt acciperent fructus eius legis, obedientiam Deo & prælatis: Agricolæ apprehenſis eius ſeruis alium cæciderunt, vt Moyſem & Aaron cæſi linguis Iudæorum Deut. 32. Alium occiderunt Iſaiam Serratum ex præcepto Manaſſes Regis Iuda: Ochoſias per tempora transfixus, Zacharias lapidatus, immo Chriſtum ipſum Iudæi crucifixerunt. *Deut.* 32.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte vitis vera, fac nos tuos eſſe palmites, ſub prouidentia omnipotentis agricolæ pa.

tris tui qui in cælis eſt, irriga nos quæſo tua benigniſſima gratia, vt in vinea Eccleſię perſeuerantes ſub cuſtodia, illuminatione Angelica inſtructioneq. viuentes, fructus dignos pœnitentia omni tempore faciamus. Amen.

Digitized by Google

SABBATHO
POST DOMINICAM SECVNDAM QVAdrageſimæ.

Fames vtilior abundantia.

QVinque faciunt homi- *Quinque*
nes clamare, Mare, ignis, *faciunt*
gladius, beſtiæ, fames: a- *clamare*
qua elementum barba- *homines.*
rum ob tempeſtatem. Ionæ 1. mare intumeſcebat ſuper eos, & clamarunt ad dominum Apoſtoli in naufragio: Domine ſalua nos, perimus: ignis Ioëlis 1. Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti. Luc. 16. Crucior in hac flamma: Gladius Ezechielis 21. ille acutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis: clama & vlula fili hominis: Beſtię, Pſal. Clamabo ad Deum Altiſſimũ Deum qui benefecit mihi, li-

Digitized by Google

berauit me de medio catulorum leonum: Tobias clamauit cum inuaderet eum piſcis Tob. 6. Fames: Filius prodigus egens & fame oppreſſus, ad Deum & ad Patrem ſuum clamauit.

Aue Maria.

Bene omnes tenent quod ad laute, opipare, atque voluptuoſe viuendum facultates & opes maximè auentur: verum innumeros in mediũ adferam qui animos noſtros plerumque rebus ſecundis luxuriari & conſpurcari docebunt. Num bonorum copia & vbertas omnium malorum fons & mater eſt, modeſtiæ & honeſtatis infenſiſſima inimica ſobrietatis & parſimoniæ deſtructrix?

Vix abundantiæ tempore famulum inuenies, fame vero & inopia vrgente non eſt qui ſe mancipium nõ fateatur: *Prodigus Euangelicus accepta portione ſubſtantiæ paternæ, quæ illi contingebat, abijt in regionem longinquam viuẽdo luxurioſe: fame vero ingraueſcente cum omnia conſũmaſſet cœpit egere, adhæſit vni ciuium*

regionis illius, efficitur porcarius, & cupiebat implere ventrem de ſiliquis quas ſues edebant, & nemo illi dabat: in ſe reuerſus ad patrem reuertitur.

Quid exiſtimatis abundantiam niſi egeſtatis & famis futuræ præconium? Teſtis erit interpretatio Somnij Pharaonis Regis Ægypti à Ioſeph propoſita, vt docet Geneſis: ſeptem vaccæ pingues in ripa fluminis phantaſiatæ abundantiam ſeptennem, & viſio ſeptem vaccarum macrarum ſeptem annos ſterilitatis & egeſtatis futuræ indicabat. *Somnium Pharaonis.* *Egeſtas.*

Quid pretioſam rem & exquiſitam reddit? nonne egeſtas? in partibus orientalibus gemmę, margaritæ, aurum, minori in ęſtimatione ducuntur quam apud nos ferrum, plumbum, Æs, Cuprum. Apud Maderam & Cyprum, a i ſque in inſulis vbi ſaccarum germinat & fit, datur porcis in cibum vt fructus apud nos, quia fructibus abundamus: tamen ſaccarum penes nos exquiſitum, & noſtri fructus apud eos inopes copia facit, & abundantia cõtemptum parit. Proſpero & fœlici tẽpore vix homines diuinarum recordantur gratiarum ſolo

debito non affectu, tantillum Deum colunt; vice verſa ſi infauſta & contraria conceptibus nos vrgeant, ſtatim ad Deum recurrimus, veniam imploramus, humiliamus nos, proſternimus cor & corpus noſtrum. Nuſquam valorem panis abundantiæ tempore confitemur, tunc pedibus conculcatur, equis, aſinis, porcis, anſeribus, gallinis & columbis ſpargitur.

A quibuſdam accepi alicubi abundantibus vuis, vindemijs redundantibus, racemos ſparſos, vinũ flagellatum: famis autem flagello vigente, nec guttula vini, nec mica panis, aut fragmen teruntur: pro beneficio alimenti deus benedicitur, tunc eius prouidentia admittitur.

Egeſtas parſimoniam efficit, parſimonia ſanos, lætos, & hilares reddit: vinum temperatur, moderate triticum expenditur ad vitandam alui oppilationem, iecoris oppreſſionem, aliorumque membrorum ægritudinem. Spiritus ieiunij & diętæ tempore acutior, viuacior, quia ferculorum fumis non impeditur: inde ieiunia vigiliarum, quatuor temporum & quadrageſimæ or-

tum duxerunt.

Vinum & crapula luxũ & rixas ſubminiſtrant, modo nebulo vel hardelio æs habeant ad lagenam vini comparandam, otiantur, nihil agunt, nec eſt adeo pauper qui pergræcari ſplendideque epulari non contendat: venter plenus choream & chorea nefaria producit.

Sed vberrimos orbis & vniuerſi cardines commemoremus, conferamus cum plagis aridis & agreſtibus: diſcutiamus earum alumnos, quomodo differant complexione, temperamento, humoribus, ingenijs. In Hircania (ſi credere fas eſt) alijſque Græciæ vineis ſunt vites, quarum vua doliũ optimum vini exprimit: & ficus quatuor arcas opplent: illic frumentum non ſeritur nec colitur, maturiter producitur, & ſine labore colligitur: apes aluearia in frondibus arborum condunt, mel earum vt manna fluit, colligitur: tamen illius regionis homines ſæuiſſimi, immaniſſimi, barbari, audaces, nil in mundo peius. *Abundãtia Regionum.*

Apud Indos duplex in anno meſſis, terra bis vberrime germinat, verum *Duplex Meſſis.*

incolę Indiarum lymphatici, proterui, mendaces, fraudulentique ſupra modum. In Babylonia vnũquodque granum tritici per ducenta multiplicatur, millium creſcit in arborem, nihilominus Babylonij tantorum beneficiorũ immemores impietate ac improbitate omnes alios populos ſuperant.

Tapaca. In Tapaca Africę Ciuitate ampliſſima omnia abundant quæ non modo nos implent, aut ſatiant, verum animam noſtram inflant, & eſurire faciunt. Non putares eſſe virum inſaniſſimum qui eſuriens os ſuum aperiret, auraſque carperet, vt inediæ ſatisfaceret famẽque extingueret? at nõ minor eſt inſania tua ſi vento mundi vanitatis, libidini tuæ tentas ſatisfacere. Cõſidera nihil huius mundi poſſe inueniri vt animæ deſiderio poſſit ſatisfacere: omnia enim terrena ſunt quaſi quodam ſalſamentum quod aciditate ſua comedendi appetitum excitat. Pſal. 61. famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem: circundant mundum & terram auari, honoriſque cupidi, quibus impetratis, nihilo magis ſatietatis habent, ſed vt canes indies eſuriunt magis: Aggæi 2. comediſtis

& non eſtis ſatiati, bibiſtis & non eſtis inebriati, operuiſtis vos & non eſtis calefacti, & qui merces congregauit poſuit eas in ſacculum pertuſum 3. Reg. 17. Heliæ torrens exaruit: Ionæ 4. hedera à verme corroſa emarcuit. Ita ex omnibus mundi bonis, genitiuus vermis exoritur, qui illa omnia corrodit & conſumit. Quo plus tibi conceſſum fuerit de huius mundi bonis quę tu cupis, eo magis ignis cupidinis tuæ flagrabit: non aliter quam ſi quis ſitim extinguere ſale ſuſcepto in ore vellet, aut ignem oleo immiſſo reſtinguere. Ne igitur defatigeris inueſtigādis huius mundi fallacibus & infidis rebus: licet enim plurima repereris, tamen fame & miſeria, vt hic Filius Prodigus conficieris. Hoc voluit ſignificare Euāgeliſta noſter dū dicit famē eſſe in illa regione, quia vbi Deus nō eſt, famē patitur anima noſtra, vnus Deus animam noſtrā ſatiat. Ita enim hic Filius Prodigus nūquam ſatiatus eſt, donec domum patris ſui rediјt: ex quo diſcite ſatietatem, gaudiumque perfectum in ſolo Deo quęrere. Et cum omnia conſūmaſſet facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Fames eſt

indigentia verbi Dei, de qua Amos 8. mittam famem in terram, non famem panis, aut ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Sic olim Dominus ab Iſraelitis iuſtos, & Prophetas ſubtrahebat, quo eos ſe reprobare doceret: Pſal. 73. Iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius. Sic Enoch & Heliam abſtulit, quod & nunc timendum ne verbi diuini Concionatores tollat. Item fames facta, auiditas ſcilicet eſt, explēdi ſe voluptatibus: voluptas enim egeſtas eſt, nec enim voluptates quis ſibi emit, ſed ſe illis vendit, vt Seneca teſtis eſt Lib. de beata vita, Cap. 14. hæ autem malum malo inducunt. Vt qui imperiti ſunt nauticæ, è periculo in periculum, à Scylla in Charybdim relabuntur, ęgri potui, & cibo indulgentes vim morborum adaugent. Et ipſe cœpit egere, ſcilicet donis naturæ, Dei patris auxilio quod excluſerat, & verbo quo reducatur: ſed ei non acquieuerat. Videat igitur qui ſtat ne cadat. ſi Deum dereliqueris, derelinquet te, ſic dereliquit Saulem, quem prius elegerat. 1. Reg. 13. Inuocate Deum dum prope eſt. Diſcant etiam hic omnes omnia vanitatem

nitatem eſſe Eccl.1.Tranſit enim mundus & concupiſcentia eius.Ideo ſanctus Rex & Propheta Dauid ad Deum clamat dicens Pſal. 24. quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum,ita deſiderat anima mea ad te Deus.Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ei: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie,vbi eſt Deus tuus? Aberat longiſſime à Deo,flebatque eo quod ſitientem & egentem videbat: Deum que deſiderabat vt perfectam ſatietatem &gaudium inueniret.Non poterit mundus ſitim deſiderij tui extinguere, ire igitur ad Chriſtum debes,qui ait Ioan. 7. Si quis ſitit veniat ad me & bibat : Si vis omnia quæcumque cupis aſſequi,cape illius ſancti conſilium Pſal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui &c. Hucuſque vidimus quemadmodum in mundo nihil niſi fames,ſummaq. omnium rerum penuria ſit, at in vno Deo perfecta ſatietas, gaudium & gloria inueniatur.

Nũc videamus omnium ſupradictorũ rationem : mundus inediam cauſat,& nullum vſquam contentum reddit,

ſemper fallit, ſemper deludit, & tandem ineſcat ad interitum. Facta eſt fames valida in regione vbi Prodig⁹ exiſtebat: fames eſt indigentia ciborum, vel accipitur pro deſiderio & appetitu comedendi, & ideo fames in ſcriptura poteſt deſignare ieiunium & afflictionem. 2. Cor. 11. In fame & ſiti, in frigore & nuditate: Ruth. 1. Facta eſt fames magna in Samaria: Signat deſiderium & affectionem: Amos. 8. Mittam famem in terra, nõ famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini: fames quandoque ſignificat prauum affectum & deſiderium terrenorum: Item ſignat indigentiam & vexationem, & ſic capitur vt plurimum in ſacro codice: Iſai. 5. Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius ſiti exaruit. Non eſt quod ad victum humanum exquiratur quod ibi non ſit, vniuerſa vili pretio emuntur, ſed etiam illic perfidi adulteri atq. latrones vigent.

Ad regiones nunc ſteriles nutum & ſenſum deflectamus, illis in partibus viros robuſtiſſimos, induſtria & arte præſtantes inueniemus, ſtrenuiſſimos milites, illuſtriſſimos & inuictiſſimos duces

aduertemus. Pannones, Francones, Danæos inſpiciamus, & auguſtiſſimos milites ex his prodiiſſe ſciemus. Scythæ qui indies peregrinabantur, & habitationem permanentem reijcientes huc illucque volutabantur, ſtrenuiſſimos homines pepererunt. Nunquid ex Irlandia aliiſque inſulis ſeptentrionalibus quæ ſunt verſus Scotiam, eruditi & virtute præſtantes homines erumpunt? vbi nullus liuor, nullæ delitiæ, illic lacte & piſcibus maxime veſcuntur.

Extraneos dimittamus, & ad noſtrates oculos conuertamus: quod illuſtres homines noſtra ętate oriundos ſcimus ex Sabaudia, ex Delphinatu, ex Aruernia, ex Vaſconia, ex Lemouicis, ex Petragorijs: nec fabæ nec caſtaneæ, nec allia, nec cœpe acumē ingeniorū & iudicium iſtorum hominum alterarunt. Plures Cancellarios, Præſides, Senatores, Milites & Duces pepererunt hæ prouinciæ, quam ipſa delicatiſſima Lutetia, vbi penuria, vbi fames: hic omnis induſtria virtuteſque floreſcunt.

Prodigus opib⁹ & voluptatibus periit, fame reſtauratur. *Et poſtquã omnia conſũmaſſet facta eſt fames valida in regione illa,*

& ipſe cœpit egere: Et merito quidem iſte cœpit egere, qui theſauros ſcientiæ & ſapientiæ Dei, diuitiarumque cæleſtium altitudinem dereliquit.

Qui recedit à fonte ſitit, qui recedit à theſauro eget, & qui recedit à virtute diſſoluitur. Egere ergo & famem pati ideo cœpit, quia nihil voluntati prodigæ ſatis eſt, ſemperque famem patitur ſui, qui alimentis perpetuis neſcit impleri.

Vbicumque Ioſeph in Ægypto erat, copia omnium rerum confluebat, vbi vero non erat, ingens fames, & penuria indies augebatur. Ita eodem modo vbi Deus eſt, ibi ſatietas & abundantia: vbi vero abeſt, fame & miſeria omnia conſumuntur.

Quapropter tria hic conſideranda, & obſeruanda ſunt. Primum quomodo extra Deũ nihil niſi fames ſit & penuria: Secundum quod vnus Deus animam noſtram poteſt ſatiare. Tertium qua de cauſa in Deo ſolo, & non alibi homines ſatietatem, copiamq. omnium rerum inueniant, & cæteræ omnes creaturæ

Pſal. 33. De primo ait Dauid, Pſal. 33. *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Domi-*

num non minuentur omni bono. Omnia quę ſunt in mundo, paupertas & fames animæ ſunt.

Pſ.22. Dominus regit me, & nihil deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit: In Græco eſt: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. Nō poterūnt dicere hoc reges, principeſq. huius mundi: qui quo altiori in gradu ſunt, eo maioribus egeſtatibus opprimuntur, eo quod nimium honoribus, rebuſq. familiaribus operæ impendunt: & ideo maximos faciunt ſumptus, quibus vix ſuſtentari poſſint.

Nā quis Rex, Imperator, vel etiam ſummus Pontifex affirmare audebit: nihil mihi deeſt? Vna Chriſti ouis hoc vere poterit aſſerere: ille enim tantummodo qui in diuinis paſcuis paſcitur cōtentus & ſatiatus viuit. Super aquas refectionis educauit me, animam meam conuertit.

Dæmon herbas marcidas omnibus ſuis porrigit, inter ſpinas & carduos paſcens illas, aquæ illius venenoſæ ſunt, & eius herbæ mortem latitantem ſecum important.

Dæmon primos humani generis pa-

rentes in Paradiſo pauit, qui cũ comederũt veneno ſũt interfecti, cibi enim dęmonis vitã ſuis eripiunt, nã & honores, voluptates, & diuitiæ animarũ mũdanis & peccatoribus ſũt exitiũ: vitã enim hæc non tribuunt illis, ſed eripiunt, nõ ſatiãt, ſed fame cõficiunt. Quare velut hydropicus ſiti, fameq; ęterna cruciabere, quãtũcumq. donorũ, diuitiarũ, voluptatum

Pſal. 150. biberis: *Omnia in te ſpectant Vt des illis eſcã in tẽpore: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Vitia famem, & ſollicitudinem voluptati iniiciunt: Quod non faciunt virtutes, quæ leuamine & conſolatione animã recreant. Quapropter ſapiens dixit

Prouer. 23. Prouerb. 23. Ne comedas de cibis eius vbi eſt panis mendacii: mentitur mundus dum ait in vitijs ſuis eſſe nutrimenta quæ poſſint ſatiare.

Præſtigiatores, & Necromantici hortum fructibus abundantẽ ante oculos ſuis pręſtigijs apparere faciũt: at ſi fructũ decerpere velis & comedere, omnia vanitati ſimilia, contrectantis manus effugient. Ita mũdus ſequacibus ſuis perſuadet, ſe eſſe alicuius momẽti aut valoris, & ea quæ concedit ſatis habere viriũ ad

reſtinguendā famē animarū, at in extremo omnia vana, ludicra, ventoq. ſimillima eſſe apparent. Hæc eſt cauſa veriſſima quare peccatores, non vmquā, nec contenti viuunt, nec ſibi aliqua in re ſatisfaciunt & iure: anima ſiquidē rationalis veluti Chameleon aere veſci, aut ſuſtentari non poteſt.

Pſal. 118. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Aperiebat os ſuum vt aerem reciperet, ſed famem ſatiare nō poterat Quia homo non aere, aut vēto veſcitur. Impius deſideriū aperit ſuum, extendit & dilatat volūtatē, credens ſe vento poſſe ſuſtineri. De his Propheta Oſeas ait 12. cap. *Ephraim Ventos paſcens:* Inane nimiū eſt illud & vanum, quod locum ſuum vbi eſt, non occupat, & implet. Ergo inania ſūt omnia terrena: alia fames virtuoſa quæ appetitus æternorum eſt: tales enim famelicos requirit Dominus ad menſam ſuam: Luc. 1. *Eſurientes impleuit bonis.* Iob. 5. In fame eruet de morte. *Pſal. 118.* *Luc. 1.*

Vitioſa fames eſt inordinatus appetitus habendi. Hierem. 14. ſi introiero Ciuitatem, ecce attenuati ſunt fame: Prouerb. 113. Venter impiorum inſatu-

rabilis Iſai. 5. Nobiles eius interierunt fame, rapiendo bona ſubditorum. Fames tædioſa paupertatis, quæ eſt æquanimiter ferenda, & hæc meretur æternã ſatietatem.

Math. 5. Math. 5. *Beati qui nunc eſuritis quia ſaturabimini.* Et 1. Reg. 2. Infirmi accincti ſunt robore, & famelici ſaturati ſunt. Eſt etiam fames glorioſa quam habent in patria comprehenſores de eſſentia diuina videnda atque contemplanda, quia ipſi dum eſuriunt ſatiantur, dum ſatiantur deſiderãt, & ad amplius animãtur: Pſal. in diebus famis ſaturabuntur. Eccl. 24. Qui edunt me adhuc eſurient: inuenitur denique fames doloroſa, *ſimilia.* hanc ſuſtinent iniqui peccatores: Sicut enim talpa dum viuit ſemper nocet, prata, & poſſeſſiones diſſipat, capta ſuſpenditur, fame interimitur & necatur. Miluus etiã qui dũ viuit non ceſſat pullos, mures, & beſtiolas infeſtare, dum ſenuerit rapere nequit, ignauia & pigritia tandem extinguitur: Sic peccatores, auari, raptores, omnia viuentes inuadunt, rapiunt, pauperem, pupillum, & viduam opprimunt, verum in inferno fame & ſiti cruciantur.

Apoc. 18. Vna die venient plagæ eius, mors, luctus, fames, ignis: mortem interminabilem, luctum inceſſabilem, famem inſatiabilem, ignem inextingibilem. *Apoc. 18.*

Inde colligitur fames quintuplex: fames infernalis afflictionis, fames ſupernæ dilectionis, fames corporalis vexationis, fames mundi, fames ambitionis, fames virtutum: Ex quibus colligitur multos affligi triplici fame, penuriæ, nequitiæ, triſtitiæ: miſera fames penuriæ ſatis patet: iuſto enim iudicio fit quod Tyranni ſemper indigēt, & numquam ſatiantur, eſuriunt & langueſcunt. Prouerb. 11. Rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt: figuratur Gen. 41. Conſumptura eſt fames omnem terram. *Fames quintuplex*

Narrat Ouidius de hericio, quod cū arborem Cereris violaſſet & ſcidiſſet, tanta famis percuſſus eſt violentia, quod primo omnia ſua conſumpſit, & vorauit, ſeipſum diſcerpſit & corroſit in iacturam propriæ vitę: ſic vſuris & concuſſionibus alios deuaſtantes, arbores Cereris, id eſt bonos, & ſimplices deuorant, & violant rapina, fame pau- *Hericius.*

pertatis & miſeriæ affliguntur, ſua tandem conſumentes & dilapidantes. Eccl. 40. fames & contritio & flagella ſuper impios.

Cum omnia conſūmaſſet Prodigus facta eſt fames valida in regione illa: peccatum iſtius perditi adoleſcentis punitur, & innoxij pro reo eſuriunt.

ô Fortunatiſſima fames! ô fœlix neceſſitas quæ ad meliora compellit! *Manaſſes.* Manaſſes Rex in proſperis Deum deſpexit, humiliatus catenis & compedibus in Babylone præpeditus ad Deum reuertitur: peccat Ezechias proſper & ſanus, *Ezechias.* morbo & graui ægritudine ictus dinumerat omnes annos in amaritudine animæ ſuæ, flectit Deum ſuſpirijs, oratione, & lachrymis impetrat vitæ diffuſionem. Inuadit noſtrum Prodigum fames, de reditu ad patrem ſtatim cogitat, & veniam obtinuit.

Oratio.

DOmine Deus Omnipotens, tu bona naturę, fortunæ, & gratiæ nobis ineffabili tua paterna bonitate largitus es, illis abuti recedentes à

pręſentia tua non ceſſauimus, noſtros appetitus ſenſuales inſectantes : imple quæſo facies noſtras ignominia: da nobis ſalutiferam famem, vt in cœlum & aduerſum tę peccaſſę humillime clamitantes annulo ſubarremur, ſtola prima ſuperueſtiamur, calceemur, vitulum ſaginatum guſtemus, & gaudium Angelorum effecti in domo patris cœleſtis manſionem perpetuam habeamus. Amen.

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMÆ.

Salubrius corporaliter vexari à dęmone, quam fœdari labe mortali in anima.

ITa Deus peccatum odio proſequitur, quod naſcente orbe fugauit illud de cœlo; & videns quod remanſerat in mundo, in perſona ad mundum deſcendit, vt etiam de mundo deturbaret. Denique in iudicio ipſum proijciet & includet in inferno: Micheæ. 7. Proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra: quare *Salubrius eſt corporaliter vexari à dæmone, quam fœdari labe mortali in anima.*

Michea.7.

Aue Maria.

HAud procul à primo Decalogi pręcepto exorbitamus, ſi modum quomodo obſideantur nonnumquam humana corpora patefaciamus: tanto enim magis diuinæ legis ſumus obſeruantes, quanto anima & corpus ab omni commercio diaboli, qui hoc præcepto excluditur, reperitur alienũ, quod perpetuus ac acerrimus humani generis hoſtis exiſtat: Et quemadmodum forinſecus callidas tentationum tendit inſidias, ita intrinſecus penetralia noſtri cordis & corporis ingredi volenti, ſedulo inquirendũ eſt an corporaliter pateat, vt corpora obſideat, introitus, vel peccatum quod deterius animam teneat: *Energumeni.*

Luc. 11.

Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum: Luc. 11. Profectò diabolũ corpora poſſidere aliquando, nulli eſt ambiguum, qui ſacrum Euangeliũ vel à limine ſaltem ſalutauerit: vix namque aliquid crebrius legitur, vt perſpicuum cuique eſſe poteſt: Math. 4. 8. 10. Mar- *Math. 4.*

ciſ. Luc. 8. &c.

Subtilitate ſiquidem naturæ, poteſt quæcumque corpora penetrare: & abſque obſtaculo in illis ſubſiſtere. Ratione quoq; poteſtatis ſuæ, poteſt corpora introire, aut partem aliquã occupare, obſidendo cõmouere, & diuexando conturbare vniuerſa organa, nedum membra obſeſſa. *Similia.* Sicut aranea licet exiguum ſui locum requirat, longe tamen lateq; telam ſuam texendo diſtendit, quod & in Nauclero non amittit veritatem, qui in puppi cõſtitutus, etiam in proram vſque vim exerit. Haud ſecus eſt in dęmonibus, qui ſiquando ſimiliter in corpore humano operari offendantur, ea obſidere dicuntur.

Cauſa cur dæmon poſſideat corpora humana. Quod multis de cauſis à Deo permittitur. Primo vt exigentibus peccatis, corporali vexatione puniãtur: Tertull. *Tertul.* Lib. de ſpectaculis: Cur ergo non eiuſmodi dęmonijs penetrabiles fiant? nam & exemplũ accidit Domino teſte, eius mulieris quæ theatrum adijt, & inde cũ dæmonio redijt: Itaque in exorciſmo cũ oneraretur immundus ſpiritus quod auſus eſſet fidelem aggredi, conſtanter, & iuſtiſſime quidẽ (inquit) feci: in meo

erat, in meo eam inueni. 1. Reg. 28. Patet etiam de Saul à prauo & infernali ſpiritu cruciato. *1. Reg. 28. Saul.*

2. Deus permittit hanc poteſtatem vt mali corrigantur, cuius rei cauſa 1. Cor. 5. Paulus Apoſtolus inceſtuoſum Chorinthium tradidit ſatanę, in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret. 1. Timoth. 1. Hymenem & Alexandrum diabolo cruciandos dedit, vt diſceret non blaſphemare. *1. Cor. 5. Corinthius 1 Timoth. Alexander Hymen.*

3. Ad noſtram eruditionem: ſic apud Gregorium Lib. 1. Dialog. Cap. 4. quædam ſanctimonialis obſeſſa fuiſſe legitur, quod ſui oblita lactucam ſuper quam Diabolus ſederat, abſq; crucis ſignaculo cum ipſo ſimul diglutiſſet.

Quarto permittitur ingredi interdũ corpora eaque vexando turbare, ad manifeſtandam diuinæ maieſtatis gloriam: ſic Math. 9. Clamitabant, *Nunquam ſic apparuit in Iſrael.* *Math. 9.*

Ex quibus liquido conſtare poteſt, quod etiam ſicut cæteris tribulationibus, ita & hac affligi iuſti poſſunt, teſte Chryſoſtom. Homil. 41. ſup. Act. Apoſt. Et D. Bonauentura Lib. 2. Sent. Diſt. 8. & D. Thoma 2. 2. Quæſt. 90. Art. 1. & 2. Nihilominus tamen neminem ſub- *Chryſoſt. S. Bonauet. D. Thom.*

ſtantialiter de cõmuni curſu inuadit, niſi propter propria vel aliena delicta, dico aliena, quia infantes baptiſati non habent peccatũ, tamen leguntur hæc horribilia ſuſtinuiſſe flagella apud D. Gregorium Lib. 3. cap. 33. Dialog. quã ſententiam etiã approbat D. Aug. Lib. Ciuit. Dei Cap. 32. Dęmones (inquit) niſi quos fallendo deceperunt, poſſidere non poſſunt. Et poteſtas inimica neminem vincit aut ſubiugat, niſi ſocietate peccati: hinc arbitror ipſum duas poſuiſſe ianuas, quibus diabolo in hominem patet ingreſſus de agone Chriſtiano, vnam cupiditatem acquirendi res temporales, & alteram nimium timorem eas amittendi.

Puer energumenus.

Cognoſcitur aliquis à dęmone obſeſſus gemino iudicio ex Aug. Lib. 12. de Gen. ad litt. Cap. 14. Si enim loquitur linguis obſeſſus, ſignum tunc eſt euidentiſſimum diabolum occupare organa ſenſus talis hominis, eumq; intraſſe, quia natura corporalis obtemperat ſpirituali ad motum localem: voces autem ſignificatiuæ formantur per motum linguæ, labiorum, ac arteriarum; ideoque quia poteſt

Signa obſeſſionis à dæmone.

iſta loca-

iſta localiter mouere, poteſt hominis lingua diuerſa verba formare, quæ non procedunt, vt pote articulata, niſi ab aliquo intellectu, nec procedunt ab intellectu hominis tale idioma ignorantis, ſecundum Aug. lib. 11. do Gen. ad litt. capite 28. Clarum eſt ergo ea procedere ab intellectu dæmonis linguam hominis ita mouentis. Secundum iudicium eſt, ſi ſibi aut alijs noxius eſſe moliatur, vti legimus diabolum hominem colliſiſſe, & Math. nono dicuntur nimis ſæui fuiſſe, ita vt nemo poſſit ire per viam illam. *Auguſt.* *Math.9.*

Sed quibus pelluntur, & ab hominibus abiguntur modis? Videt quod naturali quodam modo valeant expelli: Aſtronomi affirmant quod qui in ſua geneſi Martem in nona domo habet, ſola præſentia & aſpectu dæmones fugat. 1. Reg. 16. Ludente Dauide cythara Saul leuius ſe habebat, & recedebat malus ab eo ſpiritus; ſic Tobiæ 8. dicitur quod iecoris aſſati fumus expulerit dæmonem: necnon Act. 19. Attractu ſudarij Paulini maligni ſpiritus leguntur egreſſi. Reſpondendum eſt, non tam multa ad pellendum diabolum eſſe ne-

ceſſaria, quam ad peccatum læthiferũ, cum ibi ſufficiat contraria poteſtas:peccatum vero ſine gratiæ infuſione cor hominis emundantis non aufertur: nec valet diabolus aliquo artificio expelli naturali, non enim ſudarium tantam vim habuit, ſed indicabat dumtaxat, quanti pretij apud Deum eſſet ipſe, cuius ſudarium tantum efficere videatur, nec magis pellebat dæmones quam iecur, cum ibidem habeatur, quod preces Tobię multæ fuerint efficacię, & quod Angelus religauerit diabolum, non iecur in deſerto loco Ægypti: Cythara etiam nihil potuit, ſed paſſio Ieſu Chriſti, qui expanſis in cruce manibus, tanquam in cythara neruis totum effecit, vel etiam precesDauidis, qui in cythara ſacras decantabat laudes, ac pios modulabatur hymnos.

Nullo igitur modo naturali, aut corporali profligantur induſtria, ſed operatione expelluntur diuina, teſte D. Thom. 1. 12. quæſt. 90. art. 2. ſicut legimus dęmones ſubinde in ſacris litteris expulſos Chriſti pręcipientis imperio.

Nonnumquam ſanctorum merita, &

interceſſiones omnis generis dæmonia pellere noſcuntur, quod apud Geolenſes quotidiana docet experientia. 3. Orationis energia dicedere ab obſeſis cōpelluntur. Math. 17. *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in ieiunio & oratione.* Math. 17.

Cuius exemplum promptum eſt ex D. Gregor. lib. 3. dial. cap. 33. De Eleutherio Abbate, cui puer dæmonio obſeſſus, à quibuſdam ſanctimonialibus, vt ſecum ad proprium duceret monaſterium, fuit oblatus, cum pluſculis diebus diabolus puerum laceſſere deſineret, quadam elatione inflatus (inquit fratribus Abbas) diabolus iſtas moniales cum puero miſere afflixit, & anxias reddidit, qui vbi ad nos veros Chriſti ſeruos peruenit, puerum accedere & inuadere pertimeſcit, poſt cuius vocem puer miſerabiliter à dæmone arreptus, collidebatur, quo viſo ſenex protinus ſe in orationem & lamenta dedit, quem cum fratres diu lugentem conſolari voluiſſent dixit: nemo veſtrum comedet hodie, niſi puer iſte à dæmonio fuerit liberatus: tunc vnanimiter ſe in orationem proſtrauerunt, quouſque puer redemptus eſſet.

Origenes. Vnde Origenes tract. 4. in 17. cap.
Iuo. Math. lib. 3. cap. 31. ſuper 8. caput Lucæ, & allegatur apud Iuouem part. 11. cap. 102. Hoc genus non eijcitur niſi in ieiuniis & orationibus, & ſi aliquando oportuerit nos circa curationem tale quid patientium permanere, non adiuremus nec interrogemus, neque loquamur quaſi audienti ſpiritui in mundo, ſed permanentes in orationibus & ieiunijs impetremus patienti ſalutem, adeo vt abigamus ieiunijs & orationibus noſtris ſpiritus malignos.

4. Confeſſione peccati expellitur te-
Beda. ſte V. Beda. Aliquem tamen adiurationum & exorciſmorum vſum fuiſſe expreſſe habet D. Auguſt. lib. 10. De ciuit. Dei cap. 12. Vera pietate homines Dei, aeream poteſtatem inimicam contrariamque pietati eijciunt exorciſando: Aug. libro de vita beata diſput. ſecūdę diei: Qui præſunt man⁹ obſeſſo imponere, & exorciſare dicuntur, & per diuina dęmonem adiurando expellere.

Idem comprobatur, (& D. Hieron.
Hieron. epiſt. 206. nec non Tertull. docente
Tertull. libro de Coron. milit. de præſcrip. hæ-

ret. libro de anima. libro ad Scapulam) exorciſmis dæmones fuiſſe fugatos. Vualdenſes exorciſmos omnes ab Eccleſia tollere conati ſunt, dicentes omnes benedictiones aquarum, candelarum, palmarum, ornamentorum, calicum, & patenarum, altarium, cœmiteriorum eſſe irridendas, & nihil prorſus habere momenti. Vuiclefuitę autem cum in verba Vualdenſium iuraſſe videantur, magis quam in verba Chriſti aut Eccleſiæ, hic (vt alibi ſemper) Vualdēſium ſectam tenēt: dicunt enim tales benedictiones eſſe magis deductas ex necromantia vera, quam ex ſacra Theologia, quia ſi per tales benedictiones & exorciſmos credimus naturam meliorari (vt ipſi dicunt) falſum eſt.

Vt autem iſtorum calumnias reijciamus, dicemus prius quid ſit exorciſmus,

Exorciſmus Græca vox eſt, & Latine ſonat idem quod adiuratio. Et proprie exorciſmus eſt inuocatio nominis diuini quæ fit ſuper energumenos, hoc eſt, habentes ſpiritum immundum, eum adiurando per virtutem diuinam, vt egrediatur ab eis: vnde Auguſt. De *Confutatio Exorc.*

vita beata: Exorciſare, per diuina immundum ſpiritum eſt adiurando expellere. Hinc etiam exorciſmus dicitur omnis benedictio cuiuſcumque rei, qua contra dæmones, aut contra alia ſimilia toxica vtimur, vt benedictio aquæ, ſalis, candelarum, palmarum, &c. In his enim omnibus inuocamus nomen Domini, precantes vt illæ res ſint eo fauente, qui ſolus hoc poteſt facere, nobis in auxilium & tutamen aduerſus dæmonem. Quæ quidem inuocatio neſcio quomodo poſſit recte accuſari, cum tam aperta ſit in ſacris literis.

Beda. Omitto hic quod Beda ſuper. 19. Actuum Apoſtolorum refert ex Ioſepho, Regem Salomonem ſuam gentem docuiſſe modos exorciſmi, quibus immũdi ſpiritus expulſi ab homine, vlterius reuerti non ſint auſi. Ad Euangelium accedamus: Diſcipuli de prædicatione redeuntes, quam illis magiſter omnium Chriſtus præceperat, dicunt illi Luc. 10. *Domine etiã dæmonia ſubijciuntur nobis*
Luc. 10. *in nomine tuo.* Quid eſt dicere in nomine tuo, niſi ad inuocationẽ nominis tui? Et ipſe Dominus aſcendens in cælũ promiſit ſe nũquã illorum inuocationi defu-

turũ: Marc. vltimo: *In nomine meo dæmonia eiicient.*

Quod autem hoc non ſemper fiat, vt inuocato nomine Ieſu dæmon egrediatur, minima fides ipſius inuocantis eſt cauſa: Nã ſi perfecte crediditſet, hęc & maiora feciſſet: & ad hos ſolos in fide perfectos, Dei promiſſio pertinere videtur, quia prius dixerat: *Signa autẽ eos qui crediderint hæc ſequentur &c.* Et apud Luc.17. Dominus ait: Si habueritis fidẽ ſicut granum ſinapi, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & tranſplantare in mare & obediet vobis: At arbor morus ſenſum non habet, & iuſſa fidelis præcipientis adimplet. *Morus.*

Non eſt ergo mirum quod dæmones fidelibus obediant; non quidẽ propter ipſorũ fideliũ naturalem virtutem, ſed propter fidẽ, quam habent. Quid ergo? Erunt ne diſcipuli Chriſti & eius Apoſtoli dicendi Necromantici, aut magici, eo quod inuocato nomine Ieſu dæmones eijciant à corporibus hominum obſeſſorum? & quod magis adhuc exaltat hanc nominis inuocationẽ, eſt quod aliquãdo etiã per reprobos homines eiciũt dæmones ad inuocationẽ nominis

Ieſu, & hoc ad ipſorũ inuocantiũ condẽnationẽ, aut propter vidẽtiũ vtilitatẽ.

Act. 19. Pro vtriuſq; confirmatione eſt illud quod in actis Apoſt. 19. legimus, quod cũ Apoſtoli eieciſſent dæmonia, tẽtauerũt aliqui de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos nomen Domini Ieſu, dicẽtes: Adiuro vos per Ieſum quẽ Paulus prædicat. Erãt autẽ cuiuſdam Iudæi nomine Scenę principis ſacerdotum ſeptem filij qui hoc faciebant, reſpondẽs autẽ ſpiritus nequã dixit eis: Ieſũ noui & Paulũ ſcio: Vos autẽ qui eſtis? Et inſiliens in eos homo in quo erat dęmoniũ peſſimũ, & dominatus amborũ, inualuit cõtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa: Hoc autem notum factũ eſt omnibus Iudæis atq; gentibus qui habitabant Epheſi, & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Ieſu.

Ex quibus verbis cõſtat apud Iudæos exorciſtas fuiſſe, de quibus Chriſtus. Luc. 11. *Si ergo in digito Dei eiicio dæmonia, filii veſtri in quo eiiciunt*? Patet etiam quam Luc. 11. potens fuerit nominis Ieſu inuocatio, & per eius virtutem adiuratio, vt etiam per reprobos facta tanta operetur.

Non ergo illa ſunt attribuẽda arti magicę, ſed ſolum Deo, quia adeſt prope inuocantibus eũ cũ fide & humilitate.

Vnde Auguſtinus Lib. 10. de ciuitate Dei Cap. 22. ſic ait: Vera pietate homines Dei, aëreã poteſtatẽ inimicã cõtrariamque pietati exorcizãdo eijciũt, non placando, omnes tentationes aduerſitateſque eius vincunt, orando nõ ipſam, ſed Deum ſuum aduerſus ipſam: non enim aliquem vincit aut ſubiugat niſi ſocietate peccati. *Aug.*

In eius ergo nomine vincitur qui hominem aſſumpſit, egitque ſine peccato, vt in ipſo ſacerdote ac ſacrificio fieret remiſſio peccatorum. De exorciſmis qui fiunt ad dæmonum eiectionẽ hæc dicta ſufficient.

Triplex igitur exorciſmꝰ: primꝰ dicitur Solemnitatis, quẽ ante baptiſma ſolẽniter ſeruat ſancta mater Eccleſia. Actꝰ 2. dicitur Benedictionis & iſti duo celebres sũt in Eccleſia atque frequẽtes: ſolẽniter nãque exorciſatur aqua luſtralis, candelę, palmæ, & eiꝰ generis alia: Tertius appellatur Salomonis, quod verbis quibuſdam ſacris ab eo credatur compoſitus. Vetuſtiſſimũ igitur exorciſan- *Triplex Exorciſmus, Benedictionis Solemnitatis Salomonis*

di in Eccleſia conſtat fuiſſe morem, quem etiam Ethnici atteſtantur. Vlpianus enim Iureconſultus Alexandri imperatoris (teſte Lampridio) conſiliarius & ſcrinij magiſter: ſi incantauit (inquit) vel imprecatus eſt, vt vulgari verbo vtar, per impoſtores intelligens Chriſtiana religione imbutos; ſi exorciſauit: non ſunt iſta medicinę genera: veruntamen hanc formam & exorciſmum ab ipſo Salomone profectum nō approbat Origenes ſuper illa verba: Adiuro te per Deum verum. Quæret aliquis ſi conueniat dæmones adiurare, & reſpicit ad multos qui talia facere auſi ſunt. Dicet non ſine ratione hoc fieri, qui autem aſpicit Ieſum imperantem dęmonibus, & etiam poteſtatem dantem Diſcipulis ſuis ſuper omnia dæmonia, & vt infirmitates ſanarent, dicet quoniam non eſt ſecundum poteſtatem datam à Saluatore adiurare dæmonia: Iudaicum eſt enim hoc, & ſi à noſtris tale aliquid aliquando fiat, ſimile ſit ei, quod à Salomone adiurationibus ſcriptis ſolent dæmones adiurari, ſed illi qui vtuntur illis adiurationibus, aliquoties nec idoneis conſti-

tutis libris vtuntur quidam, & ab He-
bræis acceptis adiurant dæmonia.

Ex qua ſententia liquet illum exor- *Origenes.*
ciſmũ Origeni diſplicuiſſe, ſicut fortaſ-
ſe ei diſplicerent, qui paſſim varijs ſche-
matibus & formis verborum circum-
feruntur, tamen ſuſpecti merito ſunt
cenſendi, propter ſuperſtitioſa, & ab-
ſtruſa, inauditaque nomina, ſignaque
illis admixta ſecundum Aug. Tract. 7. *Thomas.*
in Ioannem, & Thom 2.2. quæſt 49.
art. 4. Propterea D. Athanaſius do- *D. Athana-*
cet quibus potius ſit vtendum quam *ſius.*
talibus exorciſmis ſæpenumero ina-
nibus.

Ego certe audiui à ſapientibus ſacris
ſcripturis recitandis, olim in Iſraël ex-
pelli ſolere dæmones, vnde quauis
pœna dignos cenſebat, qui his vocibus
omiſſis, aliunde verba eleganti a aucu-
pantur, in ijſque ſe exorciſtas nomi-
nant: ſed potius operam ludunt, & ſe
ridiculos dæmonibus præbẽt: quales in
Actis Apoſt. 19. filios Iudæorũ fuiſſe le-
gimus, qui eodem modo dæmones ad- *Act. 19.*
iurare conati ſunt, quod cum dæmo-
nes aduertunt, ludibrio habent.

Contrà ſanctorum vocem exhorrẽt

& ferre nequeunt: eſt etiam in verbis ſacrarum ſcripturarum Dominus, quē cum ferre non poſſent vociferabantur: Ne nos ante tempus torqueas.

Eſt tamen vna aut altera forma à ſede Apoſtolica approbata, quæ habetur ex ſacerdotali Rom. in ſecundum ſententiarum ad verbum tranſſumpta, quæ nequaquam eſt reprobanda, ſicut flocci pendendi ſunt modi qui paſſim à quibuſdam naſutioribus magni habētur: vidi ſiquidem ipſe, & perlegi octuplices formas tam verborum diuerſitate, quam ſententiarum contrarietate pugnantes, quo fit vt nulli earum approbationis calculum ſubſcribere auſim.

Scrupulus. Sed hic manet ſcrupulus minime diſſimulandus: quomodo poteſt adiurari & exorciſari diabolus à Prælato Eccleſiæ, vel ab exorciſta qui non eſt cōmunitatis membrum? huic obuiandū eſt, dicendo, quod princeps non ſolum poteſtatem habet coactiuam, compulſiuam, & vindicatiuam in ſubditos, ſuæque ditioni ſubiectos, ſed etiam in extraneos, potiſſimum ſi iniuriam aut moleſtiam communitati inferant; ſic

prælatus communem humani generis hoſtem exorciſmis & adiurationibus coercere poteſt, quanquam poteſtatẽ directiuam in illum non habeat, ſicut nec princeps in extraneos. Poteſt dici quoque quod miniſter Eccleſiæ poteſtatem habeat delegatam dicente Domino: dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici, non inquam ordinariam, ſed delegatam, ſicut Prophetæ non ſemper vaticinari potuerunt, ſed quomodo à Deo erant illuminati, & edocti, nec indifferenter vbique locorum omnia crebreſcere ſolita ſunt miracula.

Sed iuxta ſpiritus ſancti motionem, certis in locis determinatiſque temporibus, atque perſonis congruis: ſic exorciſmus non ita efficaciter valet omnibus & ſingulis, ſed quibus ſecundum inſtinctum Spiritus ſancti fuerit adminiſtratus, nec verba energiam habent expellendo ex opere operato, quaſi illis vis quędam indita ſit quæ cogat egredi dæmonem, ſed ſicut in orationib⁹ quotidie Deo oblatis, nõ infallibiliter præſumimus nos votis potituros, ita ex Dei

miſerentis clementia ſperamus & confidimus nos per optatum exorciſmum effectum aſſequuturos: nam deprauatæ ſunt vitæ, iſti miniſtri, adeoque ipſo diabolo ferme peiores: & quantumuis ſubinde eijciant dæmonem, hoc magno ſuo efficiunt malo; imo aſſeuerare auſim diabolum ab obſeſſo, cũ adiuratus eſt, frequenter ſimulare diſceſſum, aut certe per huiuſmodi fæces hominum potius quam per bonos,& timoratos eijci, vt ſic bonos corruptiſſime vitæ efficiat ſectatores: quam vtinam à nobis alienare ſatageremus,perinde atque dæmonia perhorreſcimus, cum non talis momenti res ſit, à diabolo liberari,atque à peccato.

Dæmones namque non prohibent regni cœlorum poſſeſſionem, per obſeſſionem; quin potius ſaluti noſtræ cooperantur vel inuiti.

Duplex ſiquidem lucrum, ſi dæmonis obſeſſionem æquanimiter ſuſtulerimus,reportamus: prius eſt quod humiliores ac modeſtiores efficimur:alterum vero eſt quod pœnas peccatorum noſtrorum hic dantes, puri ad Dei conſpectum migramus.

Duplex Lucrum.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui hodie eieciſti in digito Dei & propria virtute dæmonem à ſurdo & muto, quique patienter iniurias inuidorum Iudæorum tuliſti,& innocentiam tuam modeſte defendiſti: libera nos ab inſidijs diaboli,& maxime à peccato mortali, tribue quoque Spiritus ſancti gratiam,vt indifferenter viuamus in medio eorum qui nos perſequuntur & calumniantur,famam noſtram humiliter defendendo,vt principe tenebrarum victo, ad Hierarchias angelicas perueniamus. Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM TERTIAM QVAdrageſimæ.

Propheta in patria & extra patriam honorandus, etſi non omnes ſancti ſint.

Simile. QVemadmodum in terra ſtantes, & cœlos aſpicientes ſtellas quæ magnitudine molem terræ ſuperant, minutulas exiſtimant; ſic carnales & maxime contubernales patriotæ, prophetas gratia & virtute præſtantes habita ratione ſtirpis ſpernunt atque deſpiciunt, qui tamen honore afficiendi, licet omnes ſancti non ſint.

Aue Maria

Aue Maria.

QVi Prophetæ munere vtũtur, non omnes ſancti, nec qui dęmones eijciunt, præditi ſunt omnes pietate. Etenim Balaam filius Beor vates Num. 13. & 24. cum eſſet impius futura prędixit. Item Caiphas Ioan. 11. qui falſi nominis Pontifex erat: multa enim diabolus vna cum ſuis dæmonibus prædicit, nec tamen ideo vlla eſt illis pietatis ſcintilla. Iuſtitia enim ſunt oppreſſi propter voluntariam prauitatem. *Propheta Balaam.*

Perſpicuum eſt igitur impios quamuis Prophetarum officio fungantur, nõ deponere ob Prophetiam ſuam impietatem, nec eos qui dæmones expellunt, ſanctitatem acquirere, eo quod illi cedunt, fallunt ſemper ſe mutuo (vt hi qui ludos riſus cauſa exercent) atq. eos qui ipſis mentem adhibent ad interitũ pęrducunt.

Hæc dicimus non vt veras Prophe-

tias damnemus, ſcimus enim eas afflatu diuino intra ſanctos agitari, ſed vt glorioſorum audaciam comprimamus. Quare ſi inter nos quoque reperitur vir aut mulier, cui huiuſmodi gratia conceſſa ſit, humiles ſpiritus habeat vt in

Iſai. 66. eo ſit grata voluntas Dei: Iſai. 66. Ad quem reſpiciam niſi ad humilem, & trementem ſermones meos, &c.

Hæc fuſius Auguſtinus Hipponenſis lib. 2. De diuerſis quæſtionibus ad Simplicianum quæſtione 1. tract. 2. nihil homo habens Prophetiam ſine charitate, ita fortaſſe, ſicut poſſumus dicere, nihil eſſe hominem habentem animam ſine mente. Non quia poteſt inueniri homo qui mentem non habeat, habens animã, ſed quia nihil eſſet ſi inueniri poſset. Et iterum multa ibidem proſequitur de differentia falſi Prophetæ & veri. Prophetæ in patria & extra patriam honorandi ſunt, etſi non omnes ſancti, quod ſi repulſam patiuntur, Chriſtus

Luc. 4. prædixit: Luc. 4. *Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.*

Non ſolum Dominus & caput Prophetarum qui à Moyſe Propheta nuncupatur, ſed Helias & cæteri Prophetæ

minus in patria quam in cæteris ciuitatibus ſunt honorati, quia propemodũ naturale eſt, ciues ciuibus inuidere, nõ enim conſiderant præſentia viri opera, non virtutem: ſed recordantur fragilis infantiæ, quaſi non & ipſi per eoſdem ætatis gradus ad maturam ætatem peruenerint.

Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. Quaſi dicat, ideo non operor vobiſcum miracula, quia eſtis increduli mihi, & non ſum acceptus à vobis: ratio huius rei eſt ſuperbia, actus inuidia, fructus perſecutio, & malitia: Aug. lib. 11. in Gen. ſuperbia amor proprię excellentiæ, φιλαυτία. & ſic amando ſe paribus inuidet, vel ſuperioribus quod eis non æquatur: Sed quia Chriſt⁹ de humilib⁹ parẽtib⁹ ortus & pauperibus, ideo inuidebant ei, ne ſuper eos creſceret cum familiaris eis erat, quia familiaritas parit contemptũ: Ioan. 7. Quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit? *August.* *Ioan. 7.*

Sed cum videbant eum miracula facientẽ vltra facultatem humanam, inuidebant ei, quia ex Auguſt. Omnis ſuperbus inuidus ſicut diabolus, & quia iſti videbantur iuſti, & falſi erant, ideo ve-

ro iuſto inuidebant, & hoc non ſolum in Chriſto, ſed fere in omnibus Prophetis oſtenditur: & in Dauid 1. Reg. 25. de quo dixit Nabal, quis eſt Dauid & quis eſt filius Iſai?

Ioſeph. Similiter in Ioſeph qui in propria affligitur, & in aliena extollitur Gen. 38. Similiter & in Moyſe 12. Numeri. Maria *Moyſes.* & Aaron rixantur contra Moyſem, alij autem obediunt ei.

Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua: Reddit Chriſtus *Nazareth.* rationem cur in Nazareth non faciebat *Capharn.* miracula, ac ſi diceret. Alia eſt ratio eorum qui ſunt in Capharnaum, & alia iſtorum, quia vos non creditis & illi crediderunt: vnde Marcus ait cap. 6. *Abiit Ieſus in patriam ſuam, & ſequebãtur eũ diſcipuli eius, & non poterant ibi virtutem aliquam facere, niſi quia paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatẽ eorum.* Non poterat inquam de potentia ordinata, quia requiritur diſpoſitio: Hanc diſpoſitionem non habebant Nazareitæ, quia Chriſtus inter eos erat nutritus, & viderant & tractauerant eum.

Tales ſunt hominum affectus, vt no-

uitate gaudeant, & ſi aliquid à longinquo venit, id venerantur & honorant, non autem propria quæ potius faſtidiunt. Ioan. 11. Martha quæ ſoror erat Lazari prius ſenſit fœtorem fratris quam alij, quia ipſa ſola dixit, quatriduanus eſt, iam fœtet. *Ioan. 11. Martha.*

Propterea quodammodo naturale eſt figulum figulo, & patriotam patriotæ inuidere: Vnde facilius in patria aliena quam in propria rolimur: Affligitur Ioſeph in patria, & à fratribus ſuis exul mittitur in Ægyptum, & à Pharaone alienigena exaltatur. Geneſ. 37. & 41. Sic Hieremias in lacum per conſiliaros Sedechiæ miſſus: Hierem. 38. Sed per Abimelech Æthiopem fuit extractus à lacu, & poſtea à Nabuchodonoſor honorificè tractatus: vnde Dominus loquutus Ezechieli de populis gentilibus & ignotæ linguæ. quarti Reg. decimo octauo, eſt Ezech. tertio. *Si ad illos mittereris ipſi audirent te, domus autem Iſrael noluit audire te:* Ideo Dominus dixit Abrahæ: Geneſ. duodecimo, egredere de terra tua & de cognatione tua, & fa- *Hieremias. Abraham.*

ciam te in gentem magnam. Vide quomodo inter alienigenas factus fuerit Abraham magnus.

Obiectio. Sed aliquis forſitan obijciet, quod Ezechias, & populus eius in magno honore habuerunt Iſaiam Prophetam, & ideo Eccleſiaſticus dixit capite decimo octauo: fortiter iuit Ezechias in via patris ſui, quam mandauit ei Iſaias Propheta magnus, ſecundi Regum vigeſimo ſecundo: Dauid etiam ſanctus Nathan, & Gad Prophetas veneratus eſt.

Ideo hæc Chriſti verba non ſunt intelligenda, quod ſemper ſine exceptione aliqua ita ſit, ſed quia plærumque ſancti Prophetæ inter ſuos contemnuntur; Sic Salomon in prouerbijs multa affirmat, non quod vniuerſaliter circa ſingulos ita ſe habeant, ſed quia frequenter ſic accidit. Iudæi deſpicientes Chriſtum quaſi nothum, & non credentes, patria charitate ſe priuabant.

Contemptores quippe gratiæ Dei, ſeipſos gratiæ indignos faciunt, nec ægrotis mederi poteſt medicus, ſi pharmacum oblatum reijciant, ac fideli medico diffidant: Nam qui contemnit,

contemnetur. Contrà ſi quis miniſtrauerit Chriſto, honorificabit eum pater cæleſtis. Ioan. duodecimo, & iterum: *Ego honorificantes me honorifico.* *Ioan.19.*

Videtur quoque non tantum nomine patriæ Nazareth notaſſe, ſed omnem Iudæorum nationem, ait Origenes in Luc. Quem enim Prophetarum non ſunt perſecuti patres eorum, ait B. Stephanus Act. ſeptimo? Moyſes expoſitus à ſuis: Exod. I. à filia Pharaonis excipitur: Daniel ignotus inter Iudæos apud Nabuchodonoſor maximi æſtimatur. capite 23. Michæas à Rege ſuo deſpicitur; ab Ioſaphat probatur. 3. Regum 22. Omnes Apoſtoli apud ſuos deſpecti erant: dicebant enim omnes in die Pentecoſtes: Nonne iſti qui loquũtur Galilæi ſunt? qui tamen plurimi facti ſunt apud gentes.

Ex oppoſito Pſeudo-Prophetæ bene in patria excepti ſunt. Theodas enim & Iudas apud ſuos Galilæos floruerũt, & ex his ſectarios fecerunt. An non vero Arrius vna ſcintilla fuit in Alexandria, vt docet Hieronymus in caput quintũ ad Galatas, qui primum Alexandriam in Eccleſiam Catholicam armauit? Ad *Pſeudo-Prophetæ.*

noſtros Mundinos & Catharinos veniā. Cathurca Toloſam olim Lutheriſmo fœdauit: immo ipſi Capitolini Caluiniſtæ ob id trucidati. Vviclef Anglus Anglos conſpurcauit: Ita nunc Germani hæretici Germaniā: Bohemi Bohemiam, Sacramentarij noſtri Galli Gallos: adeo Pſendo-Propheta acceptus eſt in patria ſua.

Quod permittat Deus vili pendi ſuos in patria propria, altiore myſterio factum eſt, nimirum vt dulcedinem hanc qua nos ad ſe natale ſolum allicit, fortitudine temperemus. Siquidem omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus çquor, & volucri vacuo patet in orbe locus. Omnis quippe Chriſtianus, maxime verò verbi diuini concionator, vt olim Ionas, limites patriæ excedere debet, nec in ipſo dolere. Ne nos igitur fratres patria remoretur, quin fideles nos Domino milites exhibeamus.

Duc age ô Deus! per Scythiæ populos, per inhoſpita Syrtis littora: ecce nos cum Apoſtolis reliquimus omnia, vt ſequamur te: nec enim hic ciuitatem habemus permanētem: vnde nec exules fieri à patria pro Chriſto timeam⁹, vt

doctè Baſilius apud præfectumCæſareæ ſub Valente reſpondit.

Audiamus quoque Apoſtolum dicentem:incertis vagamur ſedibus, nam ea de re permittit Deus nullum Prophetam acceptum eſſe in patria ſua, vt in Chriſto ipſo nunc probatur. *Valens.*

2. Singulari quadam prudentia, nam in eo omnes erant theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei reconditi ad Coloſſ. 2. docet: vnde accidit vt frequenter verbi prædicatores contemnantur, idque ab exemplo duplici Heliæ & Heliſæi, quorum hic in Iudæa ita contemnebatur, vt tempore famis cum clauſum eſſet cœlum annis tribus & menſibus ſex, à nulla diuitum matronarum, quibus illa nobilis patria abundabat, hoſpitio dignaretur, ſed poſtquam corui & Angeli miniſterio paſtus eſſet, in Sareptam Sydoniorum, quæ ciuitas eſt Phœniciæ, inter Tyrum & Sydonem ſita, ad pauperculum eſt ablegatus 3. Reg. 17. Iſte vero cum gratia ſanitatum polleret, multiſque miraculis merito eſſet ſuſpiciendus (ornauit enim huiuſmodi donis etiam veterem ſynagogam Deus, quibus veros à falſis diſcer- *Sarepta.* *Tyrus.* *Sydon.*

ni voluit miniſtros) nulli tamen lepro-ſorum contigit per illum mundari, niſi
4. Reg. 5. Naaman Syro. 4. Reg. 5. quod nequaquam ipſorum vitio accidiſſe docet ſcriptura, aut quod minus poſſint aut velint benefacere ſuis, quam alienis: ſed ob inſignem contubernalium ſuperbiam, qua Prophetas notos & inter ſe educatos contemnebant.

Ita enim vſu venire videmus, vt domeſtica pene cõtemnamus, parit enim nauſeam etiam copia rerum maximarum, cum contra externa ſæpe viliſſima admiremur, iuxta illud: omne rarum charum, vileſcit quotidianum: & ob eorumdem inuidiam, qua prophetas proſequebantur tanquam ipſorum laſciuię hoſtes: odit enim ſemper mundus veros Dei miniſtros, quo fit vt præclariſſima ipſorum dona quibus ad doctrinæ confirmationem eos ſolet ornare Deus, rideant & negligant: ſic Heliſæum caluum vocant pueri 4. Reg. 2. Paulum contemptibilem pſeudo-Apoſtoli vocant 2. Cor. 10. Et Chriſtum quē ſuperius fabrum, vel fabri filium, ita hic eadem erroris inſania mendicum cognominant.

Adeo communis quaſi cunctis accidit paſſio, vt familiares quoniam ſemper præſto ſunt, debita reuerentia etiā priuentur, à notis: Ambroſ. in Luc. Vide quantum malum inuidia adferat, indigna patria iudicatur, in qua ciuis magnalia operetur, quæ digna fuit vt filius Dei in ea conciperetur. Confirmaturus itaque exemplo ſententiam iam dictam, prius ſibi credi expoſtulat, & poſt Heliç & Heliſæi exempla probatiſſima narrat.

De hac re eſt vna ſatis impia hçreſis, quç dum Prophetis detrahit, Deum blaſphemat. Apelles enim dixit Prophetas ſpiritu contrario fuiſſe inſpiratos, & ideo contraria dixiſſe, quapropter dicebat Prophetias eſſe falſas, nihilque in illis eſſe veritatis, eo quod ſeipſas (vt dicebat) arguunt, & ſibi ipſis aduerſātur. Quia ergo Apelles in Prophetijs reperiebat aliqua quæ in ſpecie pugnare videbantur, quæ ille conciliare neſciebat, non eſt veritus Prophetis impingere mendacium. Et cum contrarias ſibimetipſis doceret eſſe Prophetias, & contraria ab eodem eſſe nō poſſent, vt hunc errorem facilius tueri

poſſet, in alium peiorem lapſus eſt, dicens duo eſſe rerum principia, à quibus duobus inter ſe diuerſis aut diuiſis prophetas dicebat fuiſſe inſpiratos, vt cõtraria dixerint; Euſeb. Lib. 5. Hiſt. Eccl. Cap. 12.

Euſebius.

Cum hęc hæręſis duos ſimul prouoluat errores, de vno ſolo nunc diſſerendum ſupereſt, vt alium huius hæreſis errorem reijciamus, quo docetur Prophetas falſa docuiſſe, & ſibi inuicem contraria dixiſſe. Et certe non eſt operoſum hunc errorem reijcere, quũ apertiſſima ſit in Deum blaſphemia.

Quis enim dubitat ſupremam eſſe blaſphemiam deo impingere mendacium? At qui dicit Prophetas docuiſſe falſa, illam falſitatem in Deum reijcit, qui Prophetas vt ſic loquerentur inſpirauit: Locutus eſt enim Deus (vt ait Zacharias apud Lucam 1) per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius, & Pſal. 44. Propheta regius teſtatur linguam ſuam eſſe calamum ſcribę velociter ſcribentis, hoc epitheto Spiritum ſanctum deſignans, cuius gratia, teſte Ambroſ. tarda molimina neſcit.

Nullus eſt autem adeo demens vt falſitatem ſcripturæ calamo tribuat, & non potius ſcriptori qui calamum mouit.

Si ergo Deus eſt ſcriba, & Propheta calamus, ea quæ propheta docuit, Deo potius tribuenda erũt quam prophetæ: quo fiet vt ſi propheta aliquid falſi docuit, vt Apelles ait, Deus falſitatis ſit arguendus, & non propheta.

Abſit vt in tantam blaſphemiam quis incidat, vt Deum mendacem dicere præſumat. Præterea Beatus Paulus, Hebrę. 1. ait: *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis* &c. Ecce vides Paulum aſſerentem Deum fuiſſe locutum ore Prophetarũ. Et B. Petrus ait. 2. Petri. 1. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti* Dei *homines.* *Hebræ.*

Ecce Prophetas vnico ſpiritu, videlicet ſancto inſpiratos, & per illius ſuggeſtionem locutos: ſic inſpirati non magis mentiti ſunt quam Deus, cuius inſpiratione loquebantur: neque opus eſt vt aduerſus tam apertam blaſphemiam amplius contendamus.

Secunda hereſis docet prophetas fuiſſe arreptitios, non intelligentes ea de quibus loquebantur. Huius hereſis *Montanus.* author fuit Montanus quem poſtea ſecutus eſt in hac parte Priſcillianus, hoc enim illi tribuit Bernardus de Lutzemburgo in ſuo Catalogo hæreticorum: non enim apud aliquem alium qui de hæreſibus ſcripſerit inuenio Priſcillianum de hac re fuiſſe notatum. Neque ipſe Bernardus de Lutzemburgo dicit, quo teſtimonio fretus hoc tribuerit Priſcilliano.

Hæc hereſis apertiſſime conuincitur per id quod habetur in. 1. Lib. Regum 9. qui enim propheta dicitur hodie vocatur Videns ab antiquis. Si propheta eſt videns, quî fieri poteſt vt non ſit etiam intelligens? tanta eſt enim notitia quam Prophetæ habent de illis rebus quas prophetizant, vt proxima ſit illi notitiæ quam vſitata voce intui- *Propheta Videntes.* tiuam vocant: & propter hanc cauſam Prophetæ appellati ſunt Videntes, & ipſæ eorum prophetiæ vocantur Viſiones.

Iſaias ſiquidem hoc nomine ſuam appellat prophetiam dicens: viſio Iſaiæ

filij Amos Cap. 1. Et eodem modo lo-quitur Ezechiel Cap. 1. viſiones Dei vidi. Et prophetia Naum Prophetę tale habet Cap. 1. Liber viſionis Naum, & de hac viſione prophetarũ dicitur in Daniele cap. 10. intelligentia opus eſt in viſione, quo fit vt qui nõ intelligit quę dicit, prophera non ſit dicendus, quãuis prophetiã aliquam dicat: nam corpus Heliſęi mortuũ prophetauit, ſicut de illo narrat Eccleſiaſticus Cap. 48. nullus tamen ſanæ mentis dicet corpus illud mortuum fuiſſe prophetam.

Denique ſi Prophetæ fuerunt arreptitij non intelligentes quæ loquebantur, fateri oportet eorum prophetias non fuiſſe à Deo, quoniam vt eſt apud Iob 32. inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Ex quibus verbis aperte cõuincitur, quod ſi Prophetæ nõ fuerint intelligentes, nõ fuerint etiã à Deo inſpirati: quod ſi inſpirati ſunt à Deo, intelligentes etiam eos fuiſſe oportet, quia inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.

Deinde Beatus Paulus in priori epiſtola ad Corinthios Cap. 14. apertiſſime docet prophetas eſſe intelligen-

tes. Nam eum ſolum Beatus Paulus cē-ſet appellandum prophetam, qui ea quę loquitur ſcit interpretari, & exponere ad auditorum vtilitatem & ædificationem, & exhortationem & conſolationem. *Qui loquitur lingua ſemetipſum ædificat: qui autem Prophetat Eccleſiam ædificat. Volo autem vos omnes loqui linguis*, magis autem prophetarę, nam maior eſt qui propheta quā qui loquitur linguis: niſi forte interpretetur vt Eccleſia ędificationem accipiat.

Ecce vides eum à D. Paulo appellari Prophetam, quia ea quæ loquitur valet interpretari ad Eccleſiæ ædificationem. At fieri non poteſt vt intelligens non ſit, qui eſt interpres. Accedit ad hæc quod de aliquibus Prophetis ſcriptura ſacra apertiſſime teſtatur, eos intellexiſſe ea quæ Prophetabant.

De propheta ſiquidem Daniele dicitur, quod dederit illi Deus intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum Cap. 1. & Propheta Ezechiel. 10. Cap. deſcribens eam viſionem qua vidit Cherubin ambulantia ſupra rotas ait: intellexi quia Cherubin ęſſent: Propheta teſtatur ſe intellexiſſe: & non

verentur

verentur Montanus & Priſcillianus illos non intellexiſſe aſſeuerare.

Iuſtius eſt ergo vt credamus hos hæreticos fuiſſe arreptitios, & à dæmone agitatos: Prophetas autem quos Deus inſpirauit, optime intellexiſſe ea quæ prophetabant: adeo vt propter excellentem quam habuerunt notitiam intuitiuæ proximam videntes ſint appellati. Prophetis obtemperandum, magna ſiquidem neceſſitas incumbit facere aliquid ex præcipientis authoritate, præcipue Prophetæ: Prophetæ autem ſunt præcipui ſecretarij Dei: Ideo quæ ipſi pręcipiunt humiliter exequi debemus. Quia ergo dirigere viam iſtam ſuadet Propheta Iſaias, ideo eſt ei obediendum. Ac ſi dicat: Non ſolum iſta via eſt dirigenda quia eſt Domini, ſed etiam quia hoc ſuadet Propheta.

Circa quod ſciendum neceſſitatem nobis incumbere obediendi Prophetis, & hoc multiplici ratione: 1. Propter mittentis authoritatẽ, Dominus enim illos mittit, & ipſi eius nuntii ſunt: Hierem. ſeptimo: Miſi

ad vos ſeruos meos Prophetas & Mathæi vigeſimo tertio : Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas ; qui ergo obedit nuntio, obedire debet & Domino : Vnde Chriſtus dicit: Luc. decimo. *Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit, qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Ezechiel. tertio : Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me.

Secunda propter dicentis dignitatem, non enim loquuntur ex proprio ſenſu, ſed inſpirati à Spiritu ſancto : ſecundę Petri primo. Math. 10. non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.

Tertia propter doctrinam Prophetiæ & vtilitatem, illuminat enim animam per ſpiritualem intelligentiam. 2. Petr. 1. Habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes.

4. Propter bonorum æternæ gloriæ adeptionem. 2. Paralipom. vigeſimo Credite Prophetis eius, & cuncta venient vobis proſpera : vnde Dominus Phariſæis exprobrans ait: Si credideritis

Moyſi, credetis & mihi fortiſan. De me enim ille ſcripſit Ioan. 5. & Luc. 16. *Si Prophetis non credent, nec ſi quis ex mortuis ſurrexerit credent.*

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, ſcimus tibi miniſtrantes à Patre cæleſti honorari, & cum hoc credamus illius exemplum ſectari promittimus, Prophetas tuos honorando, vt mercedem Prophetæ accipiamus: nolumus in illis conſiderare peccatum, quia Domini noſtri doctoreſque ſunt, vt illorum dogmata & oracula implentes cæleſti tandem beatitudine fruamur. Amen.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM TERTIAM quadrageſimæ.

Qui Eccleſiam Romanam non audit, eſt ſicut Ethnicus & Publicanus.

Finees. FInees auſteritatem, Heliæ zelum, Petri ſeueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique conſtantiam, qui Elimam Magum viis Domini reſiſtentem ęterna cæcitate damnauit, nō eſt crudelitas, ſed pietas: Vnde & in lege dicitur: ſi frater tuus & amicus & vxor quæ eſt in ſinu tuo deprauare te voluerit, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem eorum, & auferes malū de medio Iſrael. Qui Eccleſiam Romanā

non audit, ſit ſicut Ethnicus & Publicanus.

Aue Maria.

QVi ſemel hoſtem alicuius ſe declarauit, quacumque re poteſt nocere illi procurat, & omnem illius poteſtatem minuere, & fūditus ſi poteſt tollere conatur: quod in hæreticis ſatis ſuperque conſtat, quoniam velut viperarum genimina matris ſuæ Eccleſiæ viſcera rodere nunquam ceſſant, & cum in ea per baptiſmum fuerint nati, ab ea per hæreſim exeuntes, illam occidere volunt, omnem ab illa poteſtatem auferentes. *Hoſtes.* *Hæretici.*

Inter alia ergo quæ ab Eccleſia ſeparare nituntur, eſt poteſtas excommunicandi. Dicit enim Vviclef excōmunicationem à Papa, aut quocumq. alio prælato inflictam, non eſſe timendam, quod ſit cenſura Antichriſti. Ioannes Hus aſſerit Clerum ſuppeditare laicos per excommunicationem & alias cenſuras. Lutherus autem muros Hiericho deſtructę reædificare tentans, ait excōmunicatio-

nem non ſolum non eſſe timendam, ſed cum gaudio eſſe recipiendam & procurandam.

Vt ergo iſtorum & Caluini, qui cenſuris & excommunicatione vti ab alijs declinans cōtendit, ora obſtruamus, ex ſacris litteris oſtendamus Eccleſiā habere poteſtatem excommunicādi: deinde narrabimus incommoda quæ excōmunicato eueniunt propter ſolam excommunicationem, vt cognoſcant hæretici quantum ſit timēda, & quod pœnes Eccleſiam Romanā hæc iuriſdictio viget.

Poteſtatem excōmunicandi tribuit Chriſtus Eccleſię, cum apud Math. 18. ait: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: Si te audierit lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, quod ſi non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

Ethnicus. Quid autem eſt dicere, ſit tibi ſicut Ethnicus? Idem certe eſt ac ſi dixiſſet, nullam prorſus cum eo habeto cōmunionē, quoniam cōmunio cum infidelibus Chriſtianis eſt interdicta, vnde Pau-

lus. 1. Cor. 6. ait: *Quæ pars fideli cũ infideli?* 1. Cor. 6.
Et beatus Ioan. in ſua epiſt. 2. c. 1. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã non habet, nolite recipere eũ in domũ, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis vt in die Domini nõ confundamini.* Quod ergo fuit populo Iſrael Chananæo hoc, Chriſtiano homo fidelis: cũ ergo dicit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, idẽ eſt ac ſi dixiſſet, cũ illo nõ eſſe cõmunicãdũ. Vt autẽ ſententiã Eccleſiæ excõmunicãtis aliquem, ratam & firmã eſſe nullus dubitaret, addit: Amen dico vobis, quæcũq. alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælis.

Quæ verba exponens beatus Hieronymus in cõmẽtarijs ſuper Mat. ait: quia dixerat, ſi autẽ Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, & poterat contẽptoris fratris hęc occulta eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: Si me deſpicis & ego te deſpicio: Si tu me condẽnas, & mea ſententia condemnaberis: poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciãt qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina ſentẽtia roborari, & Hieronym.

quodcumq. ligatum fuerit in terra, ligari pariter in cęlo.

Videtis Hieron. hic tribuentẽ Eccleſiæ poteſtatẽ excommunicandi, & hoc non ex ſuo cerebro, quemadmodum hæretici faciunt, ſed ex verbis Euangelij, quæ de illa cẽſet poteſtate eſſe intelligenda.

Math. 18. Hieronymo conſentit Chryſoſtomus exponens illa verba Math. 18. Vide qualiter duplicibus colligauit neceſſitatibus, & pœna quæ hic eſt, ſcilicet ab Eccleſię proiectione: *Sit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* & ſupplicio futuro, quod eſt ligatum in cælo eſſe.

Chriſtianus Druthmarus ſuper Matthæum ſubiungit: Et fere eiſdem verbis quibus Hieronymus, ideo non fuit opus ea repetere, ſed ſatis eſt indicaſſe lectoribus. Eandem etiam ſententiam docet *Vrbanus Papa.* Vrbanus Papa & Martyr in epiſtola de communi vita & oblatione fideliũ. In ea enim epiſtola poſtquam inhibuit ne Eccleſiæ facultates caperentur, in alios vſus conuertendæ, & cuicumq. diripienti excommunicationem minatus, ne talem excommunicationem aliquis vilipenderet ait: Quod autem

ſedes Epiſcoporum in Eccleſijs excelſæ conſtitutæ & præparatæ inueniuntur, vt thronus, ſpeculationem, & poteſtatem iudicandi, & ſoluendi atque ligandi à domino ſibi datam materiam docent.

Vnde ipſe Saluator in Euangelio ait: quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Ioan. 20. *Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* *Ioan. 20.* Ideo iſta prætulimus (chariſſimi) vt intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Dominum veneremini, & eos vt animas veſtras diligatis, & quibus illi non communicant non communicetis, & quod eiecerint non recipiatis. Hęc Vrbanus papa & martyr, cuius Epiſtola habetur in eo volumine, in quo ſunt omnium conciliorum decreta coaceruata.

Hos autem doctores citaui, vt videat hæreticus qualiter illum Euangelij locum ſacri doctores ſint interpretati, ex illo colligentes Eccleſiam habere poteſtatem excōmunicandi. Verũ etſi ta-

lem poteſtatem Prelati Eccleſiaſtici habeant: non tamen debent illam temere, & pro leuiſſima culpa infligere: quoniam cum ſit acerbiſſima punitio, nullus ea pœna debet plecti, niſi pro crimine lethali, nec pro quolibet lethali ſed, vt patet ex contextu litteræ Euangelicæ, pro ſolo illo cui eſt admixta pertinacia. Leo papa huius nominis primus in Epiſtola ad Epiſcopos per Viennenſem prouinciam conſtitutos, quæ eſt 67. Nulli Chriſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus & dolens quodammodo debet animus vindicantis: cognouimus enim pro commiſſis, & leuibus verbis quoſdam à gratia communionis excluſos, & animam pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſæui ſupplicij ſauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine, diabolicis incurſibus, vt facile caperetur, obiectam.

Leo Papa.

Certe ſi quando cauſa talis emerſerit, vt pro commiſſi criminis qualitate aliquem iuſte faciat communione priuari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt,

quem reatus inuoluit, nec particeps eſſe debet ſupplicij, qui conſors non docetur commiſſi. Ex cuius verbis multa ſunt quę poſtmodum annotabũtur: quod autem noſtro propoſito ſeruit, eſt, excõmunicationem non eſſe irrogandam alicui, niſi pro culpa eaque graui.

Prius enim quam aliquis excõmunicetur diſcutienda eſt criminis qualitas; quod ſi in eo crimine inuentus fuerit, corrigendus eſt, & omnibus vijs ad pœnitentiam inducendus: & ſi monitiones contemnens pœnitere noluerit, nec ad rectum tramitem redire, tunc merito excõmunicandus erit, vt vel ſic confuſus & erubeſcens reſipiſcat: nam hic eſt vnus finis propter quem aliquis excommunicari debet, propter ſuam, excommunicati videlicet vtilitatem.

Vnde B. Paulus 1. Cor. 5. de Corinthio illo loquens qui cum Nouerca ſua coibat: *Iudicaui tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Videtis qualiter tradit Satanę, vt ſcilicet ſpiritus ſaluus ſit: & 1. Timoth. 1. Aliquos circa fidem naufragium paſ- *1. Cor. 5.* *1. Timoth.*

Hymen. Alexáder. ſos eſſe ſubdit: Ex quib' eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ vt diſcant nō peierare: & 2. Theſſ. 2. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur.

Primo ergo per excōmunicationem proſpicitur ipſius excōmunicati vtilitati, vt videlicet cum viderit ſe à cōmunione fidelium eiectum, vel ſic cōfuſus pœniteat male actorū. Sæpiſſime namque compertum eſt, vt excōmunicatione aliquis coactus, emendet quæ prius male geſſerat.

Cuius rei plurima poſſunt adferri exempla: Illud omnium maximum eſt quod narratur 9. Lib. Hiſt. tripart. Cap. 30. de Theodoſio Imperatore, qui ob crudelē multorū hominū cędē Theſſalonicæ illius iuſſu factam, ab Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo excōmunicatus eſt, & ab ingreſſu Eccleſiæ prohibitus eſt. Hanc excōmunicationē Imperator patienter tolerans, eo quod iuſte ſibi inflictam cognouit: octo cōtinuis menſibus ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinuit, domique manens, fletibus & gemitibus pœnitentiam peſſimi ſceleris

Theodoſius Imperator.

agebat, veniamque à Domino poſtulabat, quod Ambroſius plene cognoſcēs: poſt illos octo menſes Eccleſiæ communionem illi dedit: propter hoc autē factum nunquam Imperator fuit aduerſus Ambroſium etiam illis irritantibus indignatus: imo poſtea de hac re Ambroſium Conſtantinopoli laudauit. Multum certe profuit Theodoſio excōmunicatio illa, quę illum ad peccati ſui cognitionem adduxit, & illius pœnitentiam agere coegit.

Fœlix enim eſt neceſſitas quæ nos ad meliora perducit. Et propter hanc cauſam vocatur excōmunicatio medicinalis, quia finis eius eſt mederi peccatori, morbo peccati laboranti: erit namque medicinalis excōmunicatio, ſi eam non contempſerit, ſed potius confuſionem ſuam aſpiciens emēdet quæ male prius egerat: ſi autem contemnēs excōmunicationem, pœnitere negligat, tunc excommunicatio non eſt illi medicinalis, ſed lęthalis; verum etſi læthalis ſit, non tamen propter hoc excōmunicatio reuocanda eſt, quoniam excōmunicans non ſolum conſulit vtilitati ipſius excommunicati, ſed etiam

Medicinalis excōmunicatio.

incolumitati totius reliquæ communionis.

Quia enim vna pecus morbida inficit omne pecus, ideo pecus infecta ſequeſtratur ne reliquas attactu ſuo oues inficiat. Nec propter hoc paſtor iudicatur crudelis, ſed pius; imo crudelis, ſecors & ignauus eſſet cenſendus, ſi hoc non faceret. Vnde B. Ambroſius Lib. 2. De Off. Cap. 27. Cum dolore etiam amputatur pars corporis quæ putruit, & diu tractata niſi poſſit ſanari medicamentis: ſi non poteſt à medico bono, tunc abſcinditur; ſic Epiſcopi affectus bonus eſt vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere, poſtremo quod ſanari non poteſt, cum dolore abſcindere.

Ambroſ.

Non ergo vt hæretici obijciunt, eſt crudelis cenſenda mater Eccleſia, eo quod filium ſuum tam ſæuo ſupplicio punit, quia ad filij vtilitatem facit, quã ſi filius ſpreuerit, conſulit incolumitati aliorum, quia videlicet mauult, & recte, vnum perdere quam omnes.

Ex his ergo omnibus ſatis patet Eccleſiam habere poteſtatem excommu-

nicandi, & in quos, & propter quem finem talis excommunicatio eſt exercenda.

Præter hæc omnia ad eandem rem confirmandam, non leue, immo maximum pondus habet totius vniuerſalis Eccleſiæ antiqua conſuetudo, quæ per ſcripta & decreta ſummorum Põtificum, ſanctorum & doctiſſimorum cognoſcitur.

Deinde pluriumConciliorum decreta hodie extant, quibus dicitur: ſi quis tale aut tale fecerit excommnicetur, aut priuetur communione, aut Anathema ſit, quod idem eſt. Poſtremo in Concilij Conſtantienſis ſeſſione 8. condemnantur 45. aſſertiones Ioannis Vuiclef, quarum vna eſt hæc: Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius ſciat eum eſſe excõmunicatum à Deo, & qui ſic excommunicat; eſt hęreticus ex hoc, & excõmunicatus: Alia aſſertio eius ſic habet: Excommunicatio Papę & cuiuſcumque prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti. Quæ propoſitiones cum alijs eiuſdem, vna ſuper omnes lata ſententia damnatæ ſunt. *Concil. Conſtantienſe.*

Nunc ergo opus eſt vt oſtendamus qui ſint tales excõmunicationis effectus, vt hæretici cognoſcant illam nõ eſſe optandam, ſed maxime fugiendã. Primo ergo excommunicatus traditur ſatanæ, vt ab eo facilius & liberius torqueatur: nam etſi propter peccatum ante excõmunicationem iam ſit in dæmonis poteſtate, quia ſeruus dæmonis per peccatum eſt factus: tamen per excõmunicationẽ, maiorem in eo dęmon habet poteſtatem, vt facilius pro ſua libidine illum torquere poſſit: ante excõmunicationem enim etſi per peccatum charitatem amiſerat, quapropter Chriſto non eſt viuaciter coniunctus, non tamen ab eo eſt prorſus ſeparatus: quoniam per fidem nonnullam habet vnionem: ſicut membrum aridum carens vita, quod corpori per neruos & pellem coniungitur, & aliquantulo fouetur corporis calore. Et ob hanc fidem & coniunctionem particeps eſt orationum cõmunium quæ ab Eccleſia fiunt, & ſic dæmon non tantam poteſtatem in eum habet, vt pro ſua libidine illum vexet, quoniam reſiſtit virtus reliquorum membrorum

quibus

quibus eſt per fidem coniunctus. Poſt excõmunicationem vero deſtituitur hoc auxilio, & à corpore magis ſeparatur, ſicque dæmon poteſt eum facilius quam antea torquere. Certũ enim eſt quod is qui in ſordibus eſt, Apoc. 22. ſordeſcere poteſt adhuc: Quemadmodum qui iuſtus eſt, iuſtificari poteſt adhuc, ita qui in dæmonis erat poteſtate, poteſt adhuc magis illius poteſtati ſubdi.

Ioannes ſiquidem 13 c. refert dęmonẽ intraſſe in Iudã poſt acceptam buccellã panis, & tamẽ ante acceptam buccellã iam diabolus erat in eo, quia Ioannes antea dixerat quod diabolus miſerat in cor Iudæ vt traderet Chriſtum. Ecce diabolus qui iam Iudam poſſederat, iterum intrat in eum, maiorem in eum accipiens poteſtatem. Sic etiam eſt in excommunicato, qui per peccatum ante excommunicationem iam erat poſſeſſus à dæmone, ſeruus eius effectus: poſt excommunicationem vero maiorem in eum dæmon accepit poteſtatem. Non enim iam fouetur à corpore vt antea, quia nec iam bonorum Eccleſiæ eſt particeps, nec illi proſunt cõmunes Eccleſię orationes, nec pro illo publicas & ſo- *Ioan. 13.*

Nunc ergo opus eſt vt oſtendamus qui ſint tales excōmunicationis effectus, vt hæretici cognoſcant illam nō eſſe optandam, ſed maxime fugiendā. Primo ergo excommunicatus traditur ſatanæ, vt ab eo facilius & liberius torqueatur: nam etſi propter peccatum ante excōmunicationem iam ſit in dæmonis poteſtate, quia ſeruus dæmonis per peccatum eſt factus: tamen per excōmunicationē, maiorem in eo dęmon habet poteſtatem, vt facilius pro ſua libidine illum torquere poſſit: ante excōmunicationem enim etſi per peccatum charitatem amiſerat, quapropter Chriſto non eſt viuaciter coniunctus, non tamen ab eo eſt prorſus ſeparatus: quoniam per fidem nonnullam habet vnionem: ſicut membrum aridum carens vita, quod corpori per neruos & pellem coniungitur, & aliquantulo fouetur corporis calore. Et ob hanc fidem & coniunctionem particeps eſt orationum cōmunium quæ ab Eccleſia fiunt, & ſic dæmon non tantam poteſtatem in eum habet, vt pro ſua libidine illum vexet; quoniam reſiſtit virtus reliquorum membrorum quibus

quibus eſt per fidem coniunctus. Poſt excõmunicationem vero deſtituitur hoc auxilio, & à corpore magis ſeparatur, ſicque dæmon poteſt eum facilius quam antea torquere. Certũ enim eſt quod is qui in ſordibus eſt, Apoc.22. ſordeſcere poteſt adhuc: Quemadmodum qui iuſtus eſt, iuſtificari poteſt adhuc, ita qui in dæmonis erat poteſtate, poteſt adhuc magis illius poteſtati ſubdi.

Ioannes ſiquidem 13 c. refert dęmonẽ intraſſe in Iudã poſt acceptam buccellã panis, & tamẽ ante acceptam buccellã iam diabolus erat in eo, quia Ioannes antea dixerat quod diabolus miſerat in cor Iudæ vt traderet Chriſtum. Ecce diabolus qui iam Iudam poſſederat, iterum intrat in eum, maiorem in eũm accipiens poteſtatem. Sic etiam eſt in excommunicato, qui per peccatum ante excommunicationem iam erat poſſeſſus à dæmone, ſeruus eius effectus: poſt excommunicationem vero maiorem in eum dæmon accepit poteſtatem. Non enim iam fouetur à corpore vt antea, quia nec iam bonorum Eccleſiæ eſt particeps, nec illi proſunt cõmunes Eccleſię orationes, nec pro illo publicas & ſo- *Ioan.13.*

lemnes preces fundere licet.

Cuius rei hoc ratum ac manifeſtum teſtimonium eſt, quod cum in die paraſceues Eccleſia oret pro omnibus, etiã pro paganis, pro ſolis tamen excommunicatis qui publicè denunciati ſunt, non orat.

Quod ſi talibus auxilijs deſtituitur excommunicatus, vero ſimile eſt quod maiorem in eum dæmon habeat poteſtatem quam ante excommunicationẽ, etiam ſi in peccato fuiſſet: hoc autem Pauli teſtimonio 1. Cor. 5. comprobatur: Nam certum illum qui patris vxorẽ acceperat, tunc poſſeſſum eſſe à diabolo, tamen Paulus iudicauit illũ tradere Satanæ: & de Alexandro & Hymeneo qui à vera fide errauerant teſtatur, ſe illos tradidiſſe Satanæ. Vnde clare patet Paulum tradidiſſe Satanæ eos qui iam à diabolo poſſeſſi erant, ſed ſi ab eo poſſidebãtur, quomodo illos tradidit dæmoni & cur? Certe qui poſſidebantur, non prorſus ſub illius ditione erant, & ideo tradit vt magis ſint illi ſubiecti, & liberius poſſit illos torquere. Vt autem clarius pateat hæc veritas, & hanc eſſe verborum Pauli ſententiam, aliquorum ſanctorum teſtimonia proferam.

Pro qua re maxime facit illud epiſtolæ. 67. Leonis Papæ: Cognouimus enim pro commiſſis & leuibus verbis quoſdā à gratia communionis excluſos, & animam pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſæui ſupplicij sauciatā, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine, diabolicis incurſibus vt facile caperet obiectam. Quibus etſi reprehendat eos qui temere excōmunicationem inferunt, tamen ſatis aperte declarat hunc quē diximus excōmunicationis effectum. B. Aug. in lib. de verbis Apoſtoli ſerm. 68. eandem docet ſententiam: Omnis Chriſtianus (dilectiſſimi) qui à ſacerdotibus excommunicatur Satanæ traditur. Quomodo? quia ſcilicet extra Eccleſiam diabolus eſt ſicut in Eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur qui ab Eccleſiaſtica communione remouetur. Vnde illos quos tunc Apoſtolus Satanæ traditos eſſe prędicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat. *Leo Papa.*

Et B. Ambroſius exponens illud quod de Alexandro & Hymeneo ait Apoſtolus: Quos tradidi Satanæ vt diſcant nō blaſphemare, ita dicit: Traditio autem

hæc eſt, quia commotus Apoſtolus blàſphemis eorum, ſententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus eſt, vt auerſos à Deo accipiat in poteſtatem, audita ſententia corripit eos, vt intelligerent hac cauſa ſe pœnis aſtringi, quia blaſphemauerant.

Origenes. Eandem ſententiam docet Origenes Homil. 2. in lib. Iudicum: Non ſolum per Apoſtolos ſuos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, ſed & per eos qui Eccleſię præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi, ſed & ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis ſuis à corpore Chriſti ſeparantur: quæ verba in decreto citantur cauſa: 11. quęſt. 3. in capitulo. Audi. Sub nomine Hieronymi vitioſe citantur quæ Origenis ſunt. Hanc etiam ſententiam docet Antherus Papa, cuius doctrinam martyrium pro Chriſto ſuſceptum maxime commendat.

Si excommunicatio peior eſt morte, cur non timenda? Nunquid non omnes à natura habent, vt mortem horreant, formident? Multo ergo magis erit horrenda & formidanda excommu-

nicatio, quæ durior eſt morte. Secundus excommunicationis effectus eſt ſeparari ab aliorum communi conuictu, & contubernio, ita vt illis nec loqui valeamus, nec illos hoſpitio recipere: Paulus enim 1. Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec ſumere cibum. & 2. Theſſal. 3. *2. Theſſal. 3.* Quod ſi quis verbo noſtro non obedierit, per epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum illo vt confundatur: & 2. Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis vt in die Domini non confundamini. Ex his B. Ioannis verbis aperte conſtat excommunicatum eſſe priuatũ beneficio hoſpitalitatis, & familiari aliorum hominum colloquio.

Et beatus Calixtus Papa & Martyr in *Calixtus.* epiſtola ad omnes Galliarum Epiſcopos, has omnes pœnas excommunicationis, quę externæ ſunt, vno litteræ decurſu complectitur dicens: Excommunica-

tos quoque à Sacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſque partis iuſtam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec aue eis dicat: Quia quicũq. in his, vel in aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorũ inſtitutionem, & ipſe ſimiliter excommunicationi ſubiacebit.

Concilium quartum Carthaginenſe cap. 73. & Concilium Braccarenſe primum c. 33. inhibent ſub excommunicationis pœna, ne aliquis communicet excommunicato. Quid ergo videtur hæreticis? Sunt hęc omnia adeo bona, vt merito quemadmodum docetis ſint optanda? ſi illa eſſent optanda & perquirenda, non illa Beat. Paulus infligenda decerneret ad illorum confuſionem: nullus enim confunditur cũ fruitur illis, quæ maxime optauerat. Apoſtoli certe non confundebantur cõtumeliis ſibi pro Chriſto illatis, quia illas maxime optauerant. Ideo cum irrogabantur, ibant à conſpectu conſilij gaudentes, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Ita ſi excommunicatio bona eſſet, & ob id optanda, cum infertur nullus de-

beret confundi. Et tamen Paulus vult peccatorem excommunicari, vt excõmunicatus confundatur & reſipiſcat: Si Epiſcopus excommunicans alium (vt ex B. Ambroſij ſententia ſupra patuit) dolere debet, quia alium excommunicat: multo magis oportet vt doleat is qui excommunicatur; quoniam Epiſcopus non dolet propter ſe, ſed propter ſæuum quod alteri irrogat ſupplicium.

Verum hic monitos vos volo, vt non exiſtimetis communionem cum excommunicatis eſſe adeo interdictam vt non liceat vllo pacto cum illis conferre. Nam ſi aliquis hac ratione cum excommunicato loquitur, vt illum doceat viam rectam, & à via peſſima illum auertat, & reducat ad gremium Eccleſiæ, nõ eſt excommunicatus, & ſi eum à prauis ſuis actionibus auocarit, tunc mercedem accipiet.

Caluiniſtæ eximũt fideles à cẽſuris ob varia quæ permittunt habitare ſine diſpendio animæ cum excommunicatis: *Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe*: Sed hoc firmiſſime tenendum eſt, quod qui Eccleſiam Romanam non audit, eſt ſicut Ethnicus & Publicanus.

Oratio.

DOmine Deus qui voluiſti homines contactum mortuorum fugere in lege veteri, qui doces nos à ſocietate malorum recedere, vt deficiant à nobis mala, ſcimus quod periculoſa eſt hominum perditorum ſocietas, qui nos coinquinãt & deprauant; infunde in nos gratiam Spiritus ſancti, vt obedientes tuis & ſanctæ Matris Eccleſię monitis, excommunicatos rebelles reijcientes, & fugientes, beatis Angelis tandem ſociemur. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM TERTIAM QVA-dragesimæ.

Æqualis authoritatis ſunt ſanctę Romanæ Eccleſiæ traditiones, ſacræ ſcripturæ Bibliæ, quam integram nuſquam habebit Eccleſia.

SIcut in cælo Deus nobis celatur, ſic in ſacra pagina veteris & noui inſtrumenti, nec non in ſacris Eccleſiæ traditionibus: vniuerſi cælos intuentur, tamen Deum ibi recluſum & ſedentem non vident: ita omnes ſacros codices ſcripturarum ſacrarum & traditionum percurrimus, & veritatem Chriſtianam ſalutis noſtræ effectricem non animaduertimus, quæ nõ eſt ob id diminuta, quod ſacram bibliã *Scriptu. ſacra.*

integram nuſquam habituri ſimus.

Aue Maria.

Traditiones. Humanæ traditiones ſunt duplices. Aliquæ ſunt quæ nihil nouum inducunt, ſed tantum præſcribũt tempus, locum, & modum, quibus quædam pietatis & religionis opera à Chriſto probata & inſtituta, nec non præcepta opportune fiunt: ſicut eſt ieiunium, oratio, Eleemoſyna, audire verbum Dei, laudare, glorificare, gratias agere Deo, ſeruite illi in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris.

Aliquæ ſunt traditiones humanæ, quæ nouum aliquem cultum aut ritum aliàs non præſcriptum tradunt, vt eſt varietas veſtium, quia aliter Clerici ſimplices, aliter Epiſcopi, aliter Cardinales, aliter Monachi, aliter ſeculares, & inter ipſos Monachos Carthuſiani, Minoritæ & Minimi, cæterique induuntur:

Item varij ritus ſacrorum iuxta patriam, locum, & diem feſtiuum:

Aliquę traditiones ſunt receptæ ab

vniuerſali Eccleſia, ſcilicet dies feſti, ieiunia, organa, campanæ, forma adminiſtrandi & conſecrandi ſacramenta Latino idiomate &c. Quædam à particularibus prouincijs & Eccleſijs ſunt recepta, quædam ab Apoſtolorum tẽporibus dimanarunt, quędam ſunt recentiores: Antiquæ legis traditiones Euangelio conformes retinuerunt Apoſtoli, diſymbolas reiecerunt, vt hodie lotionem ſuperſtitioſam cubitalem, & quod hanc ſpernerent à Chriſto Domino tutantur aduerſus Cenſuram Phariſæorum.

Vt quid diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus cum panem manducant, & vos cur tranſgredimini mandata Dei ob traditionem veſtram? ait Saluator: Math. 15.

Æqualis authoritatis ſunt ſanctæ Romanæ Eccleſiæ traditiones, ſacrę ſcripturæ Bibliæ, quam integram nuſquam habebit Eccleſia: at multa ſunt dogmata hæreticorum quæ teſtimonio ſcripturarum minime refelluntur, ſed ſolum vniuerſalis Eccleſiæ traditione reijciuntur.

Hanc autem Eccleſię traditionem

plurimi hæreticorum ſubſannant: nam & ea ſe ab eis derideri queritur Iob. 30. *Iob. 30.* nunc autem rident ne iuniores tempore: quod exponens B. Gregorius ait: Omnes hæretici ætati vniuerſalis Eccleſiæ comparati iuniores tempore congrue vocantur, quia ipſi ab ea, non autem ipſa egreſſa eſt ab illis.

Vnde recte quoque 1. Ioan. 2. dicitur à nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſẽt ex nobis, permãſiſſent vtique nobiſcum: iuniores ergo tempore ſanctam Eccleſiam irrident, quum hi qui ab ea egreſſi ſunt, doctrinæ eius verba deſpiciunt. Ideo hoc iaciendum eſt ſolidiſſimum fundamentum, quo tanquam firmiſſimo præſidio aduerſus hæreticos ſæpiſſime in poſterum nos munire oportebit.

Vniuerſalis Eccleſiæ traditiones aut definitiones, in his quę fidem ſpectant, etiamſi aperta ſcriptura in earum cõprobationem deſit, non minoris ſunt authoritatis quam ipſa ſacra ſcriptura.

Hanc autem aſſertionem, vt non facile ruat, pluribus oportet rationibus fulcire. *Rationes traditionũ.* Prima, quia non minus efficax eſt ad docendum fidem, & mores vox

docentis quam ſcriptura: imo longe efficacior, quod vel authoreHieronymo in Epiſtola ad Paulũ de omnibus ſacræ ſcripturæ libris ſatis conſtat: habet neſcio quid latentis energię viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de authoris ore transfuſa, fortius ſonat. Dic ergo an præbeas fidem Euangelijs, eo quod ab hominibus ſcripta fuere, an quia à Deo ipſis hominibus inſpirata, qui & corda & manus eorum ad ſcribendum mouebat? Non dubito te hac ratione ad eorum fidem adduci, quod credis eos in ſcribendo diuino afflatos ſpiritu: quid ergo prohibet diuinum ſpiritum adſtare Eccleſiæ loquenti, perinde ac Euangeliſtę ſcribenti? Cum ipſe dicat Apoſtolis Math. 10. non eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.

Numquid Deus iam Eccleſiam ſuam deſtituit ſpiritu ſuo, vt per os eius loqui dedignetur vt antea? abſit, nam ipſe dicit: Math. 28. *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* *Math. 28.*

Si ergo creditis ſcripturæ diuinæ per manus Euangeliſtarum & Apoſtolos ſcriptę, cur nõ creditis voci diuinæ per

os Eccleſiæ prolatæ? At dicetis forte vos ſcire hanc ſcripturam eſſe diuinam, ac ideo vos illi prębere aurē, nec tamen ita ſcitis vocem illam eſſe diuinam, ac ideo non creditis, credituri autem ſi vobis aliqua ex parte innoteſceret, vocem illam Eccleſiæ hoc aut illud aſſerentis eſſe diuinam.

Obiectio. Dicite obſecro vnde ſcitis hunc librum eſſe Mathæi, illū Marci, illum vero Lucæ, aut illum Ioannis? num aſſediſtis ſcribentibus? Quod ſi dicitis vos hoc ſcire ex titulis qui eorum ſcriptis appoſiti ſunt, erit hac ratione vt non tenacius adhæreatis, vt credatis primū ex quatuor Euangelijs eſſe Mathæi, quā vt credatis librum de ciuitate Dei, aut de Trinitate eſſe Auguſtini: quod ſi annuitis, certe vacillat veſtra fides, & baculo tenerrimo innititur.

Quis enim neſcit quam ſæpiſſime errent titulorum inſcriptiones, adeo vt eundem librum duorum aut trium authorum diuerſis titulis inſcriptū reperiatis? quo fit vt pro talibus inſcriptionibus defendendis raro velim contendere. Ne autem negem primum Euangelium eſſe Mathæi, aut epiſtolam ad

Romanos eſſe Pauli, ceruicem libentiſſime gladio obijciam.

Verum forte dicetis (vt par eſt) vos credere hoc Euangelium eſſe Mathęi, illud vero Lucæ, quia Eccleſia ita teſtatur. Si ergo creditis Eccleſiæ dicēti hoc Euangelium eſſe Mathęi, illud vero Lucæ, quæ res eſt tam ſeria, vt ex ea cætera ferme omnia pendeant, cur non creditis eidē Eccleſiæ dicenti reliqua, etſi ſcripturis ea minime confirmet? Nunquid vt credatis Eccleſiæ dicenti hoc Euangelium eſſe Mathęi, exigitis ab ea teſtimoniū ex ſcriptura diuina, ſine qua minime crederetis? Nunquid oportuit Mathęum teſtareti de Luca, eum ſcripſiſſe Euangelium, aut Lucam hoc idem teſtari per ſcriptum de Mathæo? Si hoc ita eſt, vt sēper ſcriptura quælibet in ſui comprobationem alterius ſcripturę teſtimonium exigat, quis non videt hac ratione abeūdum eſſe in immenſum ſine fine? quo fiet vt nunquam ſcire quis poſſit certo de ſcriptura aliqua, eſſetne diuina, an humana: ſi vero hoc non exigitur, cur Eccleſiæ, abſque vllo diuinæ ſcripturæ teſtimonio dicenti vobis hoc eſſe Euāgeliū Mathęi, creditis, in alijs autē ſine ſcripturæ diui- *Obiectio.*

næ teſtimonio nō vultis credere? Nonne eadem eſt Eccleſia quæ aſſerit & illud? Nōne ſcripturarū diſcretio eſt res adeo ſeria, perinde ac quęuis alia?

Cęterum vt fortius agamus, & clari⁹ homines conuincamus, hoc vnū gratis donamus, vos abſq; ſcripturę ſacræ, & Eccleſiæ teſtimonio, ſed ſola ſancti Spiritus illuſtratione edoctos ſcire Euāgelium eſſe huius vel illius, ac ideo dicatis vos credere illi.

Dicite ergo, cur creditis Euangeliſtæ & nō Eccleſiæ, cuius ipſe Euangeliſta membrū vnum fuit, cū Eccleſia tāto Euāgeliſtas excellat, quāto integrū corpus ſingulis præſtat mēbris? ſi vni fiditis, cur diffiditis cunctis? ſi membro tribuitis tātū, cur toti corpori nihil tribuitis?

Præterea non legimus Chriſtum aliquid ſcripſiſſe, ſed ſolū verbo docuiſſe, ex cuius verbis multa prętereierūt Euāgeliſtæ, quorū nullā prorſus fecere mētionē: vnde Ioannes Euangeliſta vltimo Cap. ait: Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.

Chriſtus non ſcripſit.

Pari ergo ratione credendum eſt

nec eos

nec eos omnia quæ Chriſtus dixerit, ſcripſiſſe; quale eſt illud: Beatius eſt dare quam accipere: Paulus teſtatur Chriſtum dixiſſe, cum tamen nullus Euangeliſtarum illius dicti meminerit. Act. 20. & rurſus idē Lucas Act. 1. refert de Chriſto Domino noſtro, quod poſt reſurrectionem ſuam præbuit ſeipſum diſcipulis ſuis viuū in multis argumentis, per quadraginta dies apparens eis, & loquēs de regno Dei, ex quibus verbis vix vnū aut alterum verbum reperies: credendum eſt tamen Apoſtolos alijs verbo narraſſe tam facta quam dicta, atque ita ex ore in os, & ex pectore in pectus transfuſa, ad nos vſque perueniſſe ſine alio quouis ſcripturæ teſtimonio. *Act. 20.*

Inſuper multa fuerunt Apoſtolorum dogmata, & præcepta de regimine Eccleſiæ, quæ ſcripto minime fuerunt mandata, nam Act. 15. dicitur, quod Paulus electo Sylla profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus: perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmās Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum, & ſequēti capitulo de Paulo dicitur diſcipulo Timotheo in hunc modum: Cum au- *Act. 15.*

tem pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

Hæc parum noſtro propoſito conducunt, quoniam Apoſtolorum canones reperimus, quos ipſi ad regimen tunc naſcentis Eccleſiæ ediderunt, hos per 48. capita digeſtos, Iſidorus in principio Conciliorum collocauit: quos à Clemente Papa & Martyre (vt dicitur) tranſlatos, Zepherinus & Leo ſummi Pontifices, & ſexta Synodus approbarunt. Damaſcenus tantum illis tribuit, vt in fine 18. cap. lib. 4. de fide orthodoxa, videatur eos in numerum canonicorum librorum referre. Nam cũ de canonicis libris diſſerit, eorum catalogo recenſito, nulla prorſus diſtin- *Canones Apoſtolici.* ctione facta ſubnectit canones Apoſtolorum per Clementem.

Sed his dimiſſis, vel illud maxime noſtram aſſertionem confirmat, quod Paulus ait 2. Theſſal. 2. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram.* *2. Theſſal. 2.* 2. Timoth. 2. Tu ergo fili mi confortare in gratia quę eſt in Chriſto Ieſu: & quæ

audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt alios docere. Ex quibus duobus locis ſatis clare oſtenditur Paulum aliqua verbo ſolo tradidiſſe, quæ nuſquam ſcripto mandauerat.

Tunc peto an præcepta habeant vim & robur ſuum à ſcriptura, an ab animo obligantis? Si ex animo ſolum præcipientis pendent, quum voces æque animum teſtentur, ac ſcripturæ, qui fit, vt verbo ab vno ad alterum tranſmiſſa nō habeant æquam vim obligandi ſicut ſcripturæ. At dicetis verbis non eſſe tantam fidem adhibendam, quanta debetur ſcripturis, eo quod verba citius, faciliuſque permutantur, minuuntur, deprauantur, quam ſcripturæ: hanc integram non habemus.

Multi libri citantur in Biblia qui tamē non habentur: Ioſue 10. Liber iuſtorum. 4. Reg. 23. Liber fœderis. 2. Reg. 20. Liber iuſtorum. 3. Reg. 4. fit mentio de deſcriptionibus beſtiarum, arborum, herbarum, quæ ſcripſit Salomon. 2. Paralip. 9. liber Ahiæ Silonitis, & liber Nathan Prophetæ, & 5. libri Iaſonis. 1. Mach. vltimo liber ſacerdotij Ioannis;

Libri Biblia perditi. *Ioſue. 10.*

Ad Coloſsenſes vltimo citatur Epiſtola Laodicenſium, nec tamen eſt. 2. Cor. 5. ſit mentio de alia Epiſtola quam non habemus, Scripſi vobis &c. In Epiſtola Canonica Iudæ Prophetia Enos allegatur:

Eſto, ſed nunquid adeo ſemper diffidendum erit verbis, vt nunquam alicui credatur, niſi ſcripturis comprobet? Abſit. Hoc enim modo omnis conuictus humanus peribit: non crederē me incœpiſſe aliquando, non crederem talem eſſe patrem meum, & talem matrē meam. Nulli credere ac omnibus ſummę dementiæ eſt. Nonne teſtes ſunt efficaciſſimi ad rei cōprobationem? In ore duorum vel trium (inquit Chriſtus) ſtat omne verbum.

Quis autē efficacior teſtis eſſe poteſt, quā Eccleſia quæ oculatus teſtis eſt, quæ ſpiritu veritatis afflata, mendax eſſe nequit? Eccleſiam vero oculatum eſſe teſtem eorum quę refert, ſic cōuincimus, quoniam Eccleſia ex omnibus fidelibus conſtat, non ſolū præſentibus, verū etiam prēteritis, & in poſterū futuris. Aliàs tot oporteret Eccleſias fingere, quot ſecula fluxiſsēt. Cui tamen ſententiæ manifeſtę ipſe Eccleſiæ ſponſus ob-

uiat, dicens: Vna eſt columba mea, vna eſt amica mea: Cant. 6. & Apoſtolus 2. Cor. 11. *Deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere* Chriſto: Virginē dixit, nō virgines: Si ergo vna eſt, fieri oportet vt hæc eadē Eccleſia quæ nunc eſt, audierit Chriſtū prædicantē, viderit morientem, congratulata fuerit reſurgenti, conſpexerit in cælos aſcendentem, aſſederit Euangeliſtis & Apoſtolis ſcribentibus.

Si ergo eorū omniū Eccleſia teſtis oculatus, erit per omnia ei credendū, cū certū ſit eā neq. mētiri velle, neq. ignorare quæ aſſerit. Rurſus in primordio Eccleſiæ naſcentis, cum primo oriebabatur, poſt receptum Spiritum ſanctum, aliquod temporis ſpatium interiectum eſt, vſq. ad primā Euangelij conſcriptionem: Quo tempore nulli dubium, quin credendum eſſet Eccleſiæ circa credenda, & agenda à Chriſto mandata, etiamſi tunc Eccleſia omni ſcripturæ prẹſidio careret.

Erit ne forte dicendum vt breuior ſit nunc Eccleſiæ authoritas, quam tunc? Aut detrudemus Eccleſiam in tam anguſtos limites, vt eam nunc ex ſcripturæ teſtimonio pendere dicamus, quæ

olim minime pendebat? Erit ergo ſine vlla hæſitatione tenendum vniuerſalis Eccleſiæ traditionibus & definitionibus, etiam ſi hæc nullis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs comprobētur, tantam fidem eſſe adhibendam, quanta ipſiſmet ſcripturis debetur ſacris, quod illis linguā æque nunc moueat Spiritus ſanctus in locutione earum rerum, in quibus noſtra ſalus pendet, ſicut olim mouit manus ſcriptorum ad ſcripturas ſacras ſcribendas.

Sed ne hæc noſtris ſolum rationibus ductus dixiſſe videar, expedit vt oſtendam hanc eandem fuiſse mentem probatiſſimorum quorumcumq. virorum qui de hac re fecere mentionem. Auguſtinus in Epiſtola ad Ianuarium. 118. Illa quę nō ſcripta, ſed tradita cuſtodim', quæ quidem toto orbe terrarū oſeruātur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs conſilijs, (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata atque ſtatuta teneri. Vnde hæc quin ita facienda ſint diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Et in Epiſtola ad Caſulanum preſbyt. in his rebus de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura,

mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinũ coërcendi ſunt.

Alia ſunt quamplurima eiuſdem beati Patris huic propoſito conducentia teſtimonia, quorum omnium vel illud præcipuum eſt, aduerſus Creſſonium grammaticum ſcribens ait: proinde quamuis huius rei certum de ſcripturis non proferatur exemplum, earumdem tamen ſcripturarum, etiam in hac re à nobis tenetur veritas, hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ſimul ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli meruit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat.

Hoc etiam confirmatur teſtimonio Ioannis Damaſceni qui in 13. capite 4. libr. de fide Orthodoxa docens qualiter Deum adorare debeamus ad Orientem, dicit: non ſcripta eſt antehac Apoſtolorum traditio, nam multa ſine *Damaſcen*

ſcripto nobis tradita ſunt: idẽ quoq. 17. c. eiuſdem l. Eſt autem hæc traditio non ſcripta perinde ac adorationis ad oriẽtem, adorare ſcilicet crucem, & alia plurima his quæ dicta ſunt ſimilia.

Tertull. Tertull. l. de corona militis: Harum & huiuſmodi diſciplinarum ſcripturam nullam inuenies, religio inuenietur autrix, & conſuetudo confirmatrix. Sed *Origenes.* Origenes etiam in hanc manibus (vt dicitur) ac pedibus it ſententiam. Is enim Homil. 5. ſuper librum Numerorũ ſic ait: In Eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla, quę omnibus quidem facere neceſſe eſt, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod (verbi gratia) genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cœli plagis, ad ſolam Orientis partem conuerſi orationem fundimus, non facile cuipiam puto ratione compertum. Sed & Euchariſtiæ ſiue percipiendæ, ſiue eo ritu quo geritur explicandæ, vel eorum quæ geruntur in baptiſmo verborum, geſtorumque & ordinum, interrogationum, ac reſponſionum quis facile explicet rationem? Et tamen hæc omnia operta & velata portamus ſuper humeros noſtros,

cum ita implemus ea, & exequimur, vt à magno Pontifice & eius filijs tradita & mandata ſuſcepimus

Videtis hic qualiter Origenes teſtatur aliqua eſſe quæ nobis facere eſt neceſſarium, etſi eorum nulla ex ſcripturis ratio pateat, ſed ſola Eccleſiæ obſeruatio idem docet in procemio Lib. Periarchon. Iræneus etiam Lugdunẽſis Epiſcopus his ſubſcribit: Lib. 3. aduerſus Hæreſes Cap. 4. Tantæ igitur oſtenſiones cum ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, quia Apoſtoli quaſi in depoſitorium diues pleniſſime in eam contulerint omnia quæ ſunt veritatis, vt quicunque velit ſumat ex ea potum vitæ, hæc eſt enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures ſunt & latrones, propter quod oportet quidem deuitare illos, qui autem ſunt Eccleſiæ, cum diligentia magna diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim? & ſi quando de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oportet in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuer-

ſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & rei liquidum eſt. Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ſequi ordinem traditionis, quem tradiderunt hi quibus committebant Eccleſias? huius authoritas non parui eſt momenti, nempe citra ſanctitatem & doctrinam qua floruit, diſcipulus fuit Polycarpi martyris, quem Ioannis Euangeliſtæ diſcipulum fuiſſe plures teſtantur hiſtoriæ.

Abeant ergo hæretici, & quibus volent ſuas iactent inſanias, derogentque quantumcumque voluerint Eccleſiæ authoritati nam nihil horum per tot ſecula probatiſſimorum virorũ ſuffeciſſet authoritas, etiamſi nulla ratione ſuperius euiciſſem.

Denique ad completam huius ſententiæ cõfirmationem acceſſit Concil. Trident. ſub Paulo 3. celebratum Seſſ. 4. Cap. 1. ſacroſãcta œcomomica & generalis Tridentina ſynodus in ſpiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea tribus Apoſtolicæ ſedis legatis hoc ſibi ante omnia perpe-

Concilium Tridetinũ.

tuo proponens, vt ſublatis omnibus erroribus puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur, quod promiſſum ante per Prophetas in ſcripturis ſanctis Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius proprio ore primum promulgauit, deinde per Apoſtolos ſuos tanquam fontem omnis ſalutaris veritatis & morum diſciplinæ, omni creaturę prędicari iuſſit, perſpiciens hanc veritatem, & diſciplinam contineri in libris, ſcriptis & ſine ſcriptis traditionibus, quæ ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis accepta, aut ab ipſis Apoſtolis ſpiritu ſancto dictante, quaſi per manus tradita ad nos vſque peruenerunt orthodoxorum Patrum exempla ſecuta.

Omnes libros tam veteris quam noui teſtamenti, cũ vtriuſque vnus Deus ſit author, nec non traditiones ipſas cũ ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Chriſto vel à ſpiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis affectu & reuerentia ſuſcipit, & veneratur, Et poſt hæc verba Concilium recenſet omnes libros totius ſacræ ſcripturę tam veteris

quam noui teſtamenti, quibus omnibus enumeratis ſtatim hæc quæ ſequuntur, ſubdit. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non receperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, Anathema ſit.

Dicamus ergo in omnibus quę aut credenda aut agenda ſunt, Eccleſiæ eſſe obediendum, etiamſi ſcripturæ authoritas deſit, quamuis hæc ei deeſſe non poſſit, cum hanc ei authoritatem ipſęmet ſcripturę tribuant. nam alioqui qualiter aſſeremus Mariæ perpetuam virginitatem, aut filium dicemus patri conſubſtantialem cum hæc minime in ſacris litteris reperiantur, & firmiſſime credenda ſint?

Oratio.

DOmine IeſuChriſte, qui tuos diſcipulos dilectiſſimos ab imprudenti Phariſęorum cenſura reprehen-

diſti, infunde nobis rorem gratiæ tuæ, vt diuino lumine irradiati, ſacram ſcripturam canonicam admittentes, ſanctiſſimis Eccleſię traditionibus innitẽtes, humillime & ſimpliciter obtemperantes, ſub Chriſti Domini tutela perſeuerantes ad diuinam ſedem perueniamus Amen.

Digitized by Google

FERIA QVINTA POST DOMINICAM TERTIAM QVADrageſimæ.

Sacerdotibus Vxores habere non licet.

Socrus. SOcrus vxoris aut mariti mater eſt: Magiſter hiſtoriæ Eccleſiaſticę dicit mulierem Petro filiam vnicam nuptui tradidiſſe, eique domum, omniaque ſua contuliſſe. Venit ergo Chriſtus in domum Petri, quaſi labore prædicationis peracto cibum ſumpturus, ſed vere quidem hanc curaturus, quod vero Petrus ſocrum ſuam domi retinet, & illius ſollicitus eſt, docet generos idem ſuis facere: & tanta in vxorem dilectione efferueſcere, vt eos qui coniugis parentes ſunt,

velut ſuos & honorent & ſuſcipiant, nec ob id inferendum matrimonium ſacerdotibus permiſſum, cum nõ liceat ratione cælibatus Preſbyteris & in ſacris ordinibus conſtitutis vxores habere.

Aue Maria.

SAluator noſter Chriſtus Math. 19. inquit: *Sunt qui ſe caſtrarunt propter regnum Dei.* Quibus verbis apparet quatenus Dominus laudet, & probet talem cœlibatum, qui licet circa omnes homines ſit commendabilis, quam maxime tamen in his, qui diuinis ſunt mancipati obſequijs, atque ſacerdotijs, cum dicat Apoſtolus 1. Cor. 7. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſũt, quomodo placeat vxori. At quem magis decet, ſine mundi eſſe ſollicitudine, totamque mentis intendere curam, vt placeat Deo, quam ſacerdotem qui ad iuge Domini miniſteriũ eſt vocatus, & ſacro altari mancipatus? Vt igitur hęc omnia liberius abſque impedimento expediat, congruum eſt illi à coniugali

Math. 19.

1. Cor. 7.

Digitized by Google

nexu eſſe liberum: vt Diuus Petrus poſt obitum. vxoris legitimæ ſequutus eſt Chriſtum: hodie vero Eccleſia narrat illum ingreſſum domum Simonis & quod ſocrus Simonis tenebatur magnis febribus, quæ ſuffragio Petri & aliorum diſcipulorum ſanata miniſtrauit

Luc. 4. illis. Luc. 4.

Tunc Petrus vxore orbatus accepit claues, nec vſquam vxoratus ad Apoſtolatum aſcendit.

Nuſquam meminit ſcriptura, Euangelij tempore Sacerdotes duxiſſe vxores, neque Apoſtolos, neque quempiam

Hieron. piam alium. Hieronymus igitur in primo libro contra Iouinanũ, ſic loquitur contra ipſum: Proponit nobis Zachariam & Elizabeth, Petrum, & ſocrum eius fuiſſe vxoratos, ergo & Sacerdotibus noui teſtamenti licebit. At conſueta vecordia non intelligit, iſtos inter eos qui legi ſeruierunt debuiſſe numerari. Neque enim Euangelium ante crucem Chriſti eſt, quod Euangelium paſſione & ſanguine eius dedicatur. Inde dixit poſt reſurrectionem ſuam Apoſtolis, Marci, vlt. Ite in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni

creaturæ

creaturę, qui crediderit: &c. Ecce hic dicit Euangelium, atque poſt ipſius conſecrationem, per eius ſanguinem prędicare iubet. Et Paulus Rom.1.libere dicit: Non erubeſco Euangelium: nam virtus Dei eſt in illo, credentibuſque datur: hæcque virtus & conſecratio ſanguinis Chriſti eſt. Igitur poſt Chriſti paſſionem & ſanguinis fuſionē, reſurrectionemque Euangelium incœpit.

Quo fit vt licet Zacharias, Petrus, Philippus, vel etiam cæteri Apoſtoli habuerint vxores, eas tamen acceperunt & habuerunt eo tempore, quo Euangelium neſciebant, antequam illud fuit ſanguine Chriſti conſecratū. At poſtea cum aſſumpti ſunt in Apoſtolatum, & Euangelium diuulgatum eſt, illis mandatum vt prædicent, relinquūt officium coniugis: nam cum Petrus Math. 19. Luc. 18. ex perſona Apoſtolorum dicit ad Dominum: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*: Reſpondet ei Dominus: Amen dico vobis quoniam vos qui reliquiſtis omnia, &c. Et item, quoniam nemo eſt qui dimiſerit domū, atq. parentes, aut fratres, aut vxores, aut

filios, propter Regnũ Dei: Ecce dicit Regnũ Dei, qui non recipiat multo plura in ſæculo iſto, & in ſæculo futuro vitam æternam.

Ex quibus verbis colligitur, Apoſtolos quotquot horum prius habuerunt vxores tempore legis, poſtquam ad Apoſtolicum munus ſunt aſciti à Domino, eas quantum ad maritale conſortiũ reliquiſſe, non enim ea verba de dimittenda vxore dixiſſet ad Apoſtolos, ſi adhuc vxoribus, quantum ad vſum coniugij fuiſſent alligati. Neq. Petrus aſſeueraſſet coram Domino, ſe & ſuos condiſcipulos omnia reliquiſſe, ſi adhuc adhęſiſsent vxoribus.

Et quoniam ipſi Apoſtoli primi erant nouæ legis ſacerdotes, à Domino inſtituti, in huiuſmodi ſuarum coniugum abdicatione ab ipſis facta præmonſtrabatur pulchra quadam effigie, continentiã à ſacris Euangelicæ legis ſacerdotibus obſeruandã. Igitur ſi qui Apoſtolorum habuerunt vxores, hoc factum eſt antequam ſcirent Euangelium.

Præterea Nicænum Concilium hos quos reperit vxoratos ſacerdotes, permiſit explere coniugium, ne vltra vires

ſuas noua & inexperta caſtitas in labyrinthum laſciuiæ mergeret inexpertos. Igitur quando Concilium voluit prohibere, ne ſacerdotes, & Leuitæ, dormirent cum vxoribus quas ante conſecrationem acceperant, ſurrexit Paphnutius contra honorabiles, confeſſus nuptias, & caſtitatem, dicens eſſe cũ propria coniuge cõcubitũ. Hoc Paphnutius licet nuptiarum eſſet inexpertus expoſuit. Et Synodus laudauit ſententiam eius, & nihil in hac parte ſanciuit, ſed hoc vniuſcuiuſque voluntati, non neceſſitati permiſit. Sic etiam loquitur ſexta Synodus diſt. 31. nempe de vxoribus quas ante ſuam ordinationem duxerunt, vt cum illis maneant; non quod iam conſecrati ſacerdotes nubant: & quia in fauorem Græcorum Clericorum editum eſt hoc capitulum, ideo adhuc Græci ſacerdotes qui nolunt continenter viuere, ſibi ante ordinationẽ ſuam accipiunt vxores, quas licenter tenent ordinati, iuxta eandem ſextam Synodum diſt. 32. Si quis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem ſubdiaconatus fa- *Græci.*

ciat. Coercere tamen videtur eos, ne poſt conſecrationem contraherent, quanquam propter diſſimulandam eorum petulantiam, ac plane eorum fornicationem vitandam, iam ductas vxores retinere conceſſit.

Gregorius. Quod & beatus Gregorius Clericis Siciliæ per Epiſtolam ad Petrum ſubdiaconum permiſit, addens tamen ne cōſecretur vlterius quiſpiam in diaconū, niſi ſe caſte victurum promiſerit &c. Sic

Tit. 1. quoq. dicit Apoſtolus. 1. Timoth. 3. ad Tit. 1. oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, & diaconi ſint vnius vxoris viri; docens qualis eligendus ſit in Epiſcopum, nempe qui nō ſit bigamus, ſed vel cœlebs, aut vnius vxoris maritus, qui poſt electionem continere debeat ab vxore. Non enim dicit, eligatur Epiſcopus qui vnam ducat vxorem, & filios faciat: Sed, qui vnam habuerit vxorē, & filios omni diſciplinæ ſubditos, is eligatur. Nā qui ante ſacerdotium vel Epiſcopatum vnica fuit contentus vxore, ſignum continentię eſt: Quod voluit Apoſtolus experiri in electione, ne Iudæos in ea re ſectaretur, quibus vt plurimos filios procrearent, & vt plu-

res haberent vxores permittebatur.

Sic Abraham fuit trigamus, & Iacob quadrigamus: ita etiam iubet Apoſtolus eligi viduam quæ beneficio Eccleſiæ ſuſtentetur. 1. Timoth. 5. quæ fuerit vnius vxor viri, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios bene educauit, ſi ſanctos hoſpitio recepit, eiſque pedes lauit, &c. Igitur talia in vidua iubet experiri antequam eligatur & enutriatur bonis Eccleſiæ. Non dicit eligatur vidua, & ducat vnum virum, ac ſuſtentetur Eccleſiæ bonis, &c.

Falſa eſt præterea Iouiniani, Vigilantij, Vviclefui, & aliorum hæreticorum expoſitio, qui omnes conſpirant in eandem farinam, ſic exponentes Apoſtolum. Oportet Epiſcopum vnius vxoris virum eſſe, vt cum vna vxore continēter viuat, continentia ſcilicet coniugali, volentes vt Apoſtolus licentiam conferat nubendi Epiſcopo. Quod ſi nullus eſt Epiſcopus, & oportet ſit vni' vxoris maritus, ſequitur Ioannem Euangeliſtam non fuiſſe Epiſcopum, qui virgo electus eſt: Vel ſi vxor digniorem facit ad Epiſcopatum & ſacerdotium, cur non magis trigamos, aut bigamos

iuſſit ordinari Apoſtolus? Patet prçterea quantum à veritate aberrent qui voluptate cçcati, malunt audire hæreticos, quam doctores Chriſtianos.

Apoſtolus inſuper 1. Cor. 7. ex conſenſu ait, abſtinendum ad tempus à re vxoria, vt orationi vacetur. Si ergo hoc omnibus Chriſtianis maritis voluit dictum, quanto amplius illi congruit, nempe ſacerdoti, qui neceſſe habet quotidie Chriſti vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere? Porro non indignum fore viſum eſt Eccleſiæ primoribus, quatenus ſacerdotes cælibes viuant, & ab vxoribus abſtineant, quatenus ſic libere diuinis poſſint intereſſe officijs, Deoque placere. Nam qui in carne ſunt, dicente Apoſtolo Rom. 8. Deo placere nõ poſſũt.

Rom. 8.

Creſcente Eccleſia in multis Cõcilijs ordinatũ & ſtatutũ eſt, quatenus Epiſcopi, ſacerdotes, diaconi, ſubdiaconi, in cœlibatu viuãt: ſic Carthaginenſe, Aphricanum, Toletanum, Agathenſe, Gerundenſe, Meldenſe Concilium, omnia pariter concordarunt, & ſtatuerunt cœlibatũ miniſtris Eccleſiæ; nec debere aliquem aſſumi ad ſacerdotium, coniugij

vinculo conſtrictũ, niſi fuerit cõmiſſa cõuerſio, vt habet Aretalenſe Conciliũ. Sic in Neocæſarienſi habetur: Preſbyter ſi vxorẽ duxerit ab ordine deponatur. Sic in multis Concilijs inſtitutus eſt cœlibatus ſacerdotũ, & quidẽ ab his viris, qui longe maioris meriti, ſcientiæ, & virtutis fuerunt, quam noſtrates.

Inſuper inter Pontifices primus reperitur Calixtus Papa. 17. qui circiter annũ à Chriſto nato. 228. ita ſtatuit: Preſbyteris, diaconis, ſubdiaconis & Monachis concubinas habere, ſeu matrimonia cõtrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi, & perſonas ad pœnitentiã redigi debere, iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicamus. Hæc Calixtus Papa & Martyr. Super hac re & Syricius anno Chriſti trecenteſimo nono parem facit ordinationem. Sic ſucceſſores Pontifices videntes multa inconuenientia ſequi ex concubinarijs illis, ſemper hoc idem quod priores Pontifices, renouarunt, ac inſtituerunt cęlibatum, ſcilicet ſacerdotum in veteri lege, quamuis præ- *Calixtus.*

ceptum fuerit matrimonium iuxta illud Gen. primo, quod & reperitur nono capite: Creſcite, multiplicamini & replete terram: illud tamen ſublatum eſt à Chriſto, qui liberum dedit matrimonium, & ſimul dedit liberam caſtitatem, in hoc quod illam conſulit, tanquam melius bonum matrimonio, cum dixit Math. decimo nono: *Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum Dei: qui poteſt capere capiat.* Idem con-
1. Cor. 7. ſulit Apoſtolus. 1. Cor. 7. de virginibus præceptum non habeo, conſilium autem do. &c. quia bonum eſt hominem ſic eſſe: ſicque nunc in libertate cuiuſque eſt, an velit nubere, nec ne.

At ſi quis voluerit caſtitatem perpetuam vouere, ſiue voto ſimplici, ſcilicet apud ſe, vel voto ſolemni, ideſt ad manũ prælati, vel in facie Eccleſiæ, ille ſe priuat tali libertate, & de cõſilio facit ſibi præceptum, iuxta illud Numeri 30. iſte eſt ſermo quem præcipit Dominus: Si quis votum Domino vouerit, aut ſe iuramento adſtrinxerit, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit. & Deut. 23. cũ votum voueris Domino Deo tuo,

non tardabis illud reddere, quia requiret illud Dominus Deuus tuus;ſi autem nolueris polliceri, abſque peccato eris: Votum quidem voluntarium eſt, vt voueatur, ſed factum eſt neceſſarium vt reddatur: ſic Eccl. 5. dicitur:*ſi quid vouiſti Deo, ne morêris reddere, quodcũque voueris redde: multoque melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere.*

Quando ergo Sacerdotes,Epiſcopi, diaconi, ſubdiaconi, in ordinatione vouent, ac promittunt caſtitatem, ob id matrimonio copulari illis interdicitur:ſic Religioſi & Monachi ex ſua profeſſione quoque vouent ac iurant. Igitur numquam verum poſſunt habere matrimonium, quantumcumque etiã illud defendere nituntur hæretici, & ſic Apoſtolus. I. Cor. 7. inquit. dico non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint: quod ſi ſe non continent, nubant: melius eſt enim nubere quam vri, ideſt, quam deſiderijs carnis vinci, & quam maxime 1. Timoth. 3. Oportet Epiſcopum vnius vxoris eſſe maritum, filios habentem ſubditos cũ omni caſtitate, ne illis contingat ſicut

Heli cum filijs ſuis 1. Reg. 3. ergo iure ſacerdotes poſſunt nubere. Reſpondetur, Apoſtolum loqui de illis quibus eſt liberum contrahere, quoniam illis melius eſt nubere quam vri.

Qui ergo ſe illa libertate priuauerũt, nec bonũ, nec licitũ eſt illis nubere, neque vri: vtrumque enim malum eſt & illicitum. Similiter Paulus vult, vt in electione Epiſcopi, eligendus non ſit bigamus, vt dictum eſt. Nam in primitiua Eccleſia potuit promoueri in Epiſcopatũ vxoratus, eo quod ad manum ſemper aderant liberi. Sic & hodie fit, quod quis mortua vxore virgine, promouetur in ſacerdotem: ſed ſicuti iam tenetur vlterius viuere cœlebs, ſic etiã tunc cogebatur, alias pro adultero habitus fuiſſet, & depoſitus ab Epiſcopatu.

Nec legitur in Eccleſia primitiua, poſt promotionem Epiſcopum duxiſſe vxorem. Inſultant hæretici iterum: Apoſtolus 1. Timoth. 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium menda-

cium, prohibentium nubere. Tales autem ſunt iam Papiſtæ, qui prohibent nuptias ſacerdotibus, id quod prædixit Apoſtolus futurum: ob id non ſunt curandi nec audiendi. Reſpondetur Apoſtolum loqui dę hęreticis, qui dicunt nubere malum eſſe per ſe, quum Deus nuptias fecerit tanquam bonas Gen. 2. & approbauit eas ſua præſentia, vt patet Ioan. 2. & dimittere tamen nuptias propter continentiam ſeruandam, vt liberius Deo ſeruiatur, eſt, dimittere minus bonum propter maius: nec Papiſtæ prohibent matrimonium ſacerdotibus: ſed ſacerdotes ipſi ſe ſuo voto in ordinatione prohibent ſibi matrimonium. Inſurgunt iterum, & allegant illud Eccl. 5. *Diſplicet Deo infidelis & ſtulta promiſſio*, & in male promiſſis reſcindenda eſt fides; ſed ſtultum eſt vouere, quod non eſt in tua poteſtate, quale eſt continentia perpetua, dicēte ſcriptura Sapientiæ. 8. Non poſſum eſſe continens, niſi Deus det: & Chriſtus ipſe Math. 19. non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt, ſed quis ſcit an dare ſibi velit Deus? Quare vouere continentiam eſt ſtultum votum, &

Gen. 2.

Eccl. 5.

potius Dei tentatio, perinde eſt ac ſi quis voueret volare. Reſpondetur, ſi caſtitas adeo res eſſet naturæ impoſſibilis, tunc Chriſtus & Paulus nequaquam conſulerent hoc quod eſſet ſeruatu impoſſibile. At quia poſſibilis eſt caſtitas, ideo Chriſtus & Apoſtolus conſuluit, quamuis & hic neceſſarium ſit adiutorium diuinum, ſecundum quod dicit ſapientia, aliter eſſe nequeo continens, &c.

Igitur vouere caſtitatem non eſt ſtultum, nec diſplicet Deo caſtitas illa quā conſuluit. Inſuper non ſequitur, neſcio an daturus ſit mihi caſtitatem, nec ne, ergo non vouere debeo. Nam & in Baptiſmate vouemus Deo, renunciare diabolo; & tamen neſcimus an Deus velit conferre gratiam hoc faciendi necne. Et ſic votum matrimonij non eſſet faciendum, quia neſcitur an ſeruari poterit necne.

Sed ſi ita dubitare licet, vbi manet noſtra fides, & fiducia erga Deum? non dicit Apoſtolus ad Philippenſes 4. Omnia poſſum in eo qui me confortat, &
Marc 9. Marc. 9. credenti poſſibilia omnia, & Cap. 11. Omnia quęcumque orantes

petitis credite quia accepietis. Qui ergo inſpirat propoſitum vouendi, confert & gratiam perficiendi, modo in eum credatur, eiuſque gratia poſtuletur: quod enim gratia non datur omnibus, defect⁹ ex parte Dei nõ eſt, ſed ex nobis qui non diſponimus nos ad recipiendum auxilium Dei, nec recepto vtimur, vt amplius recipere, & adiuuari mereamur, nec amplectimur ea, quæ neceſſaria ſunt, vt auxilium Dei operetur in nobis, vt eſt abſtinentia, & frequentiæ hominum vitatio.

Videant igitur fractores votorum contra ſcripturam, quos aliquando pœnitebit. Præterea Paulus diſpenſauit cum viduis votiuis, vt nuberent 1. Timoth. 5. Sic papa diſpenſare debet cum ſacerdotibus, quibus vtique expediret potius vxores habere, quam ſcortari: nam numquid melius eſſet Sacerdotem vnam habere vxorem legitimam, quam cum multis ſcortis peccare in ſcandalum Eccleſię? Reſpondetur, quod hic videant maiores. *1. Timoth.*

Scortum. Certum eſt ex ſcriptura, ſcortum nutrire, malum eſſe, & contra diuinum præceptum Deuteronomij 23. Inſuper

nocte cubare cum muliere, ac cum illa in venerem ſudare, & mane Sacramenta tractare, nec non Miſſam celebrare, cum Achimelech. 1. Reg. 21. Cap. noluerit dare panem propoſitionis Dauid & ſocijs eius fameſcentibus, quouſque dicerent, ſe ad triduum vſque abſtinuiſſe ab vxoribus. Et Paulus 1. Cor. 11. iudicium dicit ſibi ſumere, qui indigne corpus Domini ſumit.

Achimelech. *1. Reg. 21.*

Igitur videant hic ſuperiores, vt vel grandæui eligantur ad ſacerdotium, vel in nunc temporis conditionem diſpenſent &c. At certum eſt hanc temeritatem fugitiuorum Monachorum ac Sacerdotum, contra ordinationem Eccleſiæ contrahentium matrimonia, eſſe omnino exitialem, nec matrimonia eorum licita, neque vera aut iuſta.

Omni tempore in Eccleſia cœlibes reperti ſunt, qui nec ante, nec poſt conſecrationem, ideſt ordinationem duxerunt vxores. Tempore naſcentis Eccleſię vſque ad Syricij & Innocentij tēpora coniugati ordinabantur in Sacerdotes. Et arbitrium erat, vt in officio maritali permanerent, aut ſeruato vinculo, & cura domeſtica ab officio

Cœlibes.

coniugali abſtinerent. Hoc ſecundum Beatum Ambroſium fecit perſonarum defectus, & Apoſtoli non ſemper inuenerunt ex conuerſis cœlibes, & idoneos ad miniſterium ſacerdotale. Nunquam tamen tempore Euangelij exiſtens in Sacerdotio, potuit iure ducere vxorẽ: & ſic Syricij & Innocentij temporibus omnimoda continentia Sacerdotibus Latinæ Eccleſiæ eſt indicta: cum autem deſineret defectus perſonarum in Eccleſia tũc cælibatus impoſitus eſt, quod in principio Eccleſię coniugati ſunt ordinati Diſt. 28. Cap. ſi quis: & Concilium Gangrenſe Cap. 4. Nicęna ſynodus Diſt. 28. item excommunicauit ſexta ſynodus repellentem vxorem, etiam poſt tempora Syricij Cap. Quoniã. Diſt. 21. & Cap. Aliter & Cap. Cum olim: Extra, de clericis coniugatis. *Concilium Gangrenſe*

Attamen Græci volentes contrahere debent id facere ante ordinem ſubdiaconatus Cap. Si quis eorum. Diſt. 32. hoc quoque hodie obſeruant. Sed cũ deſineret defectus perſonarum, cœlibatus cõſtitutus eſt: Syricius Diſt. 28. Cap. Plurimos. & eadem diſtinctione. Innocentius Cap. Propoſuiſtis. Confirmauit *Græci.*

Leo. Cap. Omni. Diſt. 32. ratum habuit Gregorius Cap. nullus. Diſt. 28. nuſquã præcepit Chriſtus Sacerdotem vxorẽ ducere, neque ſcandalum ſacerdotum incontinentium ſoluit legem illam: Alioqui nullum mẽdacium eſſet permittendum. &c.

Angeli & ſacerdotes collati. Aduertendum quod Angeli quatuor habent conditiones in quibus ſacerdotes eos imitentur oportet. Sunt enim immateriales, ſiue ſubſtantiæ ſeparatæ, intellectuales, pleni ſcientia, & veritate, orbium ſunt motores, & rectores hominum, ſpiritus ſunt carnem & oſſa non habentes. Tales debent eſſe Sacerdotes per continentiam vt motus paſſionum non ſequantur: in cuius figura dictum eſt Petro: Caro & ſanguis non reuelabit tibi Math. 16. Alectorius lapis pretioſus generatur in gallis caſtratis, extinguit ſitim, reddit hominem honorabilem, diſertum. Iſte lapis ſignat continentiam Clericalem, qui non reperitur niſi in his qui ſuos refrenant carnis ardores ob regnũ Dei. Math. 19. Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnũ Dei. Hæc virtus extinguit ignem fornicationis. Sap. 10. data

10. data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro: lapis durus eſt continentia: Continentia honorat, luxuria infamat & perdit incontinentem: concupiſcentia Holophernis confudit eum: Vna mulier Hebræa fecit confuſionem Iudith. 14. in domo Nabuchodonoſor.

Sacerdotes infames per incontinentiam nec digni ſunt orare, nec prædicare: Sacerdotes non carne, ſed ſpiritu viuentes ſunt intelligentijs ſimiles, quorũ figura eſt Nathã Propheta: Eccl. 47. & ſurrexit Nathan Propheta, & quaſi adeps ſeparatus à carne: de his apud Pſalmiſtam dicitur: qui facis Angelos tuos ſpiritus: Angeli docent & illuminant, labia ſacerdotum ſeruant ſcientiã Euangelicam, & requirenda eſt lex de ore eorum: ſacerdotes monent. Principes ad tutelam populi: regunt homines & cuſtodiunt opere & ſermone. *Eccl. 47.*

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, qui agnus caſt⁹ ſacerdo-

tes in omni caſtitate viuere cœlibes voluiſti, vre igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, vt caſte & pie viuentes, altaribus addicti digne & laudabiliter ſacratiſſimas hoſtias pro peccatis noſtris, & totius populi immolemus. Amen.

Digitized by Google

FERIA SEXTA POST DOMINICAM TERTIAM quadrageſimæ.

Sicut Monogamia, ita Polygamia in Eccleſia *Dei cauetur.*

INter diuerſos & multiplices Eccleſię Romanæ ſtatus, tres maxime comperiũtur, ad quos vniuerſa mundi conuerſatio redigitur: Virginitas, Cœlibatus, & Coniugium. Hos gratos Deus habuit: ex Virgine naturam aſſumens, Annam viduam dono Prophetiæ illuſtrans, & nuptias ſanctificans præſentia ſua, & tranſſubſtantiatione aquæ in vinum in Cana Galileæ: Matrimonium tunc honorauit, vt nos Monogamiam atque Polygamiam in Eccleſia Romana ſponſa ſua reijceremus. *Tres ſtatus Eccleſiæ.*

Aue Maria.

Cataphryg. CAtaphryges primas nuptias admittunt ſecundas dānāt: harum princeps Montanus laqueo ſe ſuſpēdit. Eūdē er-*Hæretici.* rorem poſtea Tertullianus docuit, qui etſi prius contra hos certaſſet, poſtea tamen ad Cataphryges redijt, eorum errorem defendens. Extat vſque hodie codex quem pro huius erroris defenſione fecerat, qui inſcribitur de Monogamia. Poſt iſtos ſucceſſit in eodem errore Nouatus quidam preſbyter Romanus tempore Cornelij Papæ & Martyris, à quo Cathari & Mundini originē traxerunt, ſic nuncupati munditię ergo, quam ſuperbiſſime & odioſiſſime iactabant. Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus, dicit hunc eſſe vnum ex erroribus Græcorum.

Hæc hæreſis facile conuincitur per id quod habetur in Deuteronomio 25. quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſq. liberis mortuus fuerit. vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemē

Digitized by Google

fratris ſui,& primogenitum ex ea filium nomine eius appellabit.

Ecce hic videtis ſecundas nuptias non ſolum permiſſas, ſed præcepto mãdatas. Quod ſi hoc licuiſſe illis dixeritis, tunc tempore legis veteris, non autem nunc, tempore legis gratiæ: obſtat id quod ait Paulus in ea quæ ad Romanos epiſtola cap.7. *Mulier viuente viro vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro: Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.* Et in priore epiſtola ad Corinthios cap.7. expreſſius hanc confirmat ſentẽtiam dicens: Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quod ſi dormierit vir eius, ſoluta eſt à lege viri, cui autem vult nubat? tantum in Domino. *Rom.7.* *1.Cor.7.*

Nihil expreſſius dici poterat ad huius erroris expugnationem. Sed impij & blaſphemi Cataphryges videntes tam apertum ſcripturæ locum, vt nullum illis pateret effugium, Paulum non recipiunt, dicentes illum non plene recepiſſe Spiritum ſanctum, ſed ſolum ex parte prophetaſſe, ac proinde aſſerunt nõ eſſe illi credendum, ſed magis creden-

dum eſſe Montano hæretico eorum Principi & magiſtro, in quem dicunt Spiritum ſanctum plene deſcendiſſe.

Iſtorum error non eſt rationibus conuincendus, ſed vltricibus pœnis coercendus. Præterea multi ſancti homines, quorum nomina ſunt ſcripta in libro vitæ, ſecundas contraxerunt nuptias.

Gen. 25. Si ergo ſecundæ nuptiæ damnantur, & illos damnare oportet qui in illis vitam finierunt. Gen. 25. Abraham poſt

Nohemi. mortem Saræ primæ vxoris duxit ſecũdam vxorem quandam Cethurã. Ruth mulier ſcripturæ teſtimonio ſãcta, mortuo ſuo primo viro filio Nohemi nupſit ſecundo viro, qui dictus eſt Boos. Tob.

Sara. 6. 8. & 14. Sara vxor Tobiæ iunioris, mulier etiam ſcripturæ teſtimonio probata, poſt ſeptem viros quos habuerat, & dæmon occiderat, nupſit Tobiæ iuniori, in quo matrimonio permanſerũt Domino famulantes, ita vt accepti eſsẽt tã Deo quã hominibus, & cunctis habitantibus in terra. *Mulier Samaritana quæ quinq. viros habuerat, nõ propter hoc reprehenſa eſt à Domino, ſed quia ille quẽ habebat*

non erat ſuus Vir. Ioan 4. Nã ex eo quod illos quinq. appellauit viros eius, videtur approbaſſe illorum matrimonium.

Si non fuiſſet verũ matrimoniũ cum ſecũdo, tertio, quarto, & quinto, nullus illorũ fuiſſet vir eius, quoniam per matrimoniũ fit, vt vir dominetur corpori mulieris, & mulier dominetur corpori viri.

Si ergo quinq. viros habuit, ergo quinquies verũ matrimonium contraxit: de qua re cum non fuerit à Chriſto reprehenſa, conuincitur ſecundas, & tertias, & omnes ſequentes poſſibiles nuptias non eſſe illicitas.

Hieronymus epiſtola de Monogamia: ad Gerentiã, narrat duas perſonas viles extitiſſe: Virum qui viginti vxores habuerat, mulierem viginti duobus viris iunctam: Expectatur victoria, vicit maritus, & à toto vrbis Romæ populo coronatus, eſt qui multinubæ vxoris feretrũ præcedebat cum ad ſepulchrum duceretur. *Vir xx. vxorum Mulier xxii. virorum.*

Scribit conformiter Athenæus Gymnoſophiſtarum lib. 13. cap. 22. Mulierem Targeliam Mileſiam quatuordecim viris nupſiſſe. *Targelia.*

Demum aduerſus Mongamiam extat Concilij Nicæni definitio quæ habetur cap.8. decretorum eiuſdem Concilij. Ibi enim Concilium præcipit, vt qui ex Nouatianis ad Eccleſiam Catholicam redire voluerit, non recipiatur, niſi prius per ſcripturam fateatur ſe cōmunicaturum cum ijs qui ſecundas nuptias forte experti fuerint. Et Conciliũ Florentinum quod pro vnione Grecorum ſub Eugenio quarto huius nominis Pōtifice celebratum eſt, de hac re per ſequentia verba definit: Quoniã nonnullos aſſeritur, quartas nuptias tanquã condẽnatas reſpuere: ne peccatũ vbi nō eſt, eſſe putetur, cũ ſecundum Apoſtolũ mortuo viro mulier ſit ab eius lege ſoluta, vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatẽ, nec diſtinguat mortuo ſecũdo, vel tertio, declaramus non ſolum ſecundas, aut tertias, aut quartas, atq. vlteriores, nuptias ſi aliquod canonicũ impedimentũ non obeſt, licite cōtrahi poſſe. Commẽdatiores tamen dicimus ſi vlterius à cōiugio abſtinẽtes in caſtitate permanſerint. Sicut Monogamia, ita Polygamia in Eccleſia Dei cauetur.

Authores Polygamiæ noſtro ſæculo sũt

Anabaptiſtæ; niſi forte quis vellet ad hanc hæreſim reducere errorẽ Adamitarum, qui connubia promiſcua licita eſſe dixerunt: ſed certe ex illis quæ Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum de huiuſmodi Adamitis refert, non poteſt colligi illos cenſuiſſe talia promiſcua connubia eſſe vera matrimonia. Si hoc illi cenſuerunt, aperte conuincitur inde illos ſenſiſſe non ſolum licere cuilibet duas habere vxores, ſed quotquot voluerit. Si vero illi non hac intentione permiſerint promiſcua connubia, vt putarent illa eſſe vera matrimonia, neſcio qua ratione poſſit tribui illis Polygamia, ſeu pluralitas vxorum. Et quia hoc de illis mihi non cõſtat, ideo dixi Anabaptiſtas eſſe primos huius hæreſis authores, quanquam hi etiam permittunt promiſcua connubia quemadmodum Adamiani, non tamen dicunt talia connubia eſſe vera matrimonia, ſed ſolas permiſſiones, propter feruentem libidinis ardorem. *Anabaptiſta.* *Adamiani.*

Thomas de Vio Cardinalis Caietanus, quamuis non concedat vxorum pluralitatem eſſe licitam, dicit tamẽ legem de vnitate vxoris non eſſe in ſa- *Caietanus*

cris litteris ſcriptam : & addit hanc Theologorum ſententiam. Ne quis autem putet me falſo hoc tribuere Caietano, verba illius referam quæ ille in Cōmentarijs ſuper 10. Cap. Marci ſcripſit : in illo ſiquidem loco, poſtquam dixerat Matrimonij vinculum per vxoris adulterium diſſolui, hæc ſubnectit : hic apparet planus litteræ ſenſus, quem ideo exacte explicaui vt intelligatur verum eſſe quod Theologi dicunt, ſcilicet legem de vnitate vxoris nullibi in canonicis libris ſcriptam.

Ex hoc quod lex aliqua non ſit in libris canonicis ſcripta, non ſequitur illam non eſſe diuinam: ſunt enim multę leges diuinæ quæ non ſunt in ſacra pagina contentę.

Dimittamus Caietanum, qui licet differat ab Anabaptiſtis, per hoc quod ille non dicit eſſe licitam vxorum pluralitatem, prout illi dicunt, hoc tamē inter eum & Anabaptiſtas conuenit, quod vtrique negant legem de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptam, & ideo pro hac re eos ſimul eodem gladio ferire oportet.

Dimittamus conſulto Caietanum,

& contra impios Anabaptiſtas probemus non eſſe licitam vxorum pluralitatem: Illis oſtendam apertiſſimis teſtimonijs legem de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptã. Quod nulli viro liceat viuente vxore ſua aliam ducere vxorẽ (duas enim vxores ſimul habere ius vetat) apertiſſime conuincitur, per hoc quod vir ille cum ſecunda vxore contrahens, nihil illi tradit: vnde ſequitur vt nec mulier illi aliquid tradat, & per conſequens vt nullus in hac re ſit inter illos contractus, nullumque Matrimonium: nam in omni Matrimonio interuenit quidam contractus, quo ſua corpora ad actum generationis permutant, cum vterque alteri ſui corporis poteſtatem tribuit: mulier ſiquidem quando viro nubit, non tradit illi gratis ſui corporis poteſtatem, ſed propter æqualem compenſationem, quia videlicet ille tradit etiam ſui corporis poteſtatem mulieri.

Ob id in contractu Matrimonij inſeri ſolẽt à Iuriſperitis & Theologis hæc verba; do vt des, do ſi des: quia nullus coniugũ donat liberaliter ſui corporis poteſtatẽ alteri, ſed ſolum cum condi- *Contractus Matrimonij.*

tione retributionis.

Hunc contractum mutuæ donationis corporum inter coniuges initum aperte docet Paulus 1. Cor. 7. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* Hanc autem poteſtatem ſupra corpus mulieris non aliunde habet vir, niſi ex donatione mulieris; & mulier non habet poteſtatem ſupra corpus viri, niſi ex donatione viri. Eſt ergo inter coniuges ſuorum corporum mutua donatio, & per conſequens manifeſtus contractus.

Ex his omnibus clare patet, virum qui priore vxore viuente contrahit cũ ſecunda, nullam ſui corporis poteſtatem illi ſecundæ dare, quia quando cũ priore vxore contraxit, nullam apud ſe retinuit ſui corporis poteſtatem: non potuit ergo dare ſecundæ quod non habebat: quia nemo poteſt dare quod non habet.

Si ille non poteſt viuente prima vxore, poteſtatem ſui corporis tradere alteri mulieri, ergo nec poſt ab alia muliere poteſtatem corporis illius recipere, quia illa vt diximus, non poteſt

ſuis corporis poteſtatem gratis & liberaliter viro tradere, ſed ſolum commutando illam pro poteſtate corporis viri.

Si illi duo non poſſunt ſuorum corporum poteſtates commutare, ergo nec poſſunt inter ſe matrimoniũ contrahere. Forte aliquis reſpondebit, concedens, virum tradidiſſe poteſtatem ſui corporis primæ vxori, non tamen plenam & integram, ſed aliquam ſibi ſeruaſſe, quam poſtea tradere poſſet ſecundæ: verum hęc reſponſio facillime conuincitur per id quod Paulus ait. 1. Cor. 7. *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.*

Non fuit contentus Paulus dicere mulierẽ nõ habere poteſtatem corporis ſui, ſed dicere voluit, virum non habere poteſtatem corporis ſui, vt plane oſtenderet illum in hac re nihil ſeruaſſe ſibi quod poſſet alteri mulieri tradere.

Præterea, ſi vir cũ prima vxore cõtrahens aliquã corporis ſui poteſtatẽ apud ſe retinuit, vt illam alteri poſſet dare, hinc aperte conſtabit illum neque cum prima, neque cum ſecunda verum

contrahere matrimonium, quia cum neutra illarum veram facit corporis ſui commutationem, cum non tantā corporis ſui poteſtatē illi tribuat, quantam ab illa recipit. Nam mulier cum non poſſit (vt Anabaptiſtę fatentur) duos viros ſimul habere, ſemper integram ſui corporis poteſtatem tribuit viro cui nubit: ergo vir cum illa contrahens, integram ſui corporis poteſtatem illi tenetur reddere: quia Paulus de viri & vxoris poteſtatibus loquens, pares in hac parte illos fecit. Et certe ſi vir non tantam ſui corporis poteſtatem vxori daret, quantam ab illa recipit, iniuſtus eſſet talis contractus, & lege diuina prohibitus.

1. Theſſ. 4. Nam 1. Theſſal. 4. Paulus ſic loquitur. Ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus.

Anſelm. Supergredi, vt hoc loco docet Anſelmus, eſt aliquid plus accipere in negotio, quam dare. Circumuenire autē eſt, per dolum aut fraudem, alium in negotio aliquo decipere. Vtrumque

horum eſſe peccatum ſatis aperte docuit Paulus, per id quod ſtatim addidit: quoniam vindex eſt Deus de his omnibus. Nunquam autem Domin⁹ de homine vindictam ſumit, niſi propter peccatum. Hinc ergo apertiſſime colligitur, virum qui viuente prima vxore contrahit cum ſecunda, ſupergredi in negotio matrimonialis cōtractus illam ſecundam, quia non tantum illi reddit, quantum ab illa capere nititur. Si vero cum prima hoc animo contraxit, vt non integram ſui corporis poteſtatem reddere voluerit, ſed aliquam ſibi ſeruarit quam alteri tradere poſſet, tunc non ſolum ſupergreſſus eſt primam, ſed etiam circumuenit illam, quia nec tantam ſui corporis dedit poteſtatem mulieri, quātam illa ſui corporis dedit illi: neque tantam dedit quantam illa ſperauit, & quantam iuſte potuit credere ſibi fore à viro reddendam: & inde cōuincitur cum nulla illarum verum cōtraxiſſe matrimonium.

Rurſum ſi vir vxore prima viuente poteſt adhuc ducere ſecundam, pari ratione viuentibus duabus poterit ſuper inducere tertiam, & quartam, &

quintam, & deinceps quotquot alere poteſt. Si hoc Anabaptiſtæ concedere non verentur, hoc ipſo oſtendent ſe potius Mahumeticos eſſe quam Chriſtianos, & concedent virum minimam ſui corporis poteſtatem poſſe tradere vni cuilibet mulieri, cum tamen quęlibet illarum integram ſui corporis poteſtatē tradit illi. Deinde ſtatuamus vt omnes illę vxores ſimul petant debitum coniugale ab illo viro, quæro ab Anabaptiſtis, vt dicant cui illarum tenebitur vir reddere debitum. At omnibus obligatur reddere, aut nulli, quia non maiori ratione tenetur vni quam alteri. Omnibus autem ſimul non tenetur, quia omnibus ſimul reddere nō poteſt, ergo nulli tunc tenetur, & inde ſequitur quod nulla illarum tunc habeat poteſtatem corporis illius viri, & per conſequens nulla illarum ſit vera vxor.

Accedit ad hęc omnia, quod illa vxorum pluralitas eſſet maximus fomes diſcordiæ, quia multarum rixarum & contentionum perpetuam pręberet occaſionem: quælibet enim illarum, vt virum ſibi magis propitium, & ardentiorem

tiorem ſui amatorem faceret, ſemper procuraret illum alteri vxori reddere inuiſum & infeſtum. Et huius rei aperiſſimum nobis teſtimonium præbent vxores Iacob, Lya & Rachel, quæ etſi ſorores erant, & ideo ſe magis diligere debebant, vitio tamen zelotypiæ inter ſe rixabantur.

At cum Deus nihil magis nobis cõmendauerit quam pacem, & propter meliorem illius obſeruátionem, omnes belli, & diſcordiæ occaſiones ſuſtulerit, conſequens eſt vt ipſam etiam vxorum pluralitatem prohibuerit, quia illa perpetuam facile poteſt præbere diſcordię occaſionem.

Omiſſis his omnibus argumentis, quæ apertiſſime cõuincunt cõtra Anabaptiſtas, vxorũ pluralitatem non eſse licitam opus eſt vt iam probem legẽ de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptã. Lex de vnitate vxoris eſt apertiſſima in illis verbis quæ formata Eua, Deus per os Adæ dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit homo vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Gen. 2. In quibus verbis id annotare opertet quod non dixit, adhærebit v- *Gen. 2.*

xoribus ſuis, ſed adhærebit vxori ſuæ, neq.dicit:erũt tres aut quatuor aut plures in carne vna. ſed dixit: erunt duo in carne vna. Quibus verbis aperte oſtendit Deus, ſancitum eſſe ab eo, vt vnus vir vnam, & non plures ſimul habeat vxores.

Quod autem illa ſint verba Dei,& nõ Adæ,ipſe Saluator noſter aperte docet apud Math.19. vbi Phariſæis petentibus ſi liceret homini dimittere vxorem ſuã quacumq. ex cauſa,reſpondit: *Non legiſtis quia qui fecit ab initio maſculũ & fœminam fecit eos,& dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna.*

Math.19.

Hæc verba dicta à Deo,& per os Adæ tanquã per os præconis diuini proclamata,legẽ apertiſſimam de vnitate vxoris declarant.

Et in hunc ſenſum Saluator noſter illa citauit contra Phariſęos, volens ex illis probare, vt ex contextu litteræ cõſtat, non licere viro,prima vxore viuẽte alterã ducere, neq. primam dimittere. Hieronymus in cõment.ſuper Math.interpretãs illa prædicta Saluatoris noſtri verba ait:hoc in exordio Geneſis ſcriptũ

eſt. Dicendo autem maſculum& fœminam,oſtendit ſecunda vitanda eſſe coniugia. Non enim ait: maſculum & fœminas, quod ex priorum repudio quærebatur, ſed maſculum & fœminam, vt vnius coniugis conſortio necterentur. Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ. Similiter ait: adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus, & erunt duo in carne vna: præmium nuptiarũ, è duobus vnã carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus.

Eandem ſententiam iterum docet li. 1. contra Iouinianum. Eundem ſenſum reddit illis verbis Chryſoſt. homil. 63. in Math. conſiderandũ autem eſt quia nõ authoritate ſolum ſcripturæ, verum etiã rerum dignitate ſententiam ſuam corroborat. Non enim dixit, quia virum & mulierem vnam ſolummodo fecit, verum etiam quia iuſſit vt vnus vni coniũgatur. Nam ſi voluiſſet alteram etiam conduci vxorem vni viro creato, multas conformaſſet mulieres: nunc vero vt creationis, & ſanctionis modo, vnã vni perpetuo coniungi,& nunquam reſcindi oportere docuit. Audite quid di- *Chryſoſt.*

cat: qui fecit à principio maſculum & fœminam fecit eos. Ex vna radice germinarunt, & in vnum conuenerunt corpus: erunt enim duo in carne vna: in quibus verbis vnitas vxoris comprobatur.

Theophylactus in Math. hæc verba ſic interpretatur: Oſtendit opus & legiſlationem eius qui nos à principio formauit, eſſe Monogamiam. Ab initio enim vnum coniunxit Deus vni, atq. ita non oportet vnum virum cōiungi multis mulieribus, neq. mulierem vnā viris multis, ſed eos ſicut ab initio coniuncti fuerunt manere, neq. abſq. cauſa cohabitationem diuellere.

Innocent. Innocentius Papa, interrogatus ab Epiſcopo Tiberiadenſi, an pagani poſtquam ſunt ad fidē Chriſti conuerſi poſſint retinere omnes vxores quas in paganiſmo habebant; reſpondit: verum abſonum hoc videtur, & inimicum fidei Chriſtianæ, cum ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & ſcriptura diuina teſtetur: erunt duo in carne vna. Paulus 1. Cor. 7. Vnuſquiſq. vxorem ſuam habeat ob vitandam fornicationem: in ſingulari, nō in plurali lo-

quitur.

Petrus Lombardus 4. ſent. diſt. 33. apertiſſime docet pluralitatem vxorum eſſe diuina lege prohibitam,& citat textum præfatum Geneſ. Sanctus Bonau. ſup. 4. ſent. diſt. 33. quæſt. 2. Si ius naturale dicatur, quod in lege & in Euangelio ſcribitur, ſic ius naturale eſt quod ſit vna vnius: & erunt duo in carne vna, tam in veteri quam in nouo teſtamento.

Richardus de media Villa idem cenſet ſuper eandem diſt. quinq. viros habuiſti, & adhuc quem habes non eſt tuus, dixit Chriſtus Samaritanæ: intercipit verbum eius, quo ſe propria confeſſione probat. Quinq. viros eam habuiſſe dicit, hoc ſcilicet quod mortuis maritis continere non poſſet, clam illegitimum haberet, ait Athanaſius quæſt. 58. En vt homicidium & furtum, ita nec diu adulterium celari poteſt: vltro enim ſe pandit.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte ſitiens ſalutem animarum, qui de aqua putei Iacob, & quinq. viris cum Samaritide

conferens, pedetentim & familiari diſcurſu eam conuertiſti, matrimonia eius quina memorans luxuriam eius in adultero animaduertiſti, conuerte nos Deus ſalutaris noſter, vt exemplo Samaritidis abdita noſtra crimina ſacerdoti proprio confitentes, te glorificemus, & ad cælos tandem perueniamus. Amen.

Digitized by Google

SABBATHO
POST DOMINICAM TERTIAM QVA-dragesimæ.

Quos Deus coniunxit homo ſeparare non poteſt: & coniunctis adulterium cautum.

AD conuincendam Montani aliorumq. hæreticorum ſententiam, & aliorũ qui affirmant licitum eſſe diuortium quo ad vinculum propter adulterium commiſſum, ſufficere mihi videntur verba Saluatoris Marci.10. & Luc.10. Quicumq. dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: Et ſi mulier dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Lucas vero ait: Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alte- *Diuortiũ.*

ram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro ducit mœchatur: Quos Deus cõiunxit homo ſeparare non poteſt: & coniunctis adulterium cautum.

Aue Maria.

Voniam hac lege conditus eſt homo, vt ſolitariam vitã nõ agat, ſed animal ſit ſociale, adiunctoq. ſibi ſubſidio vtatur Gen. 2. ex peccati maledictione in hanc neceſſitatẽ magis addictus eſt, quam ſatis erat, Dominus opitulatus eſt nobis in hac parte, dũ coniugium inſtituit, & ſocietatem authoritate ſua initam, ſua quoq. benedictione ſanctificauit.

Gen. 2.

Vnde conſtat aliam quamlibet extra coniugium ſocietatem, coram ipſo maledictam eſſe, & illã ipſam coniugalẽ in neceſſitatis remediũ eſſe ordinatam, ne in effrenem libidinem proruamus.

Porro ſi coniuges recognoſcant ſuã ſocietatem eſſe à Deo benedictã, eo admonentur, illã non eſſe intemperantiæ & diſſoluta libidine conſpurcandam, non enim ſi turpitudinem incontinentiæ vetet matrimonij hone-

ſtas, ideo eius irritamentum protinus eſſe debet: quare nõ omnia licere ſibi quę placent coniuges exiſtiment, ſed ſuam quiſque vxorem ſobrie habeat, & viciſſim vxor virum, ſic agentes, nequid omnino indignũ honeſtate & temperantia Matrimonij admittant: ſic enim ad modum & modeſtiam reuocari dicit coniugium in Domino contractum, non in extremam quamque laſciuiam exundare.

Chriſto Ieſu exiſtente & docente in templo, *Scribæ & Phariſæi adducunt ei mulierem in adulterio deprehenſam*: Ioan. 8.

Hanc petulantiam Ambroſius Lib. de Philoſophia, quem citat Aug. Lib. 8. contra Iulianum, vxoris adulterium vocat, quod in vſu coniugali nullam verecundię vel honeſtatis curam habet: quemadmodum namque nec proprio vino, vel cibo abuti licet, ita nec vxore, teſte Aug. Lib. de bono Coniugij, & D. Hieronymo Lib. I. Aduerſus Iouinianum: amor formæ rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximum, fœdum minimeque conueniens animo ſoſpiti vitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitatio- *Ambroſius.*

nibus ad humillimas detrahit, querulos, iracundos, temerarios, dure imperioſos, ſeruiliter blãdos, omnibus inutiles; ipſi nouiſſime amori facit: nam cũ cupiditate fruendi inſatiabilis flagrat, plura tempora ſuſpicionibus & lacrymis perdit.

Seneca. Refert præterea Seneca cognouiſſe quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum faſcia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præſentia eius carere poterat, potionemque nullam niſi alterius tactam labris, vir & vxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes, in quę improuida vis ardentis affectus erumpebat.

Amoris Origo. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed magnitudo deformis, nihil autem intereſt, quam ex honeſta cauſa quis inſaniat. Vnde & Xixtus Pythagoricus: Adulter eſt (inquit) in ſuam vxorem amator ardentior: in aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, in ſua minus: ſapiens vir debet iudicio amare coniugem, non affectu: regat impetus voluptatis, nec præceps feratur in coitum. Nihil eſt fœdius quam vxorem

amare ſicut adulteram.

Certe qui dicunt ſe cauſa Reipublicæ & generis humani vxoribus iungi, & tollere, ideſt educare liberos, imitentur ſaltem pecudes, & poſtquam venter intumuerit, non perdant filios, nec amatores vxoribus ſe exhibeant, ſed maritos, ne legis diuinitus latę præuaricatores fiant Leuit. 20. ***Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur.*** Iſtud eorum refragatur inſaniæ & veſaniæ, qui confinxerunt Deũ peccata carnis non curare, teſte Aug. Serm. 1. de verbis Domini, cum ſcriptura teſtetur quod fornicatores & adulteros Deus iudicabit, Hebræ. 13. Apoc. 21. nec ſolum iudicabit, ſed etiam condemnabit, vt pars eorum ſit in ſtagno ignis.

Leuit. 20.

Apoc. 21.

Eſt autem adulterium teſte Auguſtino & Ambroſio, alieni pudoris expugnatio, vel vt clarius habet Magiſter ſententiarum Lib. 4. Diſt. 41. alieni thori violatio. Vnde adulterium dicitur, quaſi alterius thori acceſſio, nec iſtud dumtaxat veritatem ſeruat in viris, verũ etiam in fœminis, teſte D. Hieronymo Epiſt. ad Oceanum in Epita-

Adulterium.

phio Fabiolæ, & allegatur apud nos: Apud nos (inquit) quod non licet viris, æque non licet fœminis, & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur, grauiori tamen crimini obnoxij ſunt
Aug. viri, quam fœminæ, ſecundum Auguſt. de bono Coniugij Cap. 8. Indignantur mariti ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

Quantum ad dominium rationis, vir amplius delinquit. Vnde Aug. Lib. de 10. chordis Cap. 3. dicit, non mœchaberis, ideſt non ibis ad aliam aliquã, quã ad vxorem tuã: tu autẽ exigis hoc ab vxore, & non vis reddere vxori; & cum debeas in virtute præcedere vxorem, quoniam caſtitas virtus eſt, & tu ſub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem eſſe, tu victus iaces; & cum tu caput ſis vxoris tuæ, præcedet te ad Deum cuius caput es.

Vis domum tuam capite deorſum pendere? caput enim mulieris eſt vir.

Vbi autem melius viuit mulier quam vir, capite deorſum pendet domus. Et poſt pauca: Quare ergo vult caput ire, quo non vult vt corpus ſequatur? quare vult ire vir, quo non vult vt ſequatur vxor?

Item de verbis Dom. Homil. 46. Vir à fœmina exigis caſtitatem, præbe illi exemplum, non verbum. Tu es caput, quà is vide: hâc enim debes ire quà illi non ſit periculoſum ſequi. Ab imbecilliori ſexu exigis fortitudinem, carnis concupiſcentiam ambo habetis, & tamen quod dolendum eſt, multi viri à fœminis vincuntur. Seruant fœminæ caſtitatem, quam viri ſeruare nolunt, & in eo quod non ſeruant, ſe viros videri volũt, quaſi propterea ſexus fortior ſit, vt eum facilius ſubiuget inimicus. Vir fortior fœmina, vir caput eſt fœminę, fœmina pugnat & vincit, tu hoſti ſuccumbis; ſtat corpus, & caput iacet.

Secundum Petrum tamen de Palude in. 4. ſent. Diſt. 35. & Thom. 2. 2. quæſt. 154. art. 8. mulier adultera grauius peccat, quam vir, ratione ſcandali, & incertitudinis prolis, quæ ſi *Petrus de palude.*

marito matris, tanquam proprius filius attribuatur, ab eoque dotetur, legitimi hæredes iacturam facultatum paternarum incurrent: dum illi conceduntur, cui non debentur, & propterea vterque adulter, qui damni huius cauſa exiſtit, tenetur pro viribus ſatiſfacere, aut manifeſte ſi negotium patiatur, aut clanculario velamine, dando læſis, per interpoſitam perſonam, aut per ſe quod poteſt.

Taulerus. In vita D. Ioannis Tauleri Serm. 1. ad pop. quid dicam? extat triſte exemplũ, quanta mala ſcaturiant ex vnico adulterij peccato. Porro circa huius manifeſtationis negotium, teſte Caietano, duo ſedula mente occurrunt conſideranda, nempe periculum & ſpes: ſi enim periculum immineret ex manifeſtatione adulterij, vel quod maritus vellet vxorem adulteram interficere, vel aliud ſimile malum machinari, occulte ſatisfiat, conuenientiori quo poterit modo, ac reliquũ diuinæ miſericordiæ cõmendetur, iuxta illud quod habetur de pœnit. & remiſſ. quia ſicut ceſſante iudiciaria coactione non tenetur homo perdere vitam: aut liber-

tatem, vt ſatisfaciat debito pecuniario, ita nec tenetur perdere vitam, aut famam in propoſito, vbi de ſola pecuniaria ſubſtantia eſt controuerſia: ceſſante autem periculo & vitæ & famæ, ſi nequeat aliter ſatisfieri, ſpes futuri fructus ex manifeſtatione adulterij cõſideretur, nimirum ſi ſperetur quod maritus vbi reſciuerit prolem non eſſe ſuam, nihilominus tanquam hæredem & dotabit & adoptabit, vel etiamſi ſperetur, quod timorata proles cognoſcens ſe illegitimam, conuolabit ad monaſterium, vel aliquod reperit medium quo paternam ſubſtantiam non poſſideat: Si autem nullus ſperetur fructus, quia nec maritus, nec ſoboles de iure teneatur matri adulteræ credere, hinc huiuſmodi vana & inutilis eſſet adulterij manifeſtatio.

Sed quid ſi mittatur adhuc infantulus foras, exponaturque clanculum in loco à feris quidem tuto, ſed hominibus frequentato, ſcedula affixa qua inſinuetur, an ſit Chriſto per Baptiſmum datus, qualeque ei nomen ſit inditum? Dicendum quod licite ad loca deferatur, vbi tales conſueuerunt recipi, ad hoſ-

enim extructa ſunt xenodochia. Tamen ſi adulteri ſint locupletes, obligantur hoſpitali ſecreto ſatisfacere, ſecus ſe res habet quando ſunt inopes.

Et licet maritus & vxor indiuiduam vitæ conſuetudinem retinere debeant, Dominus tamen excepit conditionem vnam, ob quam conſortem relinquere

Math. 5. liceat, & thoro ſeparari. Math. 5. *Qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari*: vbi inſinuat eam relinqui poſſe, propter peccatum fornicationis. Huiꝰ ſimile in veteri lege præceſſit.

Differentia repudij & diuortij. Haud tamen modica eſt differentia inter repudium, & diuortium, quia repudium fiebat leui de cauſa, vt pote ob deformitatem, liuorem, & rancorem, &c. vnde dicitur Deut. 24. *Si acceperit homo vxorem & habuerit, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem ſcribet libellũ repudij, &c.*

Nequaquam tamen proprio auſu vxoribus his exiſtentibus præſtabant libellum repudij, ſed adire tenebantur fideles Reipublicæ ſcribas, qui conabantur accuſatores Matrimonij adhortari ad vnitatem, & mutuam concordiam

cordiã & corã poſitis diſſuadere diuiſionẽ. Quorũ monitis ſi peruicaces parere contẽnerent, tũ demũ libellum repudij ſcribebant, teſte Ioſepho l. 4. Ant. c. 6. *Ioſephus.* & hoc modo quaſi libertati reſtituti ducebãt quã volebant: quanquã Dominus cauſã ob quã illis permiſſus ſit iſte libellus repudij, non ſubticuerit, videlicet ob duritiã cordis Leuit. 27. Dan. 13. & Ioan. 8. ab initio namq. non fuit ſic, nec tamẽ ſeparatio fiebat ob fornicationẽ, quia adulteri per legem lapidabantur. Diuortiũ autẽ apud Chriſtianos non fit ob deformitates naturales, aut etiam furtum, vel homicidiũ, &c. de Diuort. cap. fuit: *Canones.* Immo nulla ratione fieri poteſt excepta fornicationis cauſa Math. 19. Cõcil. Tolet. 12. Qui citra hanc culpam vxorem *Concilia.* ſuam quacumq. occaſione dimiſerit, tandiu ſit ab Eccleſiaſtica cõmunione priuatus, donec ſocietatem relictæ coniugis ſinceriter amplectatur & foueat.

Iſtud Aug. lib. de adulterinis coniugijs comprobat cap. 1. 2. 3. fit autem magis in adulterio diuortium quam in furto, aut homicidio, quia adulterium eſt contra ſubſtãtiam & bona matrimonij:

tollitur namq. certitudo prolis vt prælibatum eſt, frangitur fides, & ſacramēti ratio violatur.

Nec tamen protinus Diuortium fieri debet, vbi prefatum deprehenditur malum, quia plures ſunt caſus quibus ſecundum Hoſtienſem in Rubrica de Diuortio, & B. Bonauenturā l. 4. diſt. 35. impeditur marit9 quo minus matrimonium accuſare poſſit: Primo ſi per ignorantiam cum alio rem habuerit, quem ſuum putabat. Gen. 29. Iacob cognouit Lyam, & Rachel. Secundo ſi conuinci queat etiam ipſum adulterium cōmiſiſſe. Ioan. 8. qui ſine crimine eſt, in eam primus lapidem inijciat. Quia adulteriū adulterio compenſatur, teſte Concil. Lateran. ſub Alex. 3. Tertio ſi quis proſtituerit propriam vxorem. Titulo de eo qui conſanguineam vxoris cognouit ff. l. 2. §. ſi publico. Quarto ſi credat maritum longa abſentia vita defunctū 34. quæſt. 1. cap. Cum bellicas. ex 77. epiſtola D. Leonis, & de ſecundis nuptijs cap. Dominus. Quinto ſi fuerit vi oppreſſa. Sexto quando poſt adulterium ſit reconciliatio, debiti carnalis ſolutio.

Diuortij. caſus.

Poſtremo quādo infidelis repudiat propriam vxorem, & ducit aliam de Diuortio.

Quando ergo aliqua adulterij rea deprehenditur iuxta Concilium Lateranenſe, de ſponſalibus, maritus procedere poteſt (ſi eam facti non pœniteat, aut ſi verbis, aut verberibus corrigi nequeat) ad ſeparationem quæ traditur à doctoribus ſcholaſticis eſſe, vel thori, vel cohabitationis. Quoad thorum comperta culpa, propria authoritate poteſt maritus vxori debitum negare, & debet, quæ fidem negauit & fregit. Separatio autem cohabitationis non fit, niſi in iudicio Eccleſiæ de diuortio, & de conuerſione coniugatorum. Simul atque diuortium eſt legitime celebratum, inſons libere proficiſci valet, quo lubet, etiam continentiam vouere, ſi placet, poteſt etiam ſecundum Thomam & maritum reputare tanquam alienum, quaſi nunquam familiaritatem cum ipſo contraxiſſet. **Concilium Lateran.**

Repudiatę ſiquidem vinculum coniugale per celebratum Diuortium ab omni ſuo effectu impeditur, quod vin-

culum quia perpetuū, aliud matrimoniū contrahere vetat, contra Eraſmum qui laborioſiſſime nititur probare illicitū non eſſe ducere aliam poſt diuortium in 7. caput prioris ad Corinthios: Quod nos, inquit, interpretamur diuortium, cum dirimitur domeſtica conſuetudo manente coniugij vinculo: Quis vnquā veterum vel Theologorum, vel Iuriſcōſultorum appellauit diuortium? Diuortium interim appello, verum quale ſolū illa nouit ætas qua licebat à repudio prioris alteram ducere.

Hanc ſequuti ſunt Ambroſius Catharinus, nec non Thomas de Vio Caietanus dictus, etiam Lutherani, cum Philippianis, qui alioquin finxerunt non re, ſed nomine tenus fore diuortium, niſi liceat facto diuortio, alteri nubere, vel aliam ducere. Et allegat ad ſuam ſtabiliendam opinionem Eraſmus Math. 5. vbi habetur: Ego dico vobis, quicumque dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterium committit. Ergo in cauſa fornicationis licet aliam ducere. Huic obie-

ctioni reſpondet Diuus Thomas, quod exceptio iſta, quæ eſt in verbis Domini, refertur ad dimiſſionem vxoris, ideoque obiectio ex falſo intellectu procedit: licet enim permittat cauſa fornicationis, nequaquam tamen ſic permittit diuortio acto, quandiu vterque ſuperſtes eſt, vt alter ducere vxorem, & alteri nubere poſſit, quoniam alioquin vterque ſi contraheret adulterium committeret, aut pars altera; ſi tamen alteras, quia clariſſime dicitur: Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, & quicumque dimiſerit vxorem, & duxerit aliam, adulterium committit. Marc. decimo, Luc. decimo ſeptimo.

Et Moyſes, licet ob duritiam cordis permiſerit libellum repudij, non tamen videtur permiſiſſe nubendi ſuperſtite vtroque licentiam, alioquin non ſubderet: quia polluta eſt & abominabilis facta coram Domino. Hanc ſententiam comprobat Diuus Auguſtinus. Canon Apoſt. 48. quoque ſic habet: Si quis laicus cum ſuam à ſe vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam acceperit, *Aug.*

Anathema ſit; & Concil. Mileuit. capite decimo ſeptimo cuius eadem verba habentur Can. 69. Concil. Africani. Necnon Concil. Lateran. ſub Alex. 2. His conſentanea ſunt quæ Paulus habet, quia ſi deceſſerit, præcipit manere innuptam: 1. Cor. ſeptimo & Rom. 7. viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum altero viro: & ſi licuiſſet antiquitus, fruſtra generoſa Fabiola inter publice pœnitẽtes comparuiſſet, teſte Hieronym. Et Concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 7. & 8. Si quis dixerit Eccleſiam errare cum docuit, & docet, (iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinã) propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumq. vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniugũ viuente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum qui dimiſſo adultero alij nupſerit, Anathema ſit: Si quis dixerit Eccleſiã errare, cum ob multas cauſas ſeparationẽ inter coniuges quoad thorum, ſeu quoad habitationem ad certum incertumue tempus fieri poſſe decernit, ſit Anathema.

Deinde ſunt nonnulli qui arbitràn-

tur hanc poteſtatem ducendi aliam eſse penes viros,non vxores, ſic enim habet Eraſmus ſuper præfatum caput: Apoſtolus hic de muliere dũtaxat loquitur, quod huic ſexui apud Iudæos non eſſet vllum ius repudiandi virum, ſed tãtum hortatur ne vxorem abiiciat, inquiens: vir vxorem non dimittat, non addit autem: Si abiecerit maneat cœlebs &c. ergo.&c.

Dicendum verum eſſe ex Ioſepho, quod non licuerit vxori virum repudiare,& quod ſoli marito hoc priuilegium tanquã languenti pharmacum ſit permiſſum, quoniam periculum vxoricidij timebatur ex hac parte magis quam ex alia. Maluit igitur Moyſes quod ſepararẽtur, quam quod coniugis cruore contaminarentur.

Quod attinet ad Pauli locum, haud difficilis eſt ſolutio, quia quod vni tribuitur, creditur alteri non eſſe negatũ. Vnde expreſſe in exordio eiuſdẽ capitis dicit: mulier poteſtatem ſui corporis non habet,ſed vir:& vir poteſtatem non habet,ſed mulier. Quo ſignificatur penes vtrũq. eſſe idẽ ius in coniugali actu, vt dilucidat D.Aug. & Concil. Eli-

bertinũ c.81. atqui his Aug. ſentẽtijs nõ acquieſcit Eraſmus, dicẽs: Aug. vult par eſſe ius vxori ac viro, quod ſicut fortiter & conſtanter adſeuerat, ita non eſt quo certũ doceat. Rurſum dãnat Petrũ Lombardum, & D. Ambr. volens falſificata illorũ ſcripta: cui dicim⁹, cũ ſis Eraſmus, erras mus omnes impiè rodens.

Parẽ etiã poteſtatẽ tribuit Origenes
Origenes. in Mat. & Conc. Elibert. & C. de inceſt. & inutilib. nuptiis l. ſi quis. Quæ de viris cauimus, de fœminis cuſtodiãtur. O ſi iã diuortio ſeparati eſſent qui adulterij vitio ſũt cõſpurcati, ſi omnes viri à fœminis eſſent ſeiuncti, qui alieno thoro ſunt cõmaculati; ſi inquã omnes fœminæ à maritis ablegatæ, quę adulteriũ cõmiſere, quis non obſtupeſceret humani cordis malitiã, quis nõ fõtibus lachrymarũ eorũ, earũq. peccata deplãgeret, potiſſimũ cũ ita exundarint, vt numerus haud facile inueniri queat: Hinc deplorat Hieronymus: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui inhiabat.

Adulteriis terra repleta eſt, Oſeę 4. homines ſunt delitiis affluẽtes, conuitiis luxuriẽtes, oculos habẽtes plenos adulterii 2. Pet. 2. nec multitudo excuſat peccatum. Eccl. 23. Leuit. 20. & Ioann. 8.

Vbi lapidari iubentur adulteri, quod &Turcę faciunt, Arabes decollāt, Locrenſes vno orbabant oculo: Romani flagello adulteros emendabant, & mulieres vt ſcorta deinceps habebātur & abijciebantur: Theodoſius Imperator grauiſſimis pœnis adulterium caſtigauit, pòſt maior rigor acceſſit, Codice ad legem Iuliam de Adulteris, vbi capite plecti mandantur. Alibi flāmis hoc facinus expiarunt; hodie excommunicantur, & verberibus emendati detruduntur ad faciendam in monaſterio pœnitentiam. Hodie Ieſus Chriſtus parcit adulteræ dicens: nemo te condemnauit, nec ego te condemnabo, vade in pace, & noli amplius peccare. *Lex Iulia.*

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte iuſte & miſericors, tu cum anima noſtra matrimonium ſpiritale contraxiſti, ne repudies, obſecro, nos; peccauimus, & adulteria infinita cum hoſtibus inuiſibilibus patrauimus, remitte nobis delicta noſtra, vt deinceps fidiſſime tibi coniuncti à terra in Cœlū, in Thalamo ęternitatis recipi mereamur Amen.

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ.

Corpus Chriſti ſicut eſt in cælo vnũ numero, ſic eſt in ſacratiſſimo Euchariſtię Sacramento tot in locis vbi conſecratur multiplicatum vnum numero.

AMantes, vt ſui recordationem in mentibus amicorũ ſuorum æuiternam redderent, philtris & potionibus amoris vtebantur: Ita Ioſephus refert

Thermuta. de Thermuta filia regis Æthiopiæ, quę huiuſmodi hauſtu inſpectũ Moyſem, & adamatum, faſcinauit. Ioſeph. Lib. 2. *Deianira.* Antiqui. Iudaic. Similibus poculis Deianira exiſtimabat Herculem maritum

ſuum cum plęriſque ineſcare: Similiter Ieſus Chriſtus vt à nobis ſemper diligeretur, Eccleſiæ ſuę ferculum & poculum tribuit, Corpus nempe ſuum quod vnum in cœlis numero, multiplicatum in ſacramento altaris, ſub innumeris hoſtijs & altaribus vnum permanet.

Aue Maria.

TRia ſunt ex quibus ſolet Rex cõmendari, & Princeps terrenus in honore haberi. Primum eſt Potentia, quia principatus non eſt niſi quædam ciuilis poteſtas, ideo dicit Salomon Prouerb. 14. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.* 2. eſt Clementia 3. Reg. 12. & 2. Par. 10. Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, ſeruient tibi omni tempore Prouerb. 20. Roboratur clementia thronus regis, quia poteſtas ſine clementia vertit verum Principem in Tyrannum. Ideo dicebat Artaxerxes Rex magnus Heſter. 13. Cum gentibus multis imperaſſem, & vniuerſum orbẽ

Tria principem cõmendãt.

Artaxerxes

ditioni meæ ſubiugaſſem, nequaquam volui magnitudine abuti, ſed clementia & lenitatę gubernare ſubditos. Tertium eſt magnificentia principũ alumna: Heſter 1. Aſſuerus Rex fecit cœnam magnam cunctis principibus, in qua fuit miniſtrantium abundantia, vinum quoque magnificentia regia dignum apponebatur. Et quia Ieſus Chriſtus eſt princeps Regum terræ Apoc. 1. idcirco poteſt ab hoc pręconio commendari, & in ſacramento diuiniſſimę Euchariſtiæ principaliter per quinque panes hordeaceos diuinitus multiplicatos, & per duodecim cophinos eorum quæ ſupererant fragmentorum auctos & collectos.

Aſſuerus.

Apoc. 1.

Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant, & collegerunt, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Habemus in hoc Euangelio duo miracula, vel miraculum in miraculo, quia ex ſua clementia naturali quinque millia hominum exiguo obſonio ſaturat Chriſtus Ieſus, & quod eiuſdem prouidentia ſ[i]perfuerint duodecim cophini, quorum præcipuus vſus eſt, vt nos muniant contra ſollicitudinem de victu, vt qui

5. Panes.

cibum corporis habent ſciant donum Dei eſſe,& agant gratias:& qui non habent, confidant ſe de manu Domini accepturos Pſal.103. Atque ob hāc rem ſicut miraculum de ſanatione languidi confirmat eos qui infirmitate corporis laborant,ſic hoc miraculum de quinque panibus, confirmat eos qui de victu ſolliciti ſunt: non enim abbreuiata eſt manus domini vt ſaluare nequeat, omnipotentia eius micat in ſacramento corporis Chriſti per multiplicationem panum hordeaceorum deſignato.

In hoc oſtendit ſuam omnipotentiam, dum vnum numero corpus glorioſum in cœlo, eſt in Euchariſtiæ ſacramento, tot in locis vbi conſecratur realiter & ſacramentaliter contentum: *Colligite fragmenta ne pereant, & collegerūt, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Ioan. 6. Præfiguratur in Heliſæo hiſtoria Euangelica 4. Reg. 4. *Heliſæus.* in viginti panibus hordeaceis, & centum viris ex illis refectis: hinc vates:

Quinq; Deus panes fregit, piſceſq; gemellos;
His hominum large ſatiauit millia quinque:
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bis ſeni, æternæ tanta extat copia menſæ.

Canis Apud Eſopum carnem in flumine pro vmbra reliquit, vt Caluiniſtæ pro figura veritatem corporis Chriſti in pluribus locis diuino miraculo exiſtentis.

Miraculū. In mentem mihi reducunt Caluiniſtæ Ethnicum, qui ad Eccleſiam ſeu templū venerat cum pera ex vna parte lapidibus oppleta, cum propoſito numerandi ſingulos ſacram ſynaxim ſuſcipientes, tot eſſe deos Chriſtianorum oſtendere contendens, ſed dum ſeiūctos lapides demonſtrare conatur, intra peram ſaxum vnum cōpactum adinuenit, quo miraculo conuictus deinceps Corpus Chriſti in ſacramento altaris realiter eſſe faſſus eſt, & in omnibus locis vbi conſecratur.

Miraculū. Alius Iudæos innumeros ad Chriſti fidem conuertit, cribro perforato per foramina diuerſa eundem ſolem micare demonſtrans, & ſicut multi radij & vnus ſol, ſic multæ hoſtiæ conſecratę, & vnus Chriſtus. Auguſt. in Ioannem 6. Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus cō. mendauit, quę ad vnum aliquid redi. guntur: ex multis namque granis vnus

panis efficitur,& ex multis racemis vinum confluit.

Multiplicatur Chriſtus *ſub ſpeciebus ſacramenti, & vnus numero & perſonaliter exiſtit, quin imo diuiſo ſacramento ſub qualibet diuiſionis particula integer perſeuerat, & firmiter eſt.*

Iudicium & genius Moyſis communicatur ſeptuaginta viris illi iunctis ad reddendam populo Iſraël iuſtitiam, eiuſdem rationis & menſuræ erat in ſeptuaginta quam in ipſo Moyſe, & in Moyſe quam in ſeptuaginta:ſic corpus Chriſti in cœlo vnum, in pluribus locis eſſe poteſt in ſacramento Euchariſtię, vnum tamē remanēs. Nunquid homo diuerſus varijs habitibus dicitur, & eſt doctus Philoſophus, Cytharædus, miles, agricola, nauta, attamen vnus & idem? Pater habens decem filios, communicat, & habet ſuam paternitatem in decem filijs ſicut in vno. Detur ſpeculum magnum duodecim paruis circumſeptum, facies vnica remanens ita videtur in magno quam in paruis ſpeculis:rumpatur maius, ſic erit in integro quam in partibus: Chriſtus Dominus in ſacramento altaris eſt rea-

liter in particulis hoſtiarũ vt in integris.

Fracto demum ſacramento ne vacilles, ſed memento tantum eſſe ſub fragmento quantum toto tegitur: nulla rei ſit ſciſſura, ſigni tantũ ſit fractura, qua nec ſtatus nec ſtatura ſignati minuitur: Ait D. Thomas in ſua proſa corporis Chriſti.

Simile. Sicut ſol eſt in cęlo, in aëre, & in terra, ita caro & ſanguis Ieſu Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini conſecratione, eadem quæ in ſinu patris: Act. 9. Diuo Paulo Damaſcũ proficiſcenti, vt quos inueniſſet huius viæ viros vinctos perduceret in Hieruſalem, apparuit realiter Chriſtus, hunc audiuit, & vidit; qui cum eſſet ad dexteram patris, erat etiam in terra, & præſentia Diui Pauli proſtrati. Hoc dato, quid obſtat vt omnipotentia ſua idem hodie quoque faciat? 1. Cor. 15. nouiſſime autem apparuit, & omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Hic Apoſtolus apparitiones Saluatoris cõmemorat factas poſt reſurrectionem Apoſtolis, quæ fuere reales, & non imaginariæ. Eiuſdem quoque rationis fuit iſta Pauli, quod ſi tunc Chriſtus ad dexteram patris exiſtens erat etiam in viſu Pauli, quid

1. Cor. 15. Apparuit Paulo Chriſtus.

quid impedit ſimile poſſe dari? non enim abbreuiata eſt manus eius.

Sed inſurgunt hæretici dicentes. Vnum & idem numero corpus nequit eſſe in diuerſis locis. Reſpondetur hoc naturaliter non poſſe fieri, ſed diuina virtute. Quod ſi dicatur: eſt de natura corporis vt ſit in loco: negatur, nam ratio formalis corporis eſt quod habeat ſuas dimenſiones, & non aliud: vltima ſiquidem ſphæra non continetur. ſed cōtinet; occupat, ſed non eſt in loco: corpus Chriſti eſt in ſacramento realiter & ſacramentaliter vt quantum, ſed non ſub modo quantitatiuo.

Rurſus demonſtratione iſta fultus oſtēdo Chriſti corpus eſſe in plurib⁹ locis. Detur vir amicus vnius, & decem virorum, & oſtendatur realis præſentia Ieſu Chriſti ſub vna & pluribus hoſtijs. D. Ambroſius Mediolani celebrans, obſequijs etiam Diui Martini apud Turones realiter interfuit. Vox eſt corpus reale, quia ſenſu percipitur, auditur, & non videtur: Caro Chriſti latens ſub ſpeciebus ſacramentalibus eſt in pluribus locis, vt vox in omnium audientium auribus ſuſcepta. *Vox.*

Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ita in digito, ſicut in ſanguiguine & in cerebro : ſic Chriſtus in particula hoſtiæ, & in integra hoſtia, ac in pluribus hoſtiis conſecratis. Deus eſt in cælo glorioſus, in ſacratiſſima hoſtia integra & diuiſa ſacramentaliter & realiter continetur: ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

Inſurgunt & dicunt : hoc implicat contradictiouē, quod Chriſti corpus ſit in vno & plurib⁹ locis. Animaduertāt philoſophicā ratiocinationē, & ſe falli cōperiēt ex vero dogmate Ariſtot. hæc propoſitio contradictionem implicat: non eſt in loco, eſt in loco, non autem eſt in vno loco & in diuerſis locis. Heliſæus erat in domo, & in præſentia Naamam Syri, quando Giezi donaria ab eo reiecta ſumebat. 4. Regum quinto. Si id in Propheta Heliſęo cōceditur, cur non in Chriſto omnipotente admittetur ? Iudæi hodierni libertate priuati vbique ſeruientes, dū circūcidunt pueros, ſedem ornatam & vacuam in ſuis ſynagogis habent, in quibus Heliam realiter, ſed inuiſibiliter intereſſe aiunt : quod ſi hoc fatentur de ſuo

4. Reg. 5

Helia imaginario, vt quid de vero Saluatore realiter hoc non admittemus? Blatterent quantuncumque voluerint hæretici, iique inter ſe valde diuerſi, voluntas & poteſtas Chriſti ſemper remanebit.

Quidam dixerunt ibi eſſe carnem alicuius hominis, ſiue iuſtus ille fuerit, ſiue peccator non eſt curandum, in quā carnem panis ibi præexiſtens conuerteretur, quæ caro (vt aſſerebant) proficiebat in remiſſionem peccatorum.

Alij rurſus dicebant panem illum conuerti in carnem hominis, non tamen cuiuſlibet ſine diſcrimine, ſed in carnem hominis iuſti, ac ſanctificati, qui templum eſſet Dei, qui diuinam in ſe habitationem poſſideret. Et hunc errorem apparet habuiſſe Neſtorium ex ſynodo prima Epheſina. Nam Neſtorius dixit duas eſſe perſonas in Chriſto: Vnam quæ eſſet homo, & aliam quæ eſſet Deus, in illo homine tanquam in templo habitans.

Itaque dicebat in Euchariſtia contineri veram carnem, ſed illam eſſe carnem puri hominis, non autem Dei. Alia impia Armeni, Almari, Lu-

therani, & Caluiniſtæ docuerunt, quæ veritatem inſtituti Ieſu Chriſti ſubuertere nequierunt.

Ex ſacris conſtat litteris Chriſtum maximi amoris donum reliquiſſe Eccleſiæ ſuæ in receſſu ſuo, ſicut pius amicus condonat munus dum vel moritur, aut recedit, vt ſit ſignum memoriale amoris. Sic Chriſtus non aurum, non argentũ diſcedens reliquit, ſed corpus & ſanguinem ſuum, maximum amorem ſuum erga nos comprobans.

Fecit autem hoc quadruplici de cauſa. Prima vt figura veritate compleretur: comedebant enim Iudæi ſingulis annis agnum paſchalem 12. Exod. qui agnus fuit typus Chriſti, qui immolari debuit in cruce pro noſtra ſalute. Igitur Chriſtus nouam inſtituens legem Euãgelij, inſtituit non agnum ſumendum, ſed corpus ſuum verum atque ſanguinem, dicens Math. 26. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Igitur oportet figurã impleri veritate. 2. Cauſa fuit, quatenus Chriſtus promiſſis ſuis ſatisfaceret. Nam longo tempore priuſquam Domin⁹ cœnam illam inſtituerit, ac cum diſcipulis ſuis habuerit, pollici-

tus eſt ſe daturum corpus ſuum. Ioan. 6. *Panis quem ego dabo caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita.* Hic promittit ſe daturum antequam dedit: bis dicit dabo, id quod etiam Græci codices habent: igitur ſemel dedit: Math. 26. *Accipite & manducate: ſic dedit etiam poſtridie corpus ſuum ad mortem crucis pro totius mundi vita*: Promiſſis ſatisfaciens inſtituit ſacramētum. 3. Cauſa eſt inſtitutionis, vt memoriale paſſionis haberemus Luc. 22. hoc facite in meam commemorationē, & 1. Cor. 11. Tertull. l. 4. in Marcionem: Chriſtus acceptum panem corpus ſuū fecit dicens: hoc eſt corpus meum, ideſt figura corporis mei, hoc non dixiſſet niſi veritatis eſſet corpus. 4. Cauſa eſt fructus, ſiue effectus ſacramenti, quem conſequitur anima corpus ſumentis, qui fructus vita æterna eſt. Ioan. ſexto qui manducat carnem meam, &c. in me manet & ego in eo. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. *Ioan. 6.* *Math. 26.*

Inſuper hoc indubitata fide ſimpliciter credendum eſt, ibi realiter eſſe verum Chriſti corpus, & ſanguinem eius, ſub iſtis ſpeciebus panis & vini,

hoc propter illius verba qui mentiri non poteſt, ſed eſt ipſa veritas, via, & vita. Ioan. decimo quarto. Vnde Mat-
Luc. 22. thæi 26. Marc. decimo quarto, Luc. 22. dicitur: *Hoc eſt corpus meum.* Nemo autem Euangeliſtarum dicit, hoc eſt figura corporis mei: vel, hoc eſt ſignum
1. *Cor.* 11. corporis mei, ſic etiam Apoſt. 1. Cor. 11. inquit, non diiudicans corpus DOMINI: manifeſte enim dicit corpus DOMINI. Omnis curioſitas ibi, & ratiocinatio eſt abijcienda: firmiter tenenda ac conſideranda ſunt verba Chriſti, hoc eſt corpus meum.

Præterea hoc cum vniuerſali Eccl. tenendum eſt, ſcilicet panem penitus tranſubſtantiari in corpus, & vinum in ſanguinem, ita quod non maneat ibi panis & vinum, cum Chriſtus totam aquam mutarit in vinum in nuptiis. Ioan. 2. qui verbo ſuo omnia creauit (nam dixit & facta ſunt) ergo & hoc poteſt ſua potentia, & virtute diuina: Quia etiam ſacerdos, non propria, ſed Dei ac verborum eius authoritate conficit, & tranſmutat ſacramentum, ideſt panem in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti. Sic

Chriſtus ipſe poſt conſecrationem non nominat Corpus ſuum panem, ſed Corpus Math. vigeſimo ſexto: Accepit Ieſus panem. At ſequitur, benedixit,ac fregit, deditque diciſpulis ſuis, dicens: hoc eſt corpus meum.Non dicit, hic panis eſt corpus meum: neque ſub hoc pane eſt corpus meum : ſed dicit ſimpliciter, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Et Paulus. 1. Cor. vndecimo, dicit ſimpliciter, non diiudicans corpus Domini. Ergo plena eſt tranſubſtantiatio facta. Tametſi dicatur panis, vt 1. Cor. vndecimo: Quotieſcumque manducabitis panem hūc. 1. Cor. decimo: Panis quem frangimus, &c. Non propterea dicitur quod ita ſit in proprietate panis, ſed quia mos eſt ſcripturæ aliquid nominare eo nomine à quo deſumptum eſt. Sic homo dicitur terra & cinis Eccleſ. decimo, quid ſuperbis terra & cinis? Exod. 7. virga Aaron deuorauit virgam magorum. Gen. 2. dixit Adam de Eua: hoc os ex oſſibus meis, ſic hîc vocatur caro panis, quia deſumpta eſt à pane.

Vt intelligamus ſextum Ioānis, panes hoc in textu memorati diſcernendi

Digitized by Google

ſunt. Primo fit mentio quinque panum hordeaceorum : horum primus notat panem materialem quotidianum, quem à Patre æterno in oratione dominica petimus. 2. eſt panis doctrinæ. Thren. 4. paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Eccl. 15. cibauit illum pane vitæ, & intellectus. 3. Panis pœnitentiæ : Pſal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. 4. Panis Sacramentalis. Quintus panis eſt Spiritalis gratiæ. Pſal. Panis cor hominis confirmet. Panis ſubcinericius Heliæ 2. panis Euangelij hodierni eſt filius Dei à Patre æterno datus : Panis Chriſti eſt doctrina Chriſti, panis Chriſti eſt ſacra Euchariſtia.

Deus nutrit fideles ſuos pane ſacramentali, qui panis dicitur Angelorum: Pſal. Panem Angelorum manducauit homo.

Sicut enim paterfamilias ſolet de domo ſua panem exterius ad campos mittere ſuis agricolis & ſeruis, quandiu ſunt in labore : quando vero de campo redierunt, ſolet eos pane ſuo & cibariis in domo propria recreare : Sic Deus Pater nobis in agro

huius mundi laborantibus de paradiſo panem cœleſtem miſit, ſcilicet filiũ ſuũ benedictum, vt nos Eccleſiæ Agricolas Euchariſtia nutriret, & in cœlo foueret. Sap.16. panem de cœlo præſtitiſti eis. Ioan.6. ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, panis Angelorum, panis ciuilis.

Colix. Colix item, panis, quem ſubcinericium interpretantur quidam, Ariſtophanis tamen interpres in Batrachis: vbi Poëta ait: κόλικας exponens inquit: ἢ ἄρτους ἢ ἔντερα idest panes aut interanea, inde & Colicophagi: dicti quos autem Græci βωμολόχους, dicunt, ex Latinis nonnulli quadratos intelligunt: nam ſic à Romanis dici Author probat Athęneus: βλωμὸν tamen apud ilios reperio pro panis fragmento, vnde & panem ὀκτάβλωμον dicit Heſiodus, vel octo fragmentorum. *Coeliphagi.* Placent panes propoſitionis, quia ſuper menſam diſponentur (inquit de Lyra) in Hebræo pánes facierum vocantur, vt ſic dicam, quia vt Rabi Salomon author eſt, figura erant quadrata, altera tamen parte longiore, cuius extremitates in ſurrectum explicarentur: Alij rotundos glo- *Panes Propoſitionis.*

batoſque fuiſſe tradunt, & ideo dictos facierum, quia ex vtraque parte conſimiles forent: neque enim in furno coquebantur, ſed in vaſis ad id peraccõmodis: dicebatur & menſa propoſitionis: ſed cur ſic? Beda in Exod. 25 Bene panes propoſitionis vocantur, quia ſemper debet patere ſermo ſalutis cunctis fidelibus, nec vmquam deeſſe oportet in Eccleſia verbum ſolatij. Dicuntur & panes primitiarum 1. Reg. 4. Thiagones in Ætolia dicuntur deo panes dicati: panes quidam oxilipes dicuntur, Galeno Therapeutices 8. quibus aceti minimum ſit promixtum: ab eodem nominantur panes ἀζύμους, ſicut & ἐνζύμους.

Panes Primitiarum.

Pane hordeaceo qui veſcuntur male colorati sũt, vt aſtruũt medici, quoniã hordeum ſuapte vi fluidum lenit abſtergitque vehementius, vnde fit alimenti paucitas, coctu difficilis. Cœlius Rodigin. Antiq. lect. Lib. 28. Cap. 15. Panis vero illa præguſtatio in nuptijs, ita gentis condito more, nimirum parabilis victus, vt frugalitatis inſigne documentum erat.

Panes Gyritæ.

Panes Gyritæ informes. Panes pro-

poſitionis erant azimi, quilibet ex ijs panibus habebat duas decimas (habent enim Hebręi menſuram quam Ephi appellant,continens tres modios) decima pars dicitur Gomor Exod 16. hos panes ſerere, metere, molere, & coquere debebant ſacerdotes in figuram ſacratiſſimæ Euchariſtiæ, quæ à ſolis Preſbyteris conſecratur, vbi ſub ſpeciebus panis & vini caro Chriſti eſt. Multiplicantur quinque panes hordeacei à Chriſto, & ex fragmentis reſiduis ac lectis duodecim cophini ſuperfuerunt. Sederunt & diſcubuerunt homines ad panes hordeaceos comedendos, ſedeant etiam Chriſtiani, & ad ſumendam Chriſti carnem debite ſe preparent.

Apoſtolus 1. Cor. 11. tria per ordinem enumerat neceſſaria cuilibet accedenti, atque ſumenti ſacramentum: probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat &c. hic exigit examinationem & præparationem conſcientiæ, eo quod peccatores non ſola fide digni efficiuntur ad ſuſceptionem ſacramenti. 2. inquit Apoſtolus: Quotieſcumque manducabitis panem hunc, *1. Cor. 11.*

mortem Domini annúntiabitis, hoc eſt tanti beneficij memores eritis. 3. inquit Apoſtolus, qui enim manducat & bibit indígne, iudicium ſibi manducat. Iudas mala morte obijt, quia indigne ſacramentum ſumpſerat. Inſuper Chriſtus priuſquam hoc ſacramentum Apoſtolis exhibuiſſet, lauit pedes eorum: quo facto palam indicauit, purgandos eſſe prius animorum affectus, quam peccatores ad hoc tam eximium accederent ſacramentum.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui omnipotentia tua in die cœnę ſub ſpeciebus panis & vini corpus tuum ſingulis diſcipulis præbuiſti, quique hodie quinque panibus hordeaceis turbam famelicam ſatiaſti, tu es in cælis, ad dexteram patris, & vbicumque ſpecies ſacramentales conſecrantur; adauge nobis fidem, vt quod natura penetrare non valemus, fide percipiamus & credamus, Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM QVARTAM QVAdrageſimæ.

Chriſtus fune cinctus verus chordiger chordam ſanctificauit.

LEgitur apud Herodotum Lib. 4. & Iuſtinum Hiſtoricum Lib. 2. quomodo Scythæ, cum ſuis ſeruis pugnantes, memores facti, non cum hoſtibus, ſed cum ſeruis præliari; nec armorum, ſed dominorum iure vincendos: verbera in aciē, non tela ferenda, omiſſoque ferro virgas & flagella, cęteraque ſeruilis metus paranda inſtrumenta, & quos ferro non poterant metu verborum tandem vincunt, fugamque non hoſtes victi, ſed vt fugitiui ſerui capeſſunt: quicumque autem potuerunt capi, ſupplicia crucibus luerunt: ſed mittamus flagella pro reis, &

funiculos ex quibus facta exquiramus, dum Chriſtus fune cinctus cordiger cordam ſanctificauit.

Aue Maria.

QVotquot legimus cingula geſtaſſe, hoc non ſolum neceſſitate vrgente egerunt, nec ob vſum tantum, ſed vt aliquod myſterium indicarent. Balteis milites non vtuntur ad arma ſolum geſtanda; quinimo vt munere etiam & officio cognoſcantur. Veget. de art. Milit. Expũctus vir pro militia in præſentia omnium Balteum, ſeu zonam militarem à manu ducis accipiebat ſolemniter: quod ſi perfidia & proditione notabatur, antequam debitas pro crimine lueret pœnas, inſignibus militaribus publice exuebatur, quando admittebatur iureiurando ſpondebat ſe velis & equis dimicaturum pro principe, fide, & ſalute publica. Polibius Lib. 6. Cap. 7.
Polybius. Miles glorioſus & Chriſtianus olim in receptione ſua enſem benedictum altiſſimo offerebat, ſeque viriliter pro ſede Apoſtolica, & Religione Catholica

vbique terrarum pugnaturum pollicebatur. Iob.12. *Diſſoluit omnipotens Balteum regum, & præcinxit fune renes eorum. Chriſtus fune cinctus fecit flagellum de funiculis, vt vendentes & ementes de templo expelleret.* Ioan.2. flagella & expulſionem dimittam de chorda ſanctificata veri chordigeri Ieſu Chriſti, in decus Franciſcanæ religionis ſolummodo agam, Propertius. *Iob.* 12.

Nauita de ventis, de bobus narrat arator:
Enumerat miles vulnera paſtor oues:

Horat. 2. Epiſt. *quod medicorum eſt promittunt medici, tractant fabrilia fabri.* *Propertius* *Horatius.*

Chordiger & Minorita obſeruans indignus, cinctus tamen de mirabilibus ſacri funis diſſeram. Fune Papæ, Fune Cardinales, Fune Patriarchæ, Fune Archiepiſcopi, Fune Epiſcopi, Fune Prælati, Fune Principes, & Reges cincti fuere, hunc balteis, torquibus, atque Regijs ordinibus prætulerunt, honorarunt, & ſagaciter cuſtodierunt.

Ariadnem Poetæ in ſuis Mythologijs referunt fune è labyrintho abſtruſiſſimo & difficillimo ſe explicaſſe, & fune ſuo conſilio Theſeum Minotauri *Ariadne*

rabiem euitaſſe: ita nos deuotione funis Franciſcani à Satanæ faucibus omnibuſque periculis eruimur.

Quod olim ceſto Veneris impie tribuebatur, illud benedictę chordæ ſancti Franciſci Eccleſia Romana contulit: & quemadmodum ceſtus à Venerè libidinoſa accipiebatur in luxum, ita chorda ſancti Franciſci ad caſtimoniam & lumbos perſtringendos deuote ſumitur, & religioſe portatur.

Ceſtus. Ceſtus proprie ſignificat cingulum, à varijs cæſuris, hoc eſt inciſionibus quibus inſigniri cingula ſolebant: quamuis ſint qui ἀπὸ τοῦ κέντειν hoc eſt varijs punctis appellatum ceſtũ exiſtiment: κέντειν pungere eſt, à quo centrum dicitur, id eſt, punctus qui eſt in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ inter ſe ſunt æquales. Quamobrẽ admirabile illud Veneris cingulum à Poëtis tantopere decantatum, quo Venus Martem, & ab illa mutauta Iuno Iouem ſibi conciliabant, quoties in pellices erant proniores, ceſtum dixere. martialis: *Collo necte puer Amores: de Veneris ſinu calentem* Idem, *Sume Citheriaco mendicatum nectare ceſton,*
Viſit

Viſit amatorem balteus iſte Iouem. Hoc alibi idem Poëta, nodum Acidalium vocauit: *Audit Acidalio, ſed non manus aſpera nodo, Quem rapuit collo parue cupido tuo*. Nam de Ceſto, intelligi ſequentes verſus oſtendunt. *Et matris reuocetur amor, ſummique Tonantis: A te Iuno petat Ceſton & ipſa Venus.* Ab hoc Ceſto ceſticulus dictus eſt, quaſi paruum cingulum, ille circulus, quem quaſi corollam capiti imponunt, qui aliquid oneris ſupra caput impoſituri ſunt, quod facere imprimis mulieres conſueuerunt: Item ceſtus inſtrumentum quo paleſtritæ & pugiles vtebantur: nihil enim aliud erat quã lorum ex corio bubulo manibus circumuolutum, quo & ictum ipſius minime ſentirent.

Chorda minoritica habet ſuos nodos ad inſtar nodi Gordij, quem Alexander Magnus ſecuit & ſoluit. Plut. tom. 2. in vita Alexandri. Baruch. 6. *Mulieres autem circundatæ funibus in vijs ſedent ſuccedentes oſſa oliuarum.* *Baruch. 6.*

Militia eſt vita hominis ſuper terram, quæ eget funiculis charitatis ad machinas ſpiritales contra inimicos viſibiles,

rubeam in lignum exemptionis à futura deuaſtatione. Ioſue 2. Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiuraſti *Ioſue.2.* nos, ſi ingredientibus nobis terram, ſignum non fuerit funiculus iſte coccineus, & ligaueris eum in feneſtra, per quam demiſiſti nos, & patrem tuum, ac matrem, fratreſque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domũ tuam. Geneſ. 38. de Zara dicitur: inſtante autem partu apparuerunt gemini in vtero, atque in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit conccinum dicens, iſte egredietur prior, illo vero retrahente manum egreſſus eſt alter: dixitq. mulier, quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares: poſtea egreſſus eſt *Phares.* frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram. Hic *Zara.* purpureo funiculo à Phares diſtinctus, & deuotiores Chriſtianorum ab impijs chorda Seraphica ſecernũtur. Helias zonam pelliceam ad carnem geſtabat & veſtes: Tertullianus de pallio ad vxorem, zonam hanc fuſe exaggerat. Apocalypſeos 1. Cap. Ioannes

Euangeliſta in medio ſeptem candelabrorum aureorum vidit ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mãmillas zona aurea: hunc interpretor DiuũFranciſcum fune cinctum caſtitatis & charitatis.

Ezech. 4. Ezechiel. 4. *Ecce vir cuius erat ſpecies æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽſuræ in manu eius, ſtabat autem in porta, Chriſtus ſcilicet qui fune cingebatur & Apoſtoli: Inde fecit flagellum de funiculis his à Iudæis ligatur.* In cui⁹ rei memoriã D. Franciſcus pro cingulo corrigiam dimittens funem elegit, vt nos ad Deum traheret. Oſeæ. 11. In funiculis Adam traham eos. Per funem intelligitur quodcumque vinculum & ligamen.

Funium vſus. Funibus vtimur ad ligandum, ad ſtringendum, ad trahendum, ad cingendum, ad menſurandum: Alius funis obedientię, alius amicitiæ, alius pœnitentiæ, & iſti ſunt boni funes figurati in illis funibus. Heſter. 1. qui erãt in tentorio Regis Aſſueri: Ideſt Ieſu Chriſti, quod eſt Eccleſia talibus funibus & virtutibus repleta : vnde Iſai. 54. dicitur ciuitati Hieruſalem, lon-

gos fac funiculos, & clauos tuos conſolida. Funis amicitię & dilectionis habet funiculum triplicem, quia charitas ligat cum Deo, cum amico, & inimico: & ſic erit ille funiculus dę quo dicitur Eccl. 4. *funiculus triplex difficile rumpitur*. Simus igitur ligati fune amicitiæ & dilectionis, per iſtum enim funem inuicem iungimur, fortiter ſtringimur, pariter vnimur, firmiter trahimur. Funiculus charitatis coccineus, cum quo exploratores de vrbe Hierico fuerunt immiſſi, & à mortis periculo liberati, & per quē Raab meretrix poſtmodum de vrbis excidio eſt ſaluata. Vere (chariſſimi) funis coccineus & igneus ideſt feruor, amor, Charitas, & vnitas, ſunt ligatura ſanctiſſima & iunctura perfecta, quando interuenit inter perſonas, quas ab omnibus periculis eruit. Funis amicitiæ debet habere cōſtantiam, decentiam, & munditiam. Debet habere firmitatem & conſtantiam, quod oſtenditur cum dicitur 40. Ezechielis. Ecce viri: quia ſcilicet illi, qui ſe diligunt debent eſſe viri, hoc eſt amore conſtantes & perfecti. Iſte enim funis non debet modica occa- Eccl 4.

ſione rumpi. Iuxta illud Senecæ: Sic diligamus quaſi deſinere non liceat, quamuis multi poſſint dicere cum Hieremia 10. Tabernaculum meum vaſtatum eſt, & omnes funiculi mei diſrupti ſunt.

Simile. Iſte eſt funis amicitiæ & dilectionis; Sicut enim nauis funibus vnitur, & cũ funibus velum erigitur, per funes tota nauis ad portũ applicatur: ſic vere nauis animæ vel Eccleſiæ funibus dilectionis ad portum Paradiſi trahitur. Velum cordis noſtri cum funibus amoris ſurſum erigitur, & tota vita noſtra talibus funibus regitur & dirigitur. Item debet habere honeſtatem & decentiã, quod oſtenditur cum dicitur: cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris, quia illi qui ſe diligunt, præſertim Eccleſiaſtici, debent eſſe ærei per bonam & probam conuerſationem (ſicut æs quod eſt ſplendidum, rutilum) coruſci, & alter alterius mutui amoris officio decenter, & honeſte vti: figurati in vaſis æneis, quæ vſui tabernaculi fuerunt deputata. Exod. 27. Omnia vaſa ex ęre fabricabis. Sed, proh dolor! ſunt multi

quorum ſcelerata ſocietas non eſt ſplēdida per decentiam & honeſtatem, ſed omnino tenebroſa per malitiam & iniquitatem, quibus iuſte poteſt imprecari illud Iſai. 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Item debet habere puritatem & munditiam: funiculus lineus in manu eius, quia illi qui ſe diligunt debent habere candorem æquitatis, pietatis funiculo metiri, & ligare, vt ſic quilibet eorum poſſit dicere. Pſal. verſum: ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. *Iſai. 5.*

Sed re vera ſunt malorum conſortia, qui habent in manu funiculum nō lineum, ſed neruorum, non album & purum, ſed ſqualidum & cruentatum; non vt opera ſua pietate, ſed feritate conglobent. Tales ſunt maxime Tyranni, & curiales raptores, auari, qui vel ſubditos, vel pauperes multis iniurijs & exactionibus illaqueant, ita vt oppreſſi exclament: Pſal. funes extenderunt in laqueū &c. vel per malū habitum obſtinati, ſe nullis patiuntur integritatis funibus ligari, omnes rumpunt, vt Sanſon: Iudicum. 16. Alius eſt *Iudic. 16.*

funis obedientiæ & ſubiectionis: ſicut enim animalia ſylueſtria funibus ligantur vt domeſticētur & ducantur, ne fugiãt, & diuagentur, ſic funibus obediētiæ & diuinorum mandatorũ debemus ligari, vt ad voluntatem magiſtri noſtri Dei, & prælatorum poſſimus melius circumduci, & edomari. Ligemur igitur circa collum funibus humilitatis. 3. Reg. 20. ponamus ſaccos in lumbis, & funiculos in capitibus noſtris. Circa renes tenemur ligari funibus caſtimoniæ. Funes Diuo Franciſco ceciderunt in præclaris, etenim hæreditas noſtra præclara eſt nobis. Alius
Simile. funis pœnitentiæ, ſicut enim per funes homines de profundis carceribus extrahuntur, per funes onera grauia ſurſum ad alta ſubleuantur: ita pœnitentia peccatores extrahuntur de fouea & carcere peccati, eleuantur & portãtur ad altum ædificium Paradiſi. Hierem. 38. extraxerunt Hieremiam funibus de lacu. Eſt deniq. funis æternæ prouidentiæ, quemadmodum enim
Aliud. funibus ſortes diſtribuũtur, hæreditates diuiduntur, & metiuntur, ſic funiculo diuinæ diſtributionis, prouiden-

tiæ, & ordinationis hæreditas Paradiſi nobis diſtribuitur, ac vnicuique ſecundum propria merita certa ſibi portio diſpenſatur. Pſal. Sorte diuiſit eis terram funiculo diſtributionis. Chordis anchoras in mare laxamus, chordis theſauros & merces indulgentiarum ligamus: Chordis ignem pro tormentis bellicis accendendis milites fouent. Chordis luxuria cohibetur Luc. duodecimo. Sint lumbi veſtri pręcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Diuus Dominicus prædicatorum inſtitutor chorda cinctus, ſuos fratres chorda cingi quoque voluit. Anna Britanniæ Duciſſa, coniux & ſponſa Ludouici vndecimi funem Franciſcanum geſtabat, & prima fuit quæ armis mulierum nobilium ſeu illuſtriũ funes circumcirca cœpit affigere. Robertus Gallorum Rex fune minoritico tertiarius Franciſcanus cingebatur. S. Ludouicus huius nominis nonus, tertium etiam ordinem ingreſſus, rudem chordam ad carnem ferebat. S. Elzearius cum fideli conſorte S. Delphina de regione Prouinciæ oriundus, comes Arriani, ambo ex tertio or-

dine funem ferebant: Similiter Diuus Iacobus, Regina Vngariæ, B. Elizabeth. Quatuor pontifices fuerunt Minoritæ & Chordigeri: Alexander, Nicolaus 4. Sixtus 4. & Sixtus quintus à monte Alto, qui breui regni ſui curriculo Eccleſiæ Romanæ, & reipublicæ adeo profuit, vt vix vnquam intermoritura opera omnia, Hiſtoriographi debite, & per ordinem deſcribere poſſint, chartæ potius deficerent, quam actus inſignes intra & extra Romam patrati. Innumeri principes & illuſtriſſimi Cardinales Minoritæ & Chordigeri: & hodie Cardinalem d'Aſcoli Eccleſia habet hominem eruditiſſimum, prudentia & pietate illuſtratum. Olim Diuus Bonauentura Cardinalis, Doctor Seraphicus, Eccleſiæ lumen, & iubar Fratrum Minorum, miniſter Generalis chordiger erat. Maxima fuit Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum turma, & vbique terrarum ſacratiſſimo fune cincta. Ludouicus vndecimus Galliarum Monarcha, & Rex Chriſtianiſſimus ordinem Equitum ſancti Michaëlis fundauit, & torquem, ſeu equeſtrem ordinem funibus

inſculptis adornari iuſſit. Amadeus quintusSabaudiæDux equites Annunciationis Beatiſſimæ. Virginis Mariæ inſtituit,&pro inſigni ſeu torque,chordam auream cum numiſmate Annũciationis B. Virginis mariç illis aſſignauit. Anchora funibus complicata inſigne erat Zeleuci Syriæ Regis. Leuit. vigeſimo ſexto. Aaron cinctus. Romani cinctos ſtrenuos, diſcinctos puſillanimes appellabant. Hodie vergit in maximnm dedecus à iudice cingulo priuari. Deus iuſſit edentes agnũ cũ lactucis agreſtib' renes accingere,habendo baculum in manibus. Exod. duodecimo: Erit pro zona funiculus Iſai. tertio Act. vigeſimo primo: Alia autem die veniunt Cæſaream, & intrantes domum Philippi Euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptem, manſimus apud eum, & cum moraretur per dies aliquot, ſuperuenit quidam à Iudæa Propheta Agabus: Is cum veniſſet ad nos tulit Zonam Pauli, & alligans ſibi manus & pedes dixit, hæc dicit Spiritus ſanctus, virum cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Hieruſalem Iudçi, & tradent in ma-

nus gentium. Ioann. vigeſimo primo: Amen amen dico tibi, cum eſſes iunior, cingebas & ambulabas quo volebas, cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Quod S. Petro dicitur, hoc in chordigero Franciſco impletur, qui poſt emiſſum votum ſuum ire tenetur quocumque à prælato ſuo per obedientiam ſanctam aſſignatur ſine contradictione: quod ſi miſſio pugnauerit cum parte ſenſitiua, recordetur ſe propter Deum abnegaſſe ſuam propriam voluntatem. Fune habitus cinguntur, & voto animi ſtringuntur & pręprediuntur quamplurimi homines perfecti mundo mortui: cingulum pelliceum & chordam rudem, ad renes & carnem mortificationis ergo detulerunt. Diuus Dominicus loricatus cingulum ferreum, ſeu laminam in carne affixam habuit. Miror quod hodie athei, aut in religione Catholica tepidi blatterent, & ſuas blaſphemias in funē ſacrum euomant, falſo imponentes ijs qui Archiconfraternitati ſanctiſſimę ad-

ſcribi cupierunt : hos velim hortari deuotos chordigeros, vt omni cum pietate & reuerentia funem benedictum geſtent : proceſſionibus quæ ſingulis menſibus fiunt interſint, cereos largiſſime pro diuinis officijs expendant, & maxime ad mortuos ſepeliendos. Amantes donaria reciproca reuerenter cuſtodiunt, & vos chordigeri benedictum funem aſſeruate, & cum debita reuerentia ad renes, ad carnem affixum portate.

Diuus Franciſcus cum ad pagum Sernanum aduentaſſet, nec ſigillum haberet ad litteras gratioſas affiliationis in ordine muniendas, & authenticas reddendas, chorda ſua pro calcographo vtens, ſpeciem & imaginem angelicam Seraphini miraculo impreſſit.

Paucis retro annis in Luſitania & marí Oceano nauis periclitabatur, quæ proxima naufragio, fruſtrata ſpe, nautæ diuo Franciſco corde, & clamoribus feruidis periculum emergens explicantes, ſeque illi deuouentes, hunc aduentantem viderunt, & chordam ab eo in auxilium tunc demiſſam apprehẽdentes, eius patrocinio ab vndis & vor- *Miraculũ funis.*

ticibus explicati, ad portum vela facientes, chordis benedictis cincti Lyſbonæ ad ipſius D. Franciſci ſanctum altare vota reddiderunt.

Aliud. Apud Caſtrum de la Pieue fuit quidam homo ordini Fratrum Minorum deuotus, qui habens vnam ex chordis ſancti Franciſci, illamque magna cum deuotione apud ſe cuſtodiens, illius contactu ægritudines innumeras curabat, etiam natura inſanabiles. Quædã mulier nouiſſime prope conuentum ſancti Franciſci in partu anxiabatur, quę contrectatione chordæ benedictæ ſancti Franciſci à fœtu & dolore fœliciter liberata eſt.

D. Ioannes Baptiſta ſpecimen penitentiæ zonam pelliceã gerebat: Math. 3. D. Bernardinus Senenſis fune cæcam mulierẽ, aliaſque infirmitates ſanauit. anno 1604. menſis Iulij 20. accidit in ciuitate Ruthenenſi in Gallia, quod dum quidam concionaretur & blaterarẽt aliqui cõtra reuerẽtiã ſacræ & benedictæ chordæ reddendam, Ioannes Cauanacus Marcoleſius ętatis 17. annorum ſpectatæ virtutis adoleſcens in Collegio Ieſuitarum humanitati ope-

Cauanacus.

ram dans, in ardentiſſimam febrim incidit: Hunc cum ludi Magiſter, & nos, alternatis vicibus die noctuque viſitaremus, ingraueſcente morbo, animalis quidam homo quæ ſunt Dei minime prçcipiẽs, chordam ei auferre conatur: hic reſtitit dicens: linquite, linquite arras & inſignia deuotionis meæ erga Beatiſſimã Virginem & ſanctum Franciſcum, funem vi auferunt, & brachio eius circumligant, hunc frequentiſſime oſculabatur, & in extaſim raptus, ſopitus, & inſenſibilis, fixis ad cœlum oculis remanſit, ita vt mortuus & extinctus iudicaretur à circunſtantibus. De ſudario & obſequiis egomet tractabam.

Aduenit pater dolore conſternatus, & lacrymis madefactus ingemiſcens, & ſupinus in lectulo filij conquerebatur, flens vocat, & valide accit filium, qui ad ſe rediens ab extaſi in hæc verba prorupit: pater mi, pater mi grauiter fero aduentum tuum; me enim excitaſti à viſione ſanctiſſima & colloquio Reginæ cœlorum, & Dominæ iſtius funis, cuius prçſentia captus non poteram pulchritudinem eius omni ex

parte mirari: pulchra eſt & formoſa, eius pulchritudinem ſol & luna mirantur, poſt ad me conuerſus dixit: Dilectiſſime pater, ne me deſeras vſque quo ſpiritum efflauerim, hodie circa meridiem moriar, orate pro me, & narrate mihi ſemper aliqua ex miraculis Beatiſſimæ Virginis Mariæ: quod & factum eſt; hora precoci& indicta obijt. Tota ciuitas hunc obijſſe ſtatim ſciuit, parantur exequiæ, ab vniuerſo pene populo ad tumulum ducitur. Habui ergo ſermonem in hæc verba: Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, ſepelitur, & tumulus eius floribus adornatur, ſicut parietes Epitaphijs: hunc beatum qui diceret, haud falleretur.

Confalones eremitæ chorda cinguntur: Chriſtus fune cinctus, verus chordiger, chordam ſanctificauit.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui libertatis & gratię author es, qui funibus ligari voluiſti, fune cinctus, ex quo flagellum, ad fugandos à ſanctuario ementes, & vendentes boues, oues, & columbas,

columbas feciſti, permitte nobis, vt ob deuotionem patris Seraphici ſancti Franciſci, chordam benedictam feramus, & iudulgentias pro chordigeris conceſſas lucrantes, ad gaudia ſempiterna veniamus. Amen.

Digitized by Google

FERIA TERTIA POST DOMINICAM QVARTAM quadrageſimæ.

Ignorantia nobilior ſcientia: & poteſt vir fieri doctus ſine ſtudio & profeſſore.

Iris. ANtiqui Poëtæ narrant Iridem Thaumantis eſſe filiam (Plautus in Theæteto) hoc eſt admirationem ſcientiarum genitricem: Propter mirari cœperunt homines philoſophari. At ſicut ſapiētia ab admiratione naſcitur, ſic ab ignorātia admiratio. Quod Iudæi mirarentur & de Chriſto dicerent: quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit? ex ignorantia procedebat, quę nobilior ſcientia, & poteſt vir fieri doctus ſine ſtudio & profeſſore.

Aue Maria.

QVo magis paradoxũ iſtud examino, fortioribus inde locis, & rationibus conuinco ignorantiam nobiliorem ſcientia, & litteris expertes doctioribus dignitate & tranquillitate præſtare conijcio. Qui maiorem dierum ſuorum partem in ſtudio, in vigilijs, in perluſtrandis vniuerſitatibus & conſulendis hominibus doctioribus impenderunt, ob litteras iacturam & detrimentum paſſi, ſcientiæ & ſufficientiæ ſuæ maledixerunt. *Ignorantia*

Cicero eloquentiæ & doctrinæ coryphæus ac pater, teſte Valerio Maximo, refert hunc ſępiſſime conqueſtum, & circa ſenium decrepitamque ætatem doluiſſe, quod litteras didiciſſet, laborum, dolorum, & ærumnarum ſuarum ſcaturigines. Licinius Imperator, Valentinianus, Heraclides, Licianus, Philonides Melitenſis, palam, & publice crebro litteras peſtem publicam, & venenum periculoſiſſimum vocitarunt. *Cicero.*

Apud probatos legitur, ſcientiam atque doctrinam adipiſcentes, hoſtes & æmulos ſibi acquirere, & quod ex ſuperabundanti ſcientia innumera pericula ſcatent.

Homerus ſuum patiebatur Zoilum æmulum, Ariſtoteles Platoni contradixit, Epicurus Ariſtotelem redarguit: Socrates ab Ariſtophane & Meltio infamatur, qui ei ineffabile laſciuiei facinus & impietatem impoſuerũt: Theophraſtus ab impudica Leontia lancinatus, eſt quæ librũ de meretricatu edidit contrarium illi quem ipſe de coniugio compoſuerat: Ioſephus ab Apione Grãmatico reprehenditur. Ieſus Chriſtus inuidorum ſcribarum & Phariſæorum cachinnum & maledicentiam fert: *Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes: quomodo hic litteras ſcit, cum non dedicerit?*

Mirabantur hoc loci, Diuus Auguſtinus illos deludit, quia non conuertebantur, nec meliores ex Chriſti concionibus reddebantur, qui nimio inſtar araneæ, quæ omnia in venenum conuertit, ſicut contra apis flores in mel

tranſmutat, ita iſti deteriores ex Chriſti efficiuntur ſermonibus. Ne igitur miremur, ſi quidam noſtris prædicationibus minime conuertantur. Docti ſcribæ & Phariſæi Saluatori inſidiabantur, & populus humilis & ignarus hunc ſequebatur, & efficaciter auſcultabat.

A ſcientia & non ab ignorantia hæreſes ortæ, quapropter Apoſtolus præmonuit nos, vt à Philoſophia caueremus: Coloſſ. primo, quam ipſe pulchrè nouerat, quod Athenis fuiſſet inter Philoſophos aliquandò verſatus: Videte (ait) ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. Vnde Tertull. in libro de præſcript. hæreticorum ita ſentit dicens: Ipſæ denique hæreſes à Philoſophia ſubornantur: Inde Æones, & formæ neſcio quę, & Trinitas hominis apud Valentinum, Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate à Stoicis venerat: & vti anima interire dicatur ab Epicureis obſeruatur: & vt carnis reſtitutio negetur de vna omnium Phi-

Coloſſ.1.

Tertull.

loſophorum ſchola ſumitur: & vbi materia cũ Deo æquatur, Zenonis diſci plina eſt: Et vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit: eædem materiæ apud hæreticos & Philoſophos volutantur, idem tractatus
1. Cor. 1. implicatur. li. Cor. 1. Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: Ipſis autem vocatis Iudæis atque Grçcis Chriſtum Dei virtutem atque ſapientiam, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. A profeſſoribus & doctis viris hæreſes prodiere, plebs imperita ſine contradictione credit, & Spiritui ſancto libere cedit.

Nullus artium magiſter, nullus vtriuſq. iuris doctor in republica Liguſtica aut Luquenſi, officio publico aut magiſtratu poteſt inſigniri in eorum parlamento. Verentur ſiquidem ne tales de litteris bene meriti pacem publicam, & negocia communia turbent aut anteuertant, reuerentur quidem artes & ſcientias, earumque profeſſores, nec tamen illos in ſuis cœtibus

& Concilijs admittunt.

Hoc conſulto fieri quis dubitarit? Animaduertite quęſo audaciam atque inſolentiam ſciolorum hominum, qui pro vno quanquam collegij omnia ſibi ſubijci & proſtrari contendunt, & centones, rapſodias, & battologiam diuerſorum authorum citantes, oracula irrefragabilia iudicari & haberi volunt, etſi nihil reſoluant, verba dent, & omnium animos perplexos reddant.

Sunt qui exemplo Mydæ paralogiſmis, captionibus & contradictionibus fœcundi, pertinaces vbique locorum in infinitas opiniones deducti, nihil omnino vſquam ſoluunt. Et præcauens ne aliquis ad fidem ſuam veniens ſupplicaretur, etiam Chriſti talem eſſe calicem qualem eſſe requirat, & per ſimilitudinem materię formidaret errorem, ideo curauit vt haberemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Sæpe vidi aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum venena conſiderans deprehendi calicem Babylonis. Nec tamen velim vt quiſpiam arbitretur me iſta dixiſſe, quod putem ele-

gantiã ſermonis pugnare cũ Chriſtiana religione, aut aliquo puncto obeſſe fidei Catholicæ.

Fateor quidem illa ſimul coire in vnum poſſe, vt vere ſit Chriſtianus & eloquens, quales fuere ex Græcis Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus: ex noſtris Hieronymus, Cyprianus, Ambroſius, Hilarius, atq. vtinam ego talis eſſem, vt propter ſanctitatem primum, deinde propter eloquentiam in eorum ordinem merito annumerari poſſim. Eſt enim elegantia ſermonis, orationiſq. cultus res talis, vt bonis & malis, hæreticis Catholiciſq. cõmunis ſit, qua bene & male vti quiſq. poteſt, bonis enim Catholiciſque viris maximũ eſt ornamentũ ad virtutũ perſuaſionẽ, inſectationẽq. vitiorũ vtiliſſima. Quod ſi hæc alicui hæretico contigerit, eũ ad fallendũ potentiorem reddet. Nã venuſtate ſermonis, quaſi quibuſdã blanditijs lectoris animũ in ſuam ſententiã trahit; atque ideo hęc dixi, ne ſcilicet ſolo ſermonis ſplendore tanquã aureo poculo allectus, dogma venenoſum ebibat. Ideo 23. Prouerb. Sapiens ait: *Ne intuearis vinum quod flaueſcit*, cum ſplenduerit vitro color

Prouer. 23

eius, ingreditur blande, in nouiſſimo mordebit,& tanquam coluber& regulus venena diffundet, ſed cum legerit id, attendat potius quid ſcriptura referat, non qualiter referat.

Mullus enim (vt credo) adeo demẽs, vt malit in aureo vaſe venenum, quam in vaſe fictili optimum vinum, parum quidem refert ad corporis incolumitatem, an illo vaſe bibas, modo id commoditatem aliquam adferat, quam in ſtomachum traieceris: iuuat tamen ad oculorum oblectamentum, mũdis vaſis, ornatis, iiſdemque pretioſis vti. Sic etiam mirum in modum delectant ſermonis ſplendor, orationiſque cultus: verum minime reficiunt, niſi ſub illo verborum fuco aliquis ſolidus veræ doctrinæ cibus lateat: nam ſermonis elegantia videtur mihi velut condimentum, vt cibus auidius ſumatur, at ſolum condimentum in conuiuio ponere eſt irritare famem, non prandium parare: quod ſi oratio fuerit rebus & verbis copioſa, & ornata; oppiparum certe erit conuiuium, cui adſtare nullus merito dedignari poterit.

Ex his ergo omnibus ſatis iam (vt

opinor) manifeſtum relinquitur, quantum veræ pietati, & Catholicę fidei obeſſe poterit librorum gentilium lectio, in quibus multum eſt veneni ad interimendum, & multum mellis ad alliciendum.

Verum hic admonere oportet, ne hac occaſione omnino gentilium libri deſerantur, quia in multis nos docere poſſunt, quorum cognitio eſt admodum neceſſaria, ad ſacrorum librorum intelligentiam.

Definitiones, diuiſiones. Definitiones & diuiſiones habemus à Logica, & Metaphyſica: rerum cauſas, origines, & proprietates oſtendit Phyſicus, ex quarum cognitione multa in ſcripturis abſcondita nobis reuelantur. De Moyſe dicitur, quod doctus fuerit in omni Sapientia Ægyptiorum. *Aug.* Auguſtinus quidem aſſerit Lib. 2. de Doct. Chriſt. Cap. 28. gentiles hiſtorias plurimum conferre ad intelligentiã ſcripturæ ſacrę, oſtenditque ex earum ignorãtia aliquos citra ſcripturas erraſſe. Et Lib. 2. Cap. 29. oſtendit troporum & figurarum cognitionem eſſe omnino ad ſcripturarum intelligentiam neceſſariam, quę à Grammaticis & oratori-

bus petenda eſt.

Demum Lib. 2. Cap. 40. de omnium Philoſophorum doctrina ſic ait: ſicut enim AEgyptij non ſolum idola habebant, & onera grauia quæ populus Iſrael deteſtaretur, & fugeret, ſed etiā vaſa & ornamenta de auro, & argento, & veſtem, quæ ille populus exiens de Ægypto ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non authoritate propria, ſed præcepto Dei, ipſis Ægyptijs neſcienter commodantibus ea, quibus non bene vtebantur: ſic doctrinæ omnes Gentilium, non ſolum ſimulata & ſuperſtitioſa figmenta, graueſque ſarcinas ſuperuacanei laboris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto de ſocietate gentilium exiens debet abominari atque deuitare, ſed etiam liberales, vſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſſima continent, deque vno Deo ipſo colendo nonnulla vera apud eos inueniuntur, quod eorum tāquam aurum, & argentum, quod non ipſi in- *Simile.* ſtituerunt, ſed de quibuſdam quaſi metallis diuinę prouidentiæ, quæ vbique infuſa eſt, eruerunt, & quo peruerſe at-

que iniurioſe ad obſequia dęmonum abutuntur, cum ab eorum miſera ſocietate ſeſe animo ſeparat, debet ab eis auferre Chriſtianus ad vſum iuſtum prædicandi Euangelij.

Veſtem quoque illorum, ideſt, hominum quidem inſtituta, ſed tamen accommodata humanæ ſocietati, qua in hac vita carere non poſſumus, accipere atque habere licebit, in vſum cõuertenda Chriſtianum.

Poſſunt eitam prodeſſe illorum doctrinæ, ad ipſos gentiles expugnandos. Fructum & vtilitatem harum litterarũ non percipio, quas venuſtatis & euphoniç gratia delectabiles, bonas, & humanas appellant: falluntur, totoque cælo errãt qui eas vtiles Reipublicę dictitãt. Quot ſũt regna, quot Prouinciæ, quot vrbes quę ſine Codicis, Digeſti, Infortiati Pandectarum, & Inſtitutionũ ciuilium Iuſtiniani, atque Theodoſij legibus in directione, regimine, & adminiſtratione iamdiu florent, ſine Philoſophia Stoica, Peripatetica, Ariſtotelica & Platonica res ſuas fœliciter moderantur? quod rebus militaribus patrocinentur, fabula eſt.

Vidi enim, & noui homines in lectione bellorum continuos, Vegetium de re militari, Homerũ, Æneidem, ac Iulij Cęſaris Commentaria ad vnguem percurrentes: in bello ceruі, milites inexpertes exercitui, & turmis confuſionem, & non ordinem ſubminiſtrarunt. *Vegetius Cæſar.*

Experientia militiæ domina noua indies ſtratagemata excogitat, innouantur arma, & armorum vſus, differũt hodierna ab antiquis molimina: moderni ſtrenui & virtute præſtantes milites deludunt Vegetij & Frontini dicta militiæ primitiuæ. Iudicium (vt reor) & experientia, diligẽtia, fidelitas, & ſecretum victorias & triumphos efficiunt. *Experientia.*

Quid œconomia inferuit regimini familiæ, inutilis Ethica Ariſtotelis, dãtur probæ matronæ (ſalua reuerentia Xenophontis & illius Philoſophorum Principis) quæ melius & opportunius domũ & domeſticos dirigunt, & ſi œconomi iſti à cineribus euocarentur, ſuis Codicibus ſupperadderent.

Scientia humana ſtultitia eſt apud Deum, cum ergo talis apud Ethnicos ſit, non eſt iam cur dubitet aliquis alli- *Scientia humana.*

duam illorum lectionem valde nocere Chriſtianis, maxime incautis & infirmis. Si libri pietate pleni proſunt legētibus, cur non & impij libri obeſſe poterunt eiſdem? ſic enim ait Propheta regius
Pſal. 17. Pſal. 17. *Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruertêris.*

Si conſuetudo & conuictus vertit hominū mores, trahitque ad ſe, in confeſſo eſt illud idem efficere poſſe librorum lectionem, imo ſæpe multo efficacius, quia licet verbum fortius moueat, vehementius trahat, celerius rapiat, quam ſcriptura, eo quod viua vox acutius penetret: tamen ea quæ ſcribūtur, quam ex longa meditatione veniāt melius digeſta eſſe oportet, accuratiuſque ordinata, quam in communi colloquio: eoque euenit vt ſæpe efficacior ſit ſcriptura, quam vox: quod plures habeat neruos oratio præmeditata,
Baſilius. quam ex tempore dicta. Vnde Baſilius nepotes ſuos docens, qualiter gentiū libri, maxime Poetarum, legendi ſunt, ait: quando vero ad infames, & nefarios homines veniunt, hęc omnino vitare, his aures obſtruere, non minus quam Vlyſſem ad cantum Syrenum

dicũt, oportebit: nam prauis aſſueſcere ſermonibus, via quædam eſt ad rem ipsã. Accedit huic quod in qualibet re diſſerenda magnum habent ornatum, elegantiam, ſplendoremque ſermonis: quę omnia vires ſunt efficaciſſimę ad animos hominum alliciendos.

Ideo Paulus in Epiſt. ad Coloſſ. 2. ait: hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonis; quod exponens Theophylactus ait: idcirco enim id dixerim, quia vniuerſa ſoli Chriſto & notiora ſunt & aperta, vt nemo vos decipiat verborum lenocinio & ſublimitate, ornatu ſcilicet & comitate, & elegantia quadam dicendi. *Coloſſ. 2.* *Theophyl.*

Quid enim ſi adferat quiſpiam quæ ad perſuadendum plurimum valeant, ipſe vero ſit omnium prorſus, ideſt veritatis ignarus? id ſane nihil eſt aliud, niſi captiunculis quibuſdam, & ſophiſmatibus niti.

Hoc etiam hæreticos feciſſe, vt ſcilicet ſermonis elegantia homines incautos deciperent, teſtatur Paulus in Epiſt. ad Rom. 16. vbi poſtquam eos ab hæreticis cauere pręcepit, adiungit: perdul- *Origo Hæreticorum.*

ces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentum. Vnde Origenes homil. 2. ſuper Hieremiam: Calix aureus Babylon in manu Dei inebrians omnem terram, ſic ait: Nabuchodonoſor volens decipere homines per calicem Babylonis doloſum, non miſcuit in vaſe fictili quod parabat potari, ſed neque in paulo meliore æreo vaſe, vel ſtanneo, &, quod iſta præcellit, argenteo: verum eligens vas aureum in eo poculum temperauit, vt quis videns decorem auri, dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis hæret in ſpecie, non conſideret quid intrinſecus latitet, & accipiens calicem bibat, neſciens calicem Nabuchodonoſor.

Nabuchodonoſor.

Intelligetis autem Calicem aureum in præſenti nominatum, ſi animaduertatis peſſimorum dogmatum verba mortifera, qualem habent compoſitionem, qualem decorem eloquentiæ, qualem rerum diuiſionem: cognoſcetis quomodo vnuſquiſque Poetarum, qui putantur apud nos dilectiſſimi, calicem aureum temperauit, & in calicem aureum venenum iniecerit Idololatriæ, & venenum

Calix aureus.

venenum turpiloquij, venenum eorum quæ animam hominis interimunt dogmatum; venenum falſi nominis ſcientiæ.

Sed meus Ieſus contra fecit, ſciens aureum calicem Zabuli, vt cum aduerſus eos pugnamus, ſuo ipſorum gladio eos iugulemus, vt 1. Reg. 17. Dauid occidiſſe Goliath ſacra teſtatur hiſtoria. His namque armis Iuſtinus Martyr aduerſus gentes pugnat in Apologetico quem de eadem re feſcit. 1 Reg. 17.

Ideo Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. 18. ait. Si autem ab his qui foris ſunt, decerpere quippiam vtile valuerimus, non aſpernabile eſt. Efficiamur probati trapezitæ, legitimum & purum aurum aceruantes, adulteratum autem refutantes: ſumamus ſermones optimos, Deos autem ridiculos, & fabulas alienas canibus proijciamus. Nā plurimam ex ipſis contra ſeipſos fortitudinē habere valebimus. Sed hic conſideratione tanta opus eſt, vt cum per gentilium libros ſpatiamur, caueamus ne dum flores in eorum campo legere volumus, à ſpinis pungamur. Damaſc.

Quapropter oportebit nos more apum facere, quæ vt ſua mella concinnent, aluearia exeunt, per campos volitant, hac illac diſcurrunt, floribus inſidunt, neque tamen omnibus, ſed quos cognoſcunt commodiores: neq. ab eis quibus hæret, omnia auferre conantur, ſed quantum eis ad opus neceſſarium fuerit capientes, reliquum dimittunt: ſic etiam nec omnes gentilium libri legendi ſunt, ſed hi tantum à quibus aliquid vtilitatis decerpi poteſt, nec ex his omnia ſumenda, ſed id tãtum quod pietatem iuuare poteſt, & Catholicæ fidei deſeruire. Hinc colligite ignorantiam meliorem eſſe ſcientia, & poſſe virum fieri doctum ſine ſtudio & profeſſore.

Sciẽtia infuſa Adã Noe &c. In qua ſchola (amabo) Protoplaſtus Adam edoctus fuit, qui nomina rebus impoſuit iuxta illorum proprietates, vt ſacræ refert Geneſeos hiſtoria? ſcientia enim ſibi à Deo indita, ac diuinitus infuſa res omnes exacte nouit: in qua verſatus academia Noë didicit arcam fabricare? vbi Ioſeph, vel Daniel didicerũt interpretari ſomnia? Vbi Prophetæ edocti ſunt vaticinari de futuris, niſi ſi-

cut Apoſtolorum Coryphæus ſcribit. 2. Petri. 1. cæleſti afflati numine, non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia, ſed Spiritu ſancto afflati loquuti ſunt ſancti Dei homines.

A quo Aſtrologo edoctus fuit Ioſue vt ſiſteret ſolem? A quo item Iſaias vt illum reuocaret retrorſum? vbi Petrus Chriſtum Dei filium didicerat, vel eius collega Paulus Euangelium? neq, caro, nec ſăguis reuelabit tibi, ſed pater meus qui eſt in cælis. Math. 16. *Neque ab homine, neque per hominem* Gal. 1. *didici Euangelium, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Et de Apoſtolis: non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Diſcipulis ſuis pollicetur Chriſtus ſe daturum illis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aduerſarij veſtri. Inde Act. 6. diſputantes cum Stephano non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui qui loquebatur. *Math. 16.* *Galat. 1.*

Ex ſacra Regum hiſtoria liquido cōſtat, Salomonem in Regem eſſe aſſumptũ cum adhuc eſſet iuuenis, & Reipublicæ ignarus, & à Domino ſapientiam

poſtulaſſe, eamq. copioſiſſimã impetraſſe. 3. Sap. 7. Quantam nec Regũ aliquis ante, vel poſtea habuiſſe memoratur, vnde ſapientis epitheto decoratur, quæ ſapientia cælitus in eo immiſſa, & infuſa erat, non humanitus acquiſita: ſic & Propheta Amos. 7. vaticinandi dono cælitùs locupletatur.

Ioannes. Euãgeliſta. Quid de Ioanne Theologo dicto referam antonomaſticos? In qua Academia Theologiam didicit aquila volans, clamãs, In principio erat verbum? de eo ſiquidem & B. Petro Act. 4. Lucas meminit, quod homines eſſent ſine litteris, & idiotæ, (erant enim piſcatores Mat. 4.) vnde illa vox in principio &c. niſi quia in Domini pectore recubuit?

Scientia acquiſita, vel infuſa eſt: hinc ignorantia nobilior ſapientia ſeu ſciẽtia, & poteſt fieri vir doctus ſine ſtudio & profeſſore.

Fieranante in ſuo ſpeculo ſcientię vniuerſalis, hæc fundamenta huius ergo ſcriptis reliquit: vult quod legamus, ſcribamus, diſſeramus, difficultates doctioribus efflagitem⁹, & reſolutiones ab illis datas ſedulo & accurate ſcribamus.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui in ſtatu innocẽtiæ Adamum doctiſſimum tua gratia feceras, quique ſine exercitio litterarum Ioſepho & Danieli intelligentiam ſomniorum infudiſti, qui prophetas abſtruſiora diuinitatis ſecreta docuiſti, da nobis quæſumus Spiritum ſanctum tuum, vt Dominum Ieſum Chriſtum Saluatorem ſapientiam patris ęterni admittentes, Euangelio eius obedientes in cælum euehi mereamur. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM QVARTAM QVAdrageſimæ.

Cæcitas præferenda viſui.

Conſolatio quædam eſt, ne moleſte quis ferat cæcitatem corporis, cum animo cernat: ne doleas ſi hoc nõ habeas quod formiculæ & muſcæ, & ſerpentes habent, ideſt corporeos oculos, ſed illum te habere oculum lętare, quo Deus videtur: quoſdam enim mundi Philoſophos legimus, vt totam cogitationem ad mẽtis cogerẽt puritatem, ſibi oculos eruiſſe. A Propheta dicitur Hier. 9. *Intrauit mors per feneſtras*: Qua ratione cæcitas eſt præferenda viſui: vt cæcitas cæcitati Sidonij quæ ad gloriam Dei acciderat.

Hier. 9.

Digitized by Google

Aue Maria.

SI commoda ſenſus viſus, cum damnis eiuſdem contulerimus: hic voluptates, illecebræ ſe offerent, quæ dolore clauduntur, illic cum orbatione acumen ingenij, fortem & aptam imaginationem, & ſublimium contemplationem, memoriç fulcimen, feliciorem in cęcis reminiſcentiam, quam in clare vidētibus reperiem⁹, quoniā illorū intellectus nullam patitur ab obiectis coloratis diſtractionem.

Memoria in cęcis fœlicior: quare hæc maxime à Rhetorib⁹: immo ab omnibus tum Philoſophis cum Mathematicis deſideratur. Hæc mater ſapientiæ in cæcis potiſſimum viget. Sunt qui vnguenta exotica, oleum, aromata, ad memoriam augendā adinuenerunt: ſed dati & prudētes homines cæcitatem his prætulere, quam Chriſtus pro gloria ſua adinueniſſe ait: *Præteriēs Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate* Ioan. nono. *Ioan. 9.*

Digitized by Google

Complectitur hæc hiſtoria myſterium gratiæ noui teſtamenti, quæ facta eſt per Chriſtum, qui venit in hunc mũdum, vt illuminaret omnes, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant. Luc. 1. Hoc eſt, vt Paulus loquitur, peccatores ſaluos faceret. Timoth. 1. nam ea de cauſa ſe à patre miſſum eſſe teſtatur.

Deinde quam diſpares ſint ſubſecuti effectus, nempe quod qui cæci erant, iam videant: & qui videbant cæci ſint. Exemplum hic de cæco & Phariſæis, alibi in Magis, & Herode, & paſſim in turbis & Phariſæis, cuius rei figura etiã fuit in Saule, Dauide, & Ionatha: *Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate.*

Vidiſſe hominem cæcum dicitur, quia eius miſertus eſt. Eſt enim Chriſti videre idem quod miſereri, ait Cyrillus. Hinc Pſaltes orabat pſalmo 29. *Oſtende faciem tuam & ſalui erimus*. Item, Aſpice in me Domine & miſerere mei. Vidit quoq. quia ſtudioſe cũ reſpexit, quia aliquid magni circa ipſũ operat⁹ eſt. Sic Ioan. 5. Ioan. vidiſſe dicitur Paralyticũ: nimirũ Deus opt. max. non detrectauit videre,

ſi eſt ex nobis intelligens aut requirens Deum, & oculo ſuæ bonitatis contemplari, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezechiel. 18. fœlix ergo miſer peccator, quem oculis benignitatis ſuę reſpicit Ieſus. Ezech. 18.

Cum enim omnia humanæ naturæ collata beneficia ſint mere gratuita, quis enim prior dedit illi, vt retribuat ei? Rom. 11. tum maxime incarnationis myſterium, cum nulla re magis quam hac cōmendetur Dei miſericordia, qua nos ille prior ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia rerum noxiarum primorum parentum vitio excæcatos, & originalis iuſtitiæ theſauro ſpoliatos, ſuo aſpectu dignatur, atque ex maſſa perditionis ſibi filios hæredes & cohęredes regni deligit, quibus gratia Dei ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, prędeſtinatis, vocatis, & iuſtificatis tandem amiſſa reſtituitur merito crucis & incarnationis, dum viſum reſtituit, non tantum illum corporeum, ſed ſpiritalem, vt verum Deū agnoſcat, non tantum illic per ſpeculum & ænigma, ſed facie ad faciem,

gloriam domini ſpeculando.

Cydonius. Iſte cæcus à Iudæa in Galilæam venit cum Lazaro, Martha, & Magdalena, & Maximino Epiſcopo, Cydonius dictus, è cuius ſobole illuſtris ac nobilis

Familia de Mirapoix. familia Leuitica de Mirapoix in Gallia Narbonenſi vigens originem duxit.

Certe cæcitas præferenda viſui. Cæci fortiorem habent imaginatiuam, & acutiorem conceptum clare videntibus: in his ſiquidem crebra diſtractio, in illis vero ſenſuum collectio. Cęcus nũ exemptus intueri obſcœna, fœtida, horrida, quæ ſparſim huc illucque ſe offerunt, & inſpicientium oculos lædunt, & affectum turbant? voluta bra fœtida à cœleſti contemplatione nos auertunt.

Cæcus cane, puero, baculo ducitur. Cæcus cane, famulo conductitio, vel baculo ſtipatus per vrbem ambulans, monſtra deformia, homines mancos, pectora inflata, ſtomachos turgidos, capita acuminata, quadrata, cornuta, naſos deformes, ora contorta, corpora vt ſic imperfecta non intuetur, quæ Octauius Auguſtus cum Philoſopho peccata naturæ & hiſtrioniæ locos nuncupauit.

Cæcus horridos & fœtidos,leproſos, paralyticos, hydropicos, eticos, ictericos,impotentes,macros, incraſſatos, impinguatos,dilatatos,ſcabioſos,& huiuſmodi nō reſpicit.Quid de beneficijs, gratijs, & delectationibus cæcorū cōmemorem, qui à cæcitate dolorem aut anxietatem nullam ſunt perpeſſi?

Cæci opportune ac commode cæleſtem pulchritudinem,& lucē inacceſſibilem deitatis gratioſiſſimam contemplantur.

Nunquid olim prudentiſſimus Philoſophus Democritus fixis oculis cælum & ſolem intuitus, ſponte ſe excæcauit, vt oculis extinctis lumen intellectus augeretur, & ſupernorum frequenti meditatione frueretur, à qua diſtrahebatur varijs mūdi obiectis occurrentibus, quæ ſplenem & riſum in illo ſupra modum excitabant? *Democritus.*

Homerus lumine oculorum orbatus poetarum Gręcorum eruditiſſimus, Iliadem atque Odyſſeam contexuit, & tam apte, vt ſatius certaminum imagines quam poemata dixeris. *Homerus.*

Legitur de beato Anthonio alloquēte Dydimum, qui cum eſſet paruu- *Didymus.*

lus oculos amiſerat, cui Deus pro corporalibus ſpiritales dedit: Regulas enim Grammaticæ, & Rhetoricæ didicit, & alias ſententias: nouum ac vetus teſtamentum cognouit, & libros edidit: cui fertur Anthonius dixiſſe, non te conturbat amiſſio oculorum ſenſibilium; tales enim tibi deſunt, quibus muſcæ & pulices carere poſſunt, ſed gaude potius quoniam tales habes, quibus Angeli cognoſcuntur, & De⁹ inſpicitur. Illos vos habere oculos gaudete, quibus ſummum bonum comprehenditur.

Cant. 4. Cant. 4. Vulneraſti cor meum in vno oculorum meorum. Cic. Tuſc. Queſt. Lib. 5. Diodorus Stoicus cæcus multos annos vixit, cum in Philoſophia multo magis quam antea verſaretur: qui cum libri per noctes & dies legerentur, Geometriæ mun⁹ tuebatur, verbis præcipiens diſcentibus vnde quamlibet lineam ſcriberent.

Aſclepiades. Ibidem Aſclepiadem ferunt non ignobilem Philoſophum reſpondiſſe querenti: quid ſibi attuliſſet cæcitas, vt puero vno (inquit) eſſet comitatior. Clodium Appium cæcitas non impe-

diuit quin ad conſilia publica ſuis pedibus iret, & in Senatu Romano vilis ampliſſimam ſuam familiam non moderaretur. Lippus viſu perdito nec propterea facundiſſimus & diſertiſſimus orator ac declamator eſſe deſijt.

Num Annibal Cocles vno ex oculis perdito perdidit magnanimitatem ad Romanos expugnandos, & cum impetu perſequendos? etiamſi vtrumque perdidiſſet oculum, valorem ſuum non amiſiſſet, dux ſẽper ſtrenuus extitiſſet. Tobias perditis oculis timorem & amorem non alterauit. *Annibal.* *Tobias.*

Pariſijs nuper vnus ex Cæcis hoſpitij S. Ludouici mihi ſecũ conferenti dixit, quod clare videns mercaturam exercuerat, & quod à priuatione viſus nuſquam conqueſtus & anxiatus fuerat, ſed gratias agebat Deo pro perditis oculis: aiebat extincto lumine oculorum, ceſſaſſe innumeras moleſtias ab obiectis occurrentibus ſuſcitatas. *Cæcus Pariſinus.*

Videamus qualiter cæcitas peccati mentem humanam excæcat. Sophoniæ. I. Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Vnde vt dicit Robertus Holcoth ſuper librum Sapien- *R. Holcoth.*

tiæ. 2. cap. omne peccatum natum eſt ſupernaturaliter ex cæcitate: & ob hoc ſeptem vitia capitalia ſemper inferunt ſeptem cęcitates corporales, quę in ſacra nominantur hiſtoria. Primo enim mentem excæcat ſuperbia per ſuam nimiam claritatem Eccle. 43. Sol ſuis radijs effulgens excæcat oculos: ſol eſt gloria pompæ mundi, & figuratur per Pauli cæcitatem, de qua Act. 9. Circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram nihil videbat.

Eccl. 43.

Act. 9.

De hac cæcitate poteſt exponi illud Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit in Iſraël: Iſraël enim interpretatur vir videns Deum: ſignificat hominem donis naturę & fortunæ præuentum: cuiuſmodi ſunt homines ingenioſi, ſpecioſi, fortes, & diuites: hæc enim omnia ſunt ſtimuli ſuperbiæ. Vnde Auguſtinus in quadam Epiſtola, vitia cætera in peccatis, ſuperbia vero in rectè actis eſt cauenda, ne illa quę laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur.

Scribit Seneca ad Lucilium Epiſt. 86. quod vxor ſua famulā quādam habuit, quæ ſubito facta cæca videre deſijt.

Seneca.

Incredibilem rem vobis narro, tamen veram; neſcit ſe eſſe cæcam, pædagogum ſuum rogat vt recedat de domo in qua eſt: dicit enim domum tenebroſam eſſe. Et ſubdit Seneca, hoc quod in illa videmus nobis accidit: nemo ſe auarum intelligit, nemo ſe cupidum, cæci ducem quęrunt, nos ſine duce erramus, & dicimus: non ego ambitioſus ſum, ſed vrbs ipſa magis exigit impenſas, non enim meum vitium quod iracundus ſum, quia nondum conſtitui certum genus vitæ.

Adoleſcentia facit quod nos decipimus, non eſt extrinſecus malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ſedet. Sed ideo ad ſanitatem difficulter peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus. Hæc fuit cæcitas epiſcopi Laodicię, cui dicitur Apoc. 3. dicis quia diues ſum, & locuples, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Ecce mala cæcitas ſuperbia. *Epiſcopus Laodicen.*

Secunda cæcitas eſt inuidia, & hæc figuratur per cæcitatem Hely Sacerdotis. 1. Reg. 2. Caligauerunt oculi eius, & non poterat videre lucernam ar-

dentem donec extingueretur. Iſto modo eſt de inuido, qui lucernam ardentem, ideſt perſonam gratioſe viuentē, & proſpere coram Deo, & bonis viris merito approbandam, videre non poteſt, quin lædatur in corde per inuidiam.

Inuidus. Anianus narrat de inuido & cupido iter agentibus. Vox de cælo venit ad eos dicēs. Petat vnus veſtrum quicquid voluerit & habebit: ſic tamen quod ſocius ſuus habebit duplum. Fuit ergo magna controuerſia inter eos quis eorum peteret: tandem inuidus, peto vt eruatur mihi oculus, hoc ideo dixit, vt ſocio ſuo cupido eruerentur ambo oculi.

In figura huius dicitur de Saul 1. Reg. 18. quia non recto oculo inſpiciebat *1. Reg. 18.* Dauid poſtquam triumphauit de Philiſteo, vnde dicitur inuidus, quaſi non videns aliorum proſperitatem & felicitatem.

Tertia cæcitas eſt iracūdia Pſal. *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Hinc Poëta, *Impedit ira animum ne poßit cernere verū:* hæc ſignificatur per cæcitatē Lamech, qui habens arcum voluit ſagittare, & putans

putans ſe occidere feram occidit hominemCain Gen.4.Ita eſt de hominib⁹ iracundis,& præſertim de iudicibus excæcatis per iram, qui putantes ſe interimere vitium in homine , necant ipſũ hominem : Epheſ. 4. Ignorantia eſt in illis propter cæcitatem cordis eorũ. Dicit autẽPetrus deLapiaria in tractatu de oculo morali,quod oculi iracũdorum naturaliter ſunt infectiui,ſi quem inſpiciant, cum contigerit eos vehementer iraſci.

Vnde refertSolinus lib.de mirabilibus mundi , quod in Sicilia ſunt quædam mulieres quæLuciç nuncupantur,habẽtes duplices pupillas in oculis, quæ ſolo viſu dicuntur perimere,ſi forte quem reſpexerint cũ fuerint iratæ.Sic eſt moraliter de iracundis,quod omnia corrũpunt & deſtruunt cum fuerint irati,nec aliquam veritatem admittunt aut cognoſcunt, quod dæmon illis procurat: ſicut piſcator turbans aquam ne piſces rete videant, ſic ipſe turbat eis oculum rationis,vt cadant in laqueum diaboli. Et ideo expedit talibus,vt cum ſe ſentiunt iratos, ſuſpendant ſententiam de omnibus quę tunc agunt, ſiue vlciſcẽ-

do ſiue declarando. Sic fecit Architas Tarentinus, qui volens villicum ſuum punire quod agros dilapidaſſet, ſentiēs ſe iratum punitionem ſuſpendit, dicēs: ſumerem de te vltionem ſi iratus non eſſem. Val. Max. l. 4. Philoſophus dicit duo eſſe conſilij impedimenta, iram, & præcipitationem.

Theodoſius Imperator. Legitur quod cūPhiloſophus Theodoſium Imperatorem nimis pronum vidiſſet ad iram, illi conſuluit vt cum ſe iratum ſentiret, viginti quatuor litteras prius mente recenſeret, & poſt hoc ſtatueret quidquid vellet. Hoc ideò dixit, vt ſaltem tanto tempore recenſendo litteras, deliberaret.

Quarta cæcitas eſt acedia, & figuratur in Tobiæ cęcitate, qui dormiendo viſū perdidit Tob. 2. In acedioſis enim oculi mentis ſunt ſemper grauati ad torporem Math. 26. erant enim oculi eorum grauati, inuenit eos dormientes. Iſte ſomnus & cæcitas accidit homini ex conſideratione pœnæ futuræ ad quā obligatus eſt, quam ſi conſideraret nō dormiret, nec in bono tepeſceret.

Achilles Abbas. In vitis Patrum dicitur, quod Abbas Achilles cuidam fratri cur pateretur

acediã ſciſcitanti reſpondit. Ideo accediam pateris, quia nondum vidiſti præmia quæ ſperamus & ſupplicia quę timemus: mirum tamen eſt quod peccator interdum ſentiendo ſe Deo obligatum in multis audacter dormit.

Auguſtus Imperator audito eo quod quidam mercator multis debitis obligatus obijſſet, qui tamen in vita illa debita penitus nihil curans fortiter dormiebat, iuſſit ſibi eius culcitram comparari, cumque eius familiares mirarentur, reſpondit: habenda eſt & diligenda hæc culcitra ad ſomnum, in qua ille dormire poterat qui tantis debitis obligatus erat. *Auguſtus Imperator.*

O quanti ſunt hodie tales mercatores, qui ſentientes ſe obligatos ad æternas pœnas dormiunt, nec ad Eccleſias debito tempore ſurgunt. Maledicta talium culcitra. Helinandus Ydronicutis Monachus refert, quod cum quidam Epiſcopus Beluacenſis in monaſterio ipſorum pernoctaſſet, cras hora prima veniens idem Helinandus, cœpit eum in ſtrato ſternentem curioſe arguere dicens: aues cæli & por-

ci terræ iam ſurrexerunt, & Epiſcopi adhuc dormiunt, quod ipſe audiens reſpondit: vade miſer & occide vermes tuos, hoc faciam, ſed vermis tuus non morietur in inferno.

Quinta cæcitas cupiditas eſt, figurata per illius mendici cæcitatem qui ſedebat ſecus viam.

Sexta cæcitas eſt gula: Prouerb.23. Cui ve, cuius patri ve, cui rixæ, cui foueę, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſſio oculorum, nonne his qui morantur in vino & ſtudent calicibus epotandis?

Septima cæcitas eſt luxuria quæ aufert oculum mentis: Vates:
Omnis amor cæcus, quia nō eſt arbiter æquus
Nam deforme pecus iudicat eſſe decus.

Quintilianus: Vitijs noſtris in animum per oculos via eſt. Cæcitas viſui anteponenda eſt, nec aliter euenire poteſt quin videntes multa inſpiciant infeſta & infauſta, quæ etiam ſaxa è rupibus niſi tenerentur diuellerent.

In huius rei teſtimonium erit cæcus quem Arrius in itinere offendit: Audiens Arrium hæreticum de ſua cæci-

tate conquerentem, hunc rigidiſſime arguit: quid tua refert impie, ſi cæcus ſum? ingentes altiſſimo refero gratias, & maxime quod talem & tantum impium Hæreſiarcham non intuear. Nūquid Iob ſe cum oculis pepigiſſe fœdus proteſtabatur? intēdens quod ſolā, & non alienam coniugem inſpicerent. Greg. non licet intueri quod non permittitur concupiſcere: Propheta conqueritur oculos ſpecioſa deſerti expilaſſe: mors (ait) in cor eius introducta per feneſtras corporis, per oculos qui fores & aditus mentis, eſt enim progreſſus cogitationis à ſēſibus ad intellectū: ſenſus animum concupiſcentia cæcant.

Nonne ſalutarior Tobiæ cæcitas qua exercetur & meruit, limpido viſui Dauid, qui aſpiciens Bethſabeam, eius amore accēſus Vriæ necem ordinauit, vnde altiſſimus ira excandeſcens eum & populum ſuum deſtruxiſſet, niſi ad vocem Natham debitam pro tanto facinore pœnitentiam egiſſet? Oculi ſcandalizantes conſilio Ieſu Chriſti euellendi ſunt. Cæci inſpectilibus non egent ad minima reſpicienda, nec in

via opus habent vitreis ocularibus ad ventum vitandum. Cæci ab exceſſu candoris niuis nuſquam infeſtantur.

Medicis, Pharmacopolis, nec chirurgis egẽt ad ophtalmiam ſanandam, ad reficiendam delectandamq. pupillam, ad ſcotomiam, ad illuſiones, ad cataractas, ad vngulas, ad margaritas, ad fiſtulas lachrymales, ad epiphoras, ad lippitatem aliaſque ægritudines oculorum: non eſt quod diſtillent ſaluiam, verbenam, fenochium, non miſcent aloës ſuis potibus, tuthiam præparatam, album ouorum, aquam roſeam, nec quærunt pillulas ad viſum inuentas. Quare concludo cæcitatem viſui præferendam.

Diuus Thomas arguitur pro ſua curioſitate à Christo Domino: quia vidiſti me Thoma credidiſti: Beati qui non viderunt & crediderunt. Diuus *Philippus* contendebat videre patrem cæleſtem, qui etiam reprehenditur ab eodẽ: Philippe qui videt me videt & patrem meum: ſancta cæcitas cæci Euangelici Cydonis, quæ nec pro ſuis, nec pro parentum peccatis aduenerat, ſed ad maiorem Dei gloriam.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, fatemur & ingenue dicimus viſum innumeras in nobis concupiſcentias ſuſcitaſſe, quare cum Dauide humillime poſcimus vt oculos noſtros à vanitate auertas, vt in via tua viuificans nos te videre & te frui valeamus. Amen.

Digitized by Google

FERIA QVINTA POST DOMINICAM QVARTAM quadrageſimæ.

Melius eſt mori quam viuere.

TAnta eſt rerũ orbis viciſſitudo, inconſtantia, miſeria, quod pleriq. vanitate ſeculi oppreſſi mortẽ appetunt, & vitã ſpernunt: mors iuſtitiæ miniſter verus, omnium malorum & ærumnarum meta eſt, via ad ſalutem certiſſima : mors hominem à mundo rapiens, hunc à peccandi occaſione diuellit: mors à cruentis tyrannorum coniurationibus ac crudelitatibus nos amouet, ſine morte inanis vita noſtra, ſine morte Ieſu Chriſti vniuerſi homines à cęlo expulſi vitam ęternam non habuiſſent, hinc ſatius mori, quam viuere.

Aue Maria.

ORem ſtupendam,& multis ſeculis inauditam,vitam,& bonum in morte reperiri, lætitiam in luctu, riſum in lachrymis, tranquillitatem in perſecutione,fructum & vtilitatem in obitu. Ita eſſe aſſeuerat Diuus Paulus Philip.1.12.mori lucrum: & alibi clarius loquitur : mihi viuere Chriſtus eſt,& mori lucrum:integra vita mea, diebus Saluatoris regulatur: quotidiana meditatio mea eſt Chriſti crux, paupertas, lachrymæ, ærumnæ, mori lucrum, mori lucrum. *Philip.1.*

Diuus Chryſoſtomus eleganter hæc explanat: quod ſi quis veſtrum quærat diſcere, id diſcimus, quod non ſolum nihil nocumenti accepimus à morte huiuſmodi & condemnatione ſi ſapuerimus, ſed mortales effecti, lucrum etiam fecimus. *Chryſoſt.*

Qui importantem & magnificam huiuſmodi lectionem carpere voluerit, animaduertat mortem antidotum, & propitium præſeruatiuum, ſeu munimen contra innumera mala. Primo

corpus mortale extinctum peccare ceſſat. 2. Maxima eſt nobis conſolatio mori cum bene vixerimus. Adoleſcens viduæ Naim fœliciter moritur, vt ductus ad tumulum à Chriſto ſuſcitaretur & matri redderetur, & plebs ſtatim fateretur Prophetam magnum aduentaſſe, & Deum viſitaſſe plebem ſuam.

Ibat Ieſus in ciuitatem Naim, & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat. Luc. 7. Mori lucrum, lucrum inquam pretioſius & rarius omnibus mūdi ſarcinis. Theſaurus inquam, per quem exceſſus lucri quod in morte iuſti faciunt exponitur, & merces magna qua Deus remunerat ſperantes in ſe. Vnde Iob in hæc verba prorupit: Qui expectant mortem & nō venit, quaſi effodientes theſaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint ſepulchrum: quibus verbis Iob demonſtrare contendit ſolam mortem iſtis colophonē apponere poſſe. Mors inquam theſaurus theſaurorum, & pœna multiplicationis quam iuſti exquirunt.

Huius ergo antiquitus argentum, & aurum, & gemmę in ſepulchris conde-

bantur iuxta defuncti ſortem & condi-
tionem. Ioſephus, Lib. 3. antiquit. Iu- *Ioſephus.*
daic. Cap. 16. narrat de Hircano, quod
cum tumulum Dauidis aperire feciſſet,
tria mille talenta inde hauſit, & non
multo poſt Herodes ſepulchrum idem
expilans innumeros lapides pretioſos
in eo reperit. D. Hieronymus Mauſo-
leũ Dauidis appellat. Hierem. 8. eodem
plane ſenſu: gloſa interlinearis explanat *Mauſoleũ Dauidicũ*
comminationem Hieremiæ Prophetę,
allegantis quod Chaldæi dehumari
curauerant corpora Regum Iuda, &
oſſa principum ſacerdotum, & Pro-
phetarum Hieruſalem.

Auaritia è ſepulchris cadauera euel-
lit, nõ alio fundamento ſepulchra a-
periuntur quam vt theſauri reperian-
tur. D. ipſe Hieronymus, & Nicolaus
Lyranus exiſtimant olim apponi ſolere
capita defunctorum aureis coronis
adornata, quorum digiti aureis gemmis
& annulis oppleta erant. Sozomenus
de ſepulchro Zachariæ agẽs: Imperato-
re releuato Honorio refert inuẽtũ pue-
rum purpura veſtitum iuxta illum, &
hoc homilia ſuper orationem B. An-
nę: iacebat puer regali apparatu ſepul-

tus, habebat enim in capite coronam auream, aurea in pedibus calceamēta, & veſtem pretioſam.

Vſus adhuc huius antiquæ cerimoniæ familiaris apud Romanos, iuxta legem Marianam. Ab eo tempore Græci & Indi, & plærique alij Barbari mortuos ſuos inhumant cum theſauris ſuis. 3. Reg. 10. In ſummitate throni Salomonis ex vtroque latere ſex leones aurei affabre facti, qui à longe terrebant, & viſi prope pro ſua fabrica & ſtructura delectabāt, quia ex auro puriſſimo facti: ita mors ex limine faſtidit, ponderata vero delectat; mori, mori lucrum.

Lex Mariana.

3. Reg. 10.

Argia Sacerdos Apollinis curru ſuo in via irruente, morte ſuorum equorum, filij eius duxere currum ad templum: ipſa fœliciorem humanam remunerationem petijt, maiora vel meliora ſperās, morte extinguūtur, quæ eſt omniū fœlicitatum & beatitudinis cumulus.

Argia.

Triphon & Agamedes pro templi cōſtructi remuneratione fœliciter occubuerunt.

Sicut amor exceſſus, mors diſceſſus, amor eſt tranſmutatio, mors eſt tranſmigratio, & tranſelementatio; amor

ſepelit animam; mors inhumat corpus; ſine morte humana natura perdita, ſine morte vita noſtra nihil prorſus erat; ſine morte ſpes & confidentia noſtra extincta. Quis hominum excuſſo metu mortis Deum timeret & adoraret? morte in æternum viuimus; à malis & periculis morte eruimur. Quapropter Thraces in ortu lachrymabantur, & in obitu incredibili lætitia transfundebãtur, ludos funebres, triumphos & epulas in conuiuijs habebant. *Thraces.*

Lacedemones lactantes infantes nõ in prę ſepibus, ſed ſcutis conſtituebant: in morte autem intra frondes oliuarum illos condebant. Si Ethnici funera coluerunt, nunquid deludemur ſi plus quã par ſit de vita cogitauerimus, quæ vmbra fugax reorumque carcer eſt? *Lacedemones.*

Mortis imperium vbique eſt: mors igne, aëre, aqua, terra, chordis, armis, tonitruis, apoplexijs proſternit; mors æquo pede pulſat pauperum tabernas regumque turres.

Mors violenta & repentina.

Tarquinius Priſcus ob ſpinam in gutture transfixam extinctus: Lucia Marci Aurelij filia ex punctione aciculę in-

terempta: Ruffinus ciuis & Dux Romanus pectinis vngue lancinatus interijt: Anacreon grano vuarum interēptus: Fabius prætor, quod pilum cum lacte hauſerit moritur; Sophoclem & Diagoram gaudium inſolitum interemit; Heli pro nouo arcę perditæ, & à Philiſtæis inuaſæ vltimum diem clauſit: Philon riſu interijt: Æſchilus Philoſophus lapſu teſtudinis ab aquila demiſſæ interemptus eſt.

Num Diuus Paulus mori lucrum faciens, cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto? nos vero miſeri deducere dies & protrahere conamur, vt diutius peccemus, ſceleraque noſtra augeamus.

Huius vitę voluptas breuis, & pœna perpetua: non curriculus peregrinationis noſtrę perpetuus. Pſal. 89 poſuit ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui, hinc ludi ſeculares orti ſunt non ſunt viæ noſtræ perpetuæ: Pſal. dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, ſi autem in potentatibus, octuaginta anni, & amplius eorum labor & dolor: Iob. 24. numerus menſium apud te eſt.
Iob. 24. Pſai. 38. menſurabiles poſuiſti dies meos tanquam nihilum ante te. Pſal. 79. Cu-

ſtodia domini in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt 1. Cor. 4. id enim quod in præſenti momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ. Iob.7. nihil enim ſunt dies mei.

Tanta eſt mortis maieſtas, vt perpetuo in nobis fulgeat: inde Paulus 1. Cor. 15. quotidie morior fratres per veſtram gloriam: naſcentes morimur, finis ab origine pendet, quid fit in ortu? morimur: dum mouemur, morimur; dum requieſcimus, morimur; dum comedimus, morimur: dum ſtamus, dum ſedemus, dum ambulamus, dum loquimur, dum edimus, dum bibimus, dum legimus, dum ſcribimus, dum oramus, litamus, morimur: quicquid egerimus morimur.

Apud Hebræos mortis & vitę nomina ſolis punctis ſunt diſtincta.

Mortis memoria ſumma Philoſophia eſt. Philonorius Galata ſeptem annis pro ſtrato tumulum voluit, vt lęti recordationem menti ſuę inſereret, & retineret. Brachmanes Philoſophi Orientis ſepulchra in limine domus habebant, vt in reditu & egreſſu ſuarum ædium mortis recordarentur. Ægyp- *Philonorius.* *Brachmanes.* *Ægyptij.*

tij ſuis in conuiuijs pergræcantes piſtillum ad ſpeciem cadaueris humani cõpactum volebant, & in quolibet hauſtu dicebant: in hunc intuens pota, ſic eris. 4. Reg. 14. Ioſias cum templum idolorum inuaſiſſet, ab ædiculis & ſacellis ſimulachra abſtulit, oſſaque mortuorum pro illis repoſuit.

Ioſias. 4. Reg. 4.

Ciuitas Neapolitana tubam, & Carcaſſona prçconem funera proclamantem habent: Romę capitali ſententia damnati ſigno leteæ campanæ iudicãtur. Cupreſſus funebris arbor Plutoni ſacra tumulos tegit apud Romanos. In electione Imperatoris olim apud Conſtantinopolim marmorum fragmenta electo offerebantur, vt eligeret lapides ſtruendæ ſepulturæ, & ſe mortis mancipium concederet. In promotione sũmorum Pontificum ſtupæ accenduntur, clepſidræ, & capita defunctorum præſentantur hac cum acclamatione: Sancte Pater, ſic tranſit gloria mundi.

Tuba mortis.

Deus Hieremiam in domum figuli adduxit, vt figulinæ fragilitatis memor eſſet. Alexandro Diogenes Cynicus cadauera volutans inſeparabilia & paria la-

Alexãder.

ria lachrymas extorſit; Horat.2. epiſt.

---metit orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro.

Num milites tubis alijſq. muſicis inſtrumentis ad pugnam impelluntur, vt cum lætitia vitam cum cruore effundant? Greg. 16. Moralium. Nihil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quam vt vnuſquiſque hoc quod nimium diligit, quale ſit mortuum penſet. Sciens igitur Eccleſia quia inſtarent tempora periculoſa in quibus homines erunt ſeipſos amantes carnaliter, ad refrenãdum iſtum illicitũ amorem, inducit nobis mortis memoriam, recolens mortem cuiuſdam adoleſcentis, qui morte præoccupatus fuit in ætate iuuenili. *Milites.*

Vtilis igitur eſt memoria mortis tam bonis quam malis, tã diuitibus quã pauperibus, tã iuuenibus quã ſenibus, tam paganis quam Chriſtianis, ita vt ſicut non eſt qui ſe à calore eius abſcondat, ſic etiam non ſit, qui ſe ad eam non prædiſponat.

Tria autem bona proueniunt hominibus ex huiuſmodi meditatione: 1. Quia facit mundum tẽnere: 2. Quia facit car-

ni reſiſtere. 3. Diabolicis tentationibus non cōſentire. Hier. ad Paulinum. Facile temnit omnia qui ſe ſemper cogitat moriturum: & certe ſic eſt: Nam qui cogitat quod in morte ſua, omnia pulchra, omnia formoſa ſordidantur, omnia florida marceſcent, omnia ſuauia & odorifera ſordeſcent, facile iſta pro nihilo reputabit: Poëta:

Dic homo vas cinerũ, quid cõfert flos facierũ
Copia quid rerũ? mors vltima linea rerum;
Forẽs marceſces, candens in morte nigreſces,
Gaudens ſordeſces, formidãs nulla paueſces.
Hæc lege, lecta tene, lachrymis laxentur habenæ.
Nec pateat pœnæ tibi ianua tempore cœnæ.

Ecce quomodo nulla pulchritudo, nullæ vires, nullæ diuitiæ, poſſunt ſubſiſtere ante mortem. Hieron. ad Cyprianum. Qui ſe cogitat moriturum contemnit præſentia, feſtinat ad futura: Greg. non poteſt mors melius vinci cũ venerit, niſi priuſquã veniat timeatur. Idem de ſeipſo D. Hieron. Siue bibo, ſiue comedo, ſemper vox illa ſonat in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Tullius vitam iſtam comparat hoſpitio, non domicilio, eo quod

homo debet cogitare ſe continuo hinc exiturum, & omnia quæ habet, tantum habere in vſum, non dominium, de quibus moriens nihil ſecum effert: Iob. 27. Vnde aſſimilatur hoſpiti qui dicebatur Buffrides, qui hoſpites opipare diu tractabat, noctu occidebat & ſpoliabat: Sic & mundus facit ſuis amatoribus, quos vltimo necat, quia mundus tranſit & concupiſcentia eius. *Buffrides.*

2. Cogitatio mortis facit carni reſiſtere, nam cum homo titillatur & tentatur à carne, debet cogitare quomodo caro reuerſura eſt in vilem cinerem, iuxta illud quod ei à principio dictum eſt: Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuertêris Gen. 3. Vnde reprobi Sap. 3. fatentur: extinctus cinis erit noſtrum corpus. Iob. 34. Omnis caro deficiet, & in cinerem reuertetur. *Gen. 3.*

Fertur quod carbones iuniperi conſeruant ignem per annum, ſi fuerint cineribus cooperti. Sic memoria mortis noſtræ ſeruat ignem charitatis diuinæ in corde noſtro, & reprimit ignem concupiſcentiæ. Iſte eſt cinis vaccę quem Dominus iubet colligere, & in lo-

co puriſſimo ponere. Num. 19. de quo Apoſt. ad Heb. 9. Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emūdationem carnis, ideſt ad munditiā eius. 3. Memoria mortis valet ad hoc, quia non permittit diabolicis tentationibus cōſētire, & maxime vanæ gloriç, quæ proprie eſt tentatio diaboli, eo quod ipſe caput ſit omnium vitiorum & Dominus. Tamen à nullo peccato intitulatur ſicut à ſuperbia: Iob. 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, cùm ergo tentat per ſuperbiam aliquem hominem, ſtatim recurrere debet homo ad cognitionē fragilitatis ſuæ, quæ cito valde ruet, & diſſipabitur in nihilum.

Hugo libro primo de anima, reducēs aliorum damnum, quod prouenit ex hac vana gloria ſic ait: Quid profuit illis inanis gloria, breuis mundi potentia, carnis voluptas, falſæ diuitiæ, magna familia? de tanta lętitia ceciderunt in magnam triſtitiam, de voluptate in grandem miſeriam, de exaltatione in ruinam & magna tormenta: Quicquid illis acciderit, tibi poteſt accidere, quia homo es; homo de humo, limus de li-

mo, terra de terra viuis, & in terram reuertêris quando veniet dies vltima, & forſitan hodie veniet.

Certum eſt quod morieris, ſed incertum quando, quomodo, aut vbi, quoniam mors vbique te expectat. Tu quoque ſi ſapiens fueris, vbique eam expectabis. Iſta verba debet homo reuoluere ad repellendam vanam gloriam, recolendo quia quantumcumque gloriabitur in vanitate, tranſiet vltimo iſta vanitas velut vmbra. Sap.5. Ipſe quoque cum ea tranſiet ſicut vmbra. Pſal. *Sicut vmbra quæ declinat ablatus ſum.*

Hieronym. epiſt. 55. Xerxes Rex Perſarum cum ſemel de ſublimi loco quaſi infinitam hominum multitudinem conſideraſſet ſui exercitus, prorupit in lachrymas, & cum ab eo cauſa quæreretur, reſpondit: quia poſt centum annos nullus iſtorum quos tunc cerno ſuperuicturus erit. Ita quilibet conſiderans alium aut ſeipſum, quoties eum inſpexerit, merito poterit prouocari ad fletum, quia qui nunc floret, poſt paucos

dies deficiet.

Triplicem mortem in ſcripturis legimus: Eſt enim quædam mors corporalis reſolutionis, & illa eſt naturalis & communis omnium: alia eſt mors culpabilis imperfectionis, & illa eſt malorum hominum. Tertia eſt mors ſanctæ conuerſationis, & illa eſt electorum. 2. Reg. decimo quarto. Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur ſuper terram, quæ vltra non reuertetur. Hæc mors eſt primorum parentum pœna, quę iam naturalis
Eccl. 41. eſt.

Sicut idem cibus eſt infirmo amarus, & dulcis ſano ac ſuauis (Aug. 3. Confeſſ.) ſic mors impijs eſt valde terribilis, ſanctis vero delectabilis, Eccl. 41. O *mors quam amara eſt memoria tua, homini iuſto & pacem habenti in ſubſtantijs ſuis.* Eo enim quod iniuſtus eſt timet ſupplicium, & quia pacem habet in ſuis bonis, ideo cum dolore ea relinquit, ſed de iuſtis è conuerſo eſt: O mors quam bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus merendo præmium. Ex quo patet quod peccatores, & iuſti,

licet eadem morte moriantur, non tamen æqualiter: Prouerb. 14. ſperat iuſtus in morte ſua: Eccl. 1. *timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur*: Prouerb. 11. *mortuo homine impio nulla erit ultra ſpes.* Sap. 13. *infœlices ſūt, & inter mortuos ſpes illorū eſt.*

Dionyſius lib. de Hierarchia Eccleſiaſtica c. 2. licet mors omniū hominū nō ſit in nobis animæ conſumptio, ſed tantum ſeparatio à corpore tamen illa ſeparatio eſt diuerſa : cap. ſeptimo. Sancti pergunt ad inuiſibilia Dei facta, & ad deſideratam incorruptionem, & laudant diuina munera, & ſpiritali delectatione adimplentur, non iam formidantes de cætero lapſum peccati, ſed bene ſcientes quod poſt mortem bona quæ recipient firmiter & æternaliter poſſidebunt: è conuerſo autem mali & ſordidi attendentes quia fidem quam acceperant concupiſcentijs quibus inhæſerunt ſordidarunt, & vitam ſanctam dereliquerunt, miſerabiliter & nolentes abſcinduntur ab hoc ſeculo, quia non habent ſpem futuræ conſolationis, quia conſcientiæ ſunt ſibi prauæ vi-

tæ præteritæ, nec purgatæ per veram pœnitentiam: pij cupiunt diſſolui & impij viuere, ſanctorum mors dicitur dormitio, malorum eſt tranſitus, & ſupplicium æternum.

Mors impiorum peſſima: damnati moriuntur morte naturali, morte culpæ, anima quę peccauerit ipſa morietur: morte gehennæ, morte vtriuſque poſt diem iudicij, tunc in anima & corpore cruciabuntur. Tertia mors eſt ſanctæ conuerſationis, qua pij mortificati carne viuificati ſpiritu viuunt. Coloſſ. tertio: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto & Deo. 2. Cor. ſeptimo. Quaſi morientes & ecce viuimus. Moribundus condit teſtamentum, perdit calorem naturalem, ita qui ſe clauſtro ſepeliunt mundo morientes ardores ſanitatum extinguunt, & omnibus quæ poſſident pro perpetuis bonis renunciant, pauperibus aut ſuis legant.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, tu es reſurrectio & vita, tu adoleſcentem viduæ Naim morti imperans ſuſcitaſti: tange loculum cordis noſtri, & ſalubriter pro nobis clama: adoleſcens tibi dico ſurge, & reſidentes reſtitue nos per diuina ſacramenta, & myſteria viduę & Eccleſiæ, vt mortem naturalem meditantes, à morte æterna liberemur. Amen.

Digitized by Google

FERIA SEXTA POST DOMINICAM QVARTAM QVAdrageſimæ.

Extaſis ita naturalis, vt ſopor, quies, & ſomnus.

Somnus. Sopor. Somnium.

SOmnus, Sopor, Somnium & extaſis differunt: Somnus enim ſecundum Philoſophos eſt quies animalium virtutum cum intenſione naturalium: tunc enim quieſcit anima ſenſitiua, ſeu potentiæ ſenſitiuæ, & maxime exteriores, vbi vigent potentiæ vegetatiuæ, digeſtiua & nutritiua: Sopor autem quędam dulcedo extat immiſſa maxime à Deo, per quam homo ab externis ſenſibus retrahitur: Somnium apparentia eſt phantaſma.

tum ligatis ſenſibus externis, & diuiditur apud Macrobium 1. in Som. Scip. in phantaſma, quod eſt dum terribiles dormiendo imagines apparent: in ſomnium eſt, quãdo id de quo cogitabatur vigilando, dormiendo occurrit: ſomnium, quando obſcuræ rei futurę panditur veritas: oraculum, quando à perſona venerabili panditur in ſomnis occultum: viſionem quæ eſt dum veritas palam aſpicitur: Extaſis eſt ſenſuum externorum tentio, & intellectus elatio diuinis intenta, quæ ſic naturalis, vt ſopor, ſomnium, & quies extat. *Extaſis.*

Aue Maria.

COmmune eſt omnibus animantibus dormire & vigilare, habitus enim ſeu qualitas ſuſpenſionis vigiliæ idem & vnum ſubiectum ſpectant: par eſt ratio ſanitatis & ægritudinis, vitæ & mortis, cæcitatis & viſus, ſurditatis & auditus, vltra quod omne animal ſentiens ſomno exiſtente pro compagine & conſeruatione illorum, nec perpetuo quieſcit, nec ſẽper mouetur. Ariſtoteles

1. De ſomno & vigilia. Somnus communis & naturalis eſt auibus, piſcibus, brutis, reptilibus, inſectis. Plinius hanc fouet doctrinam in hiſtoria naturali, & experientiā rerum domina demōſtrat. *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum*: Ioan. 11.

Ioan. 11. Quod ſpectat ad animalia terreſtria, non eſt quem lateat ſomnus illorum, inter quæ inſecta longius dormiunt: quoad aquatilia, non ſic clare patet. Verum tot fide digni homines ſomnū piſcium animaduerterunt, vt minime hæſitandū, aut in dubium reuocandum ſit piſces requieſcere: ita dormiunt vt ſoporati capiantur, nec ſtatim excitantur: potiſſimnm piſces fluuiorum, & riuorum, qui ad ſolem arenæ madidæ, vel ad vmbram arborum requieſcunt, ad decurſus aquarum plantatarum, alij intra ſilices vt tumni, Delphini, Balenæ. *Piſces.*

Theologi ſomnum animantibus ita neceſſarium affirmant, quod etſi Adam in ſtatu innocentiæ perſeueraſſet in Paradiſo terreſtri, nec propterea minus dormiuiſſet: nō quod requie egeret ob diuturnam exercitationem, vel laſſitu-

dinem aut ægritudinem, quæ imperfe-ctionem inferunt, ſed ad dulcem & ſuauem requiem perfectionis comitem. Id ratione & authoritate firmatur.

Cum homo in ſtatu innocentiæ eſcis egeret ad viuendum, neceſſum eſt vt ſumpta conuertantur in ſubſtantiam aliti, & dormire & requieſcere ad dige-ſtionem concoctionem, & chilum.

Authoritas ex ipſa Geneſi deducitur, vbi dicitur Adam dormijſſe, licet quidem ſoporem huiuſmodi Adę, extaſim dicant. Vtrum igitur ille ſopor Adæ extaſis fuerit, an ſomnus, id *Sopor Adæ.* in dubium vocari poſſet, præſertim autem cum ſententias ea de re varient interpretes. Et ſomnum quidem fuiſſe non videtur poſſe negari, tum quia vox Hebræa & Chaldaica, quę hoc loco eſt, proprie ſignificat ſomnum: tum quia hoc manifeſte indicat Moyſes dicens: immiſit Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet &c. & fere Doctorum ſententia eſt, ex latere dormientis Adę formatam eſſe Euam, ſed vt hoc verum ſit, illud tamen inficiari non poſſumus, illi ſomno Adæ interueniſſe extaſim: ita vt non modo ſoluta, & libera eſſet

eius mens ad naturalem vſum rationis, animique agitationem, ſed etiam diuinitus illuſtraretur, & prophetico ſpiritu impleretur, in ipſo ſuo ſomno intelligens mulierem ex latere ſuo formari, & eius facti myſteriũ perſpiciens: namque expergiſcens dixit: hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Dicamus igitur fuiſſe illum quidem ſomnum, ſed talem tamen, vt in eo ligatis ſenſibus nihilominus mens ſoluta, & diuinitus illuſtrata, & res quæ id tẽporis gerebantur cerneret, & quę in eis latebant myſteria intelligeret.

Ne quis autem exiſtimaret ſomnum illum fuiſſe naturalem, & naturalibus ex cauſis profectum, Moyſes dixit Deũ immiſiſſe illum ſomnum, vt mirandum nemini accidat, tam grauem altumque potuiſſe Adamo ſomnũ contingere, vt eo correptus detractionem coſtæ ex latere ſuo minime ſentiret.

Somnus pro ſalute & conſeruatione animalium conſtitutus eſt, cum ſit requies animi & corporis: huius ergo Morpheus, Icelon, & Phanto, ſomni & ſanitatis numina inſtituta ſunt.

Morpheus. Icelon. Phanto.

Non abſolute Apuleius & determi-

nate ſomnũ Deũ appellauit, immo dę-
monem incorporeum: vltimæ hæ voces inſeruient ad ſeiungendum ſomnum à diuerſis ſoporibus & colligationibus ſenſuũ, quæ poſſunt accidere nõ pro ſalute & conſeruatione animalium, ſed pro illorum interitu, quæ promanant à morbis acutis & mortalibus, vt ſunt Syncopa, Apoplexia, Lypothimiæ, & ſimilia.

Antiqui Philoſophi non cõueniunt in cauſa & origine ſomni: vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat. Almeon ait ſomnum procedere à diffuſione ſanguinis, & eiuſdem coarctatione intra venas, vnde animal quieſcit vel excutitur. Diogenes aſſeuerat ſomnum ex diffuſione ſola ſanguinis promanare. Empedocles vult ſomnum cauſari à mediocri refrigerio callidi naturalis, & extrema frigiditate aduentante hominem extingui. Plato & Stoici aſſeuerabant remiſſionem & attenuationem ſpiritus ſenſitiui eſſe ſomni cauſam, nõ depreſſione ad terram, ſed elatione ad faſtigiũ rationis. Leucippus ſuſtinebat ſomnum cauſari cõcretione, colligatione, & combinatione callidi na-

Opiniones ſomni.

tiui. Lucianus ficte & commentitie de ſomno agens, narrat quietis ciuitatem in plano ſitam, circa quod mandrogoræ, & innumeræ aliæ plantæ ſomnorinæ frigidę in quarto gradu, algorem intemperatum, & irregularem habentes.

Somnus nocet. Somnus nimius non tantum corpori, ſed etiam animæ nocet: relaxantur ſiquidē & debilitantur omnia membra: ceruix ita oneratur, vt ſtupidi fiant ſomnolenti, acedioſi, tardi, obliuioſi, & ad omnia vitiorum genera proni, maxime ad laſciuiem. Sobrietas & parſimonia *Galenus.* Galeni ſic moderata erat: ſomnus, cibus & potus adeo parcus, quod medicinam exercens ad annos 140. vixerit in perfectiſſima ſanitate, & ſolo decrepitu & ſenio extinctus eſt, abſque alio ſymptomo & criſi ęgritudinis. De illo fertur, quod perpetuo optimam reſpirationem & ſuauem exhalarit.

Arſenius. Arſenius Honorij & Arcadij imperatorum pręceptor, vitæ integritate & litteris excultus, ad horam ſolam diu noctuque cubabat. *Scanderbero.* Scanderbero ſtrenuus miles duabus horis vigilans & valens per vniuerſum diem dormiebat, Agamem-

Agamemnon apud Homerum iuſtè reprehenditur, quod per totam noctem dormierit: Non decet principem per totam noctem dormitare.

In ſacro codice vigilia vndiq. commendatiſſima eſt. Tamen legimus quoſdam occulta virtute, aut gratia diuina ſupra modum dormiuiſſe, talique ſomno correptos, vt eorum ſomnus inter mira habeatur. Pauſanias commemorat Cretenſem Epimenidem ad quærendam ouem à patre miſſum, vt euitaret ardorem meridianum in antro dormiuiſſe, & ſpatio quadraginta annorum illic requieuiſſe, aut iuxta Plinium, quinquaginta ſeptem, & ſecundum alios diutius: expergefactus ouem quærebat, ſed omnia mutata comperit vbique in compoſita ciuitate, ipſe etiam omnium oculos in Græcia rapiebat, ita vt à plæriſque Deus habitus fuerit. *Vigilia.*

Septem dormientes Epheſini (quorum narratio ſic admirabilis vt memoranda) crudelem perſecutionem Decij declinantes in antro ſe abdiderunt, vbi dormierunt, & latuerunt vſque ad trigeſimum Imperij Theodoſij annum

196. Anni effluxere: hi die paſchatis celeberrima excitati, ſani, & incolumes veſtibus conſeruatis integris ac incorruptis, cum per ſolam noctem ſe quieuiſſe imaginarentur, ad ciuitatem Epheſinam perrexerunt, ad martyrium pro fide Chriſti feruentius quam ante ſufferendum: horum veſtes, geſtus, ſermones, numiſmata, certos ſpectatores fecerunt illos temporibus Tyranni Decij Rom. Imp. viguiſſe. Nomina ſeptem dormientium ab Hiſtoriographis recenſentur: Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionyſius, Ioannes, Serapion, Conſtantinus, quæ omnia euenerunt iuxta Sigebertum anno ſalutis. 447.

Crauzius. Crauzius narrat de quodam ſcholari adoleſcente, per ſeptem annos dormiuiſſe in abacu, vbi repertus & expunctus adhuc excitari non poterat. Inane prorſus eſſet ſpatiari in ſomnis commentitijs deſcribendis Endimionis Lunæ amaſij, per quem nonnulli torporem, negligentiam, & acediam maximam exprimunt, quia radij Lunæ ſtupidos & ſtupefactos efficiunt homines & animalia: alij continuam

corporum ſuperiorum, & cæleſtium contemplationem intelligunt, & potiſſimum menſtruorum Lunæ conſiderationem.

Medicum agere non propoſui, tamen cum illuc fluat oratio, pro ſanitate tuenda aliqui aphoriſmi ſaluberrimi adducentur de hac materia. Primus lippis & tonſoribus notus à Plauto in ſua moſtellaria inſertus eſt.

Somnum ſtatim à paſtu periculoſum, quia, ex Plutarcho, inter refectionem, & ſomnum, ſpatium deſideratur, ne intempeſte concoctio acceleretur, ne fumi & cruditates cerebrum præoccupent, & caput onerent maxima ſtupiditate ac perturbatione, quæ morbos infenſiſſimos procreat. Secundus Aphoriſmus: cauendum à ſomno poſt phlebotomiam & venarum lancinationem, ne calore diminuto aut debilitato ſpiritus vitales extinguantur, & oppimantur à fumis & vaporibus organa ſenſuum inuadentibus tempore ſomni. Tertius Aphoriſmus: Pharmaco hauſto ſatius eſt vigilandum quam dormiendum: at ſi ſomnus urgeat, breuis erit, tunc enim ſemi

hora poſt medicinam potatam plurimum valet, & calori natiuo conducit.

Porro ſtatim atque operatur vigilandum eſt vſque ad euacuationem abſolutam, alias nimius ſomnus purgationem retineret aut impediret. Nec erat citra propoſitum de ſitu dormientis huc pauca referre. Salubrius eſt ſupra pectus, quam ſupra dorſum cubare, ad fortificandum & augendum ſtomachi calorem, vt facilius & aptius cibi coquantur: addito hoc quod requieſcere ſuper ſpinam dorſi renes adurit, phlegma concoquit in eis, vnde procreatur & generatur arena, ſeu lapis. Rurſus talis ſitus dormientis incubos, & phantaſmata excitat, maxime in voracibus & humoribus oppletis hominibus.

Bonum; immo optimum quoque erit ad primum ſomnum in latere dextro cubare ad iecoris calorem augendum, dum laborat in ſecunda digeſtione, ne etiam corpus crapula & nimio cibo obruatur, & ſtomachus grauetur ante decoctionem.

Miſſas facientes varias ægritudines

quæ ſomnolentos & dormitabundos efficiunt homines,aut extra ſolitũ vigilantes, vltra dictos Aphoriſmos decẽ ſubiungam. Sexus ad ſomnum conducit, mulieres enim viris ſomnolentiores,quia eos frigiditate & humiditate ſuperant: humidum vero eſt materia ſomni, & frigidum vapores in aquam cōgelat,qui meatus ſenſuum occludũt, & ideo facilius ſoporantur in ſomno:ſicut enim ſenes diu vigilant, ita pueruli diu dormiunt. 3. Pigmæi & homunciones multum dormiunt ob capitis magnitudinem,quæ multo eget alimento. 4. Graciles & paruas venas habentes ſtatim & multum etiam dormiunt. 5. Pingues. 6. Otioſi. 7. Faceti. 8 Voraces,guloſi,& ebrii. 9. Qui excedunt in cibo& potu. 10. Locus incolatus & anni tempus, diutius ſiquidem hyeme dormimus quã ęſtate. Mirum eſt apes & inſecta animalia ſanguine carentia, & alia ſanguinem habentia vt ſerpentes, Crocodili, aut ſimilia in ſuis antris & latibulis quaſi ſomno diu ſoporari, illicq. ſubſiſtere ſine alimento per quadrimeſtre, quacumq. etiam intemperie aduenięnte, teſte Ariſtotele l. 8. cap. 15. de hiſt. animal. Vul-

gus in admirationem trahitur ob animalia apertis palpebris dormientia, vt ſunt Lepores & Leones: ſed hoc euenit ex eo quod palpebras oculorum ita breues habent, vt nequeant pupillam amicire. Mirificum etiam eſt vrſos poſt partum per. 14. dies dormire, & tali ſomno teneri, vt vix baculorum impetu excitari queant: quod ſomnum vix nominabo, neque hiemalem ſerpentum dormitionem. Huius ſoporis vel inſilitatis cauſam autumo, vrſos naſcentes maſsas eſſe carnis informes, imperfectas nedum organiſatas, exanimes.

Noctis ſomnus eſt naturalis & proprius ob abſentiam ſolis, humidi & frigidi acceſſum & calorem inteſtinum. Paucitas dormitionis nocet, vigiliæ immoderatæ officiunt memoriæ. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.

Ita naturalis fuit ſomnus Lazaro, vt extaſis; homo ſiquidem ante & poſt reſurrectionem contemplatiuus. Extaſis quocumque modo excitetur, ſiue à morbo, ſeu infirmitate, aut raptu à Deo ſuſcitato, vt nos myſteria & ar-

cana quædam doceat, vel à forti imaginatione, nihil cum ſomno commune habet: extaſis non eſt vniuerſis animantibus indita, hæc ſoli homini congruit, nec omnibus, ſed paucis, licet ita ſit naturalis, ac ſomnus, tamen non neceſſaria ad ſalutem & quietem animalium.

Maximum eſt inter extaſim & ſomnum diſcrimen. Per ſomnum facultates animales, quę ſenſus externos & internos complectuntur, quieſcunt: ſed intenduntur vires naturales digeſtione, concoctione, quæ inter dormiendum plus vigent, quam durante vigilia. In extaſi facultates tam quam vitales impediuntur: ſolus intellectus libere contemplatur, & ad ſuperiora euehitur: tunc anima eſt quaſi exuta corpore. Huiuſmodi fuit raptus Diui Pauli Apoſtoli. 2. Corinth. duodecimo. *2. Cor. 12.* Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, raptum vſque ad tertium cælum, & audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui.

Mirum eſt homines inueniri vtriuſque ſexus qui pro arbitrio in extaſim corripiuntur, & velut exanimes apparent: Cardanus libro octauo de re varia de ſeipſo iactat & narrat.

Cardanus.

Mirabilius eſt exemplum Restituti preſbyteri, quem requiſitum (refert Diuus Auguſtinus) in extaſim venire pro arbitrio voluit, ita rapiebatur, vt nec ictibus nec expunctionibus, nec pilorum euulſione, nec igne cutem vrente vllatenus excitaretur, immo talium & ſimilium operatione nihil penitus doloris ſentiebat. Et licet durante huiuſmodi extaſi, inſtar defunctorum, nulla reſpiratio animaduerteretur: tamen ad ſe reuerſus fatebatur acutas clamantium voces percepiſſe, vt ſi à remotis vociferaſſent.

Aug.

Eadem prorſus legimus memorandis antiquitatis viris eueniſſe, vt Hermotimo Cazomenienſi, Epimenidi Cretenſi, & Ariſtidi Proconeſio: quorum animam quidam putauerunt exiuiſſe & manumitti à corporibus quando volebant, corpore remanente &

ſuperſtite ſine pulſu & anima. Hoc in grauem Ariſtei iacturam accidit, dum enim tali eſſet correptus extaſi, hoſtes & æmuli ſui Cantharides corpus eius flammis tradiderunt.

Nec minori admiratione dignum quod Fulgoſius de paſtore adoleſcente narrat Valeriano Romano: hic adoleſcens peſte inuaſus ac infectus, dum italia deuaſtaretur] à Narſe, mortuus à ſpectatoribus diu creditus eſt, tandem ad ſe reuerſus affirmauit ſe in cœlum conſcendiſſe, vbi mors proxima quorundam ei manifeſtata fuerat, qui tunc in hac domo infirmabantur, nihilominus aiebat herum non fore moriturum ex hac epidimia. Nuncia huiuſmodi confirmabantur multarum incognitarum linguarum expreſſione, cum nullius vſquam litteraturę fuiſſet: biduo poſt in phreneſim incidit, qua mortuus eſt furioſus, manus & brachia lacerans atque diſcerpens: quod autem indixerat de futura domeſticorum nece non poſt multos dies accidit, domino domus ſaluo & incolumi remanente. *Fulgoſius.*

Toſtatus in Gen. 13. quæſt. 354. ſcribit lamias & ſtryges in Hiſpania vixiſſe *Toſtatus.*

quę maledictis artibus ſeu vnguentis in extaſim corripiebantur. Talium & ſimilium extaſum cauſam exquirere inane eſt: ſecus de ijs quæ naturaliter arte vel ægritudine veniunt, quarum ſpeculationem medicis relinquendam duxi.

Mittamus extaſes diuinitus excitatas, quarum cauſas impenetrabiles iudicio & prouidentiæ Dei relinquendas iudico, quia animas & corpora noſtra quocumque vult eiet & impellit: qui immenſa ſua bonitate durante extaſi multa reuelat, quæ ſenſus corporis, & humana ratio complecti nequaquam poteſt. Diuus Paulus in extaſim raptus affirmat ſe audiuiſſe arcana verba quæ non licet homini loqui: nec prętereundum quod Sigibertus de Gontrando prorege Galliarum deſcribit. *Gontran.* Is dum venaretur, iuxta riuum requieuit ſub vmbra populorum, & inter brachią ſui equitum magiſtri; quo dormiente præfatus magiſter equitum animaduertit ab heri ore beſtiolam exijſſe, quæ nitebatur aquam tranſire, quod intuitus euaginatum enſem porrexit, ſuper quem iuit & redijt: Gontrandus excitatus affirmauit ſe aquam

anſiuiſſe ſuper pontem ferreum, ad
ıontes ſe contuliſſe, in quibus ampliſſ.
mi theſauri erant reconditi. Quidam
olunt animam illius fuiſſe. Ego vero
ıelius indicauerim, genium ſuum ta.
ſpecie abijſſe & apparuiſſe, ſi enim
nima efflatur, viuere non poſſumus,
t diſſolutio compoſiti.

Quo ad raptum Cardani & Re-
ituti, ſunt qui Satanæ tribuant. Alij
ero fabulas & commenta cenſent:
ınt qui diuturna contemplatione ex-
rcitata crebro extaſiantur. Diuus
Thomas Aquinas extaſi & contem-
latione ſecreta Philoſophiæ natu-
alis & ſupernaturalis didicit, nec-
ıon Beatus nobilis Lazarus Hiero-
ſolymitanus, poſt reſurrectionem E-
piſcopus Maſſilienſis, cui ſic natura-
is extaſis, ac ſomnus & requies.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui Om-
nipotentia tua Lazarum qua-
riduanum reſuſcitaſti, qui ei ſom-
ıum & extaſim tribuiſti, viuifica
cor noſtrum extinctum, & tumulo
peccati obſeratum, vt dormientes,
vel extati te amare, te diligere, tibi
coniuncti eſſe dignemur. Amen.

quę maledictis artibus ſeu vnguentis in extaſim corripiebantur. Talium& ſimilium extaſum cauſam exquirere inane eſt: ſecus de ijs quæ naturaliter arte vel ægritudine veniunt, quarum ſpeculationem medicis relinquendam duxi.

Mittamus extaſes diuinitus excitatas, quarum cauſas impenetrabiles iudicio & prouidentiæ Dei relinquendas iudico, quia animas & corpora noſtra quocumque vult eiet & impellit: qui immenſa ſua bonitate durante extaſi multa reuelat, quæ ſenſus corporis, & humana ratio complecti nequaquam poteſt. Diuus Paulus in extaſim raptus affirmat ſe audiuiſſe arcana verba quæ non licet homini loqui: nec prętereundum quod Sigibertus de Gontrando prorege Galliarum deſcribit. *Gontran.* Is dum venaretur, iuxta riuum requieuit ſub vmbra populorum, & inter brachią ſui equitum magiſtri; quo dormiente præfatus magiſter equitum animaduertit ab heri ore beſtiolam exijſſe, quæ nitebatur aquam tranſire, quod intuitus euaginatum enſem porrexit, ſuper quem iuit & redijt: Gontrandus excitatus affirmauit ſe aquam

tranſiuiſſe ſuper pontem ferreum, ad montes ſe contuliſſe, in quibus ampliſſimi theſauri erant reconditi. Quidam volunt animam illius fuiſſe. Ego vero melius indicauerim, genium ſuum tali ſpecie abijſſe & apparuiſſe, ſi enim anima efflatur, viuere non poſſumus, fit diſſolutio compoſiti.

Quo ad raptum Cardani & Reſtituti, ſunt qui Satanæ tribuant. Alij vero fabulas & commenta cenſent: ſunt qui diuturna contemplatione exercitata crebro extaſiantur. Diuus Thomas Aquinas extaſi & contemplatione ſecreta Philoſophiæ naturalis & ſupernaturalis didicit, necnon Beatus nobilis Lazarus Hieroſolymitanus, poſt reſurrectionem Epiſcopus Maſſilienſis, cui ſic naturalis extaſis, ac ſomnus & requies.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui Omnipotentia tua Lazarum quatriduanum reſuſcitaſti, qui ei ſomnum & extaſim tribuiſti, viuifica cor noſtrum extinctum, & tumulo peccati obſeratum, vt dormientes, vel extati te amare, te diligere, tibi coniuncti eſſe dignemur. Amen.

SABBATHO
POST DOMINICAM QVARTAM QVAdrageſimæ.

Deus nominari non poteſt.

Quando Deus ad Pharaonẽ Regem Ægypti Moyſem deſtinauit, miſſionis ei calcographum dedit: qui eſt, miſit me ad vos. In Coſmographia Pharao verſatus, & hiſtoriographus exquiſitiſſimus codicem habuit, vbi mappæ mundi vniuerſales, & peculiares cum ſingularum Iconibus erant: cum Moyſe de Hebręis agens, illorum patriam & numinis penes ſe nomen non inuenit: in hoc mirabilis Deus Hebræorum (ait Moyſes) quod habitans lucem inacceſſibilem ineffabilis eſt, nominari non poteſt.

Pharao Hiſtoriographus.

Digitized by Google

Aue Maria.

Quum non valeamus alicui rei nomen indere, niſi ſecundū quod eam mente cōcipimus ac cognoſcimus, quod voces iuxta Ariſtotelem 1. Periherm.1. ſunt *Ariſtoteles* earum quæ in animo ſunt paſſionum notæ: ſequitur Deum ob ſuæ maieſtatis immenſitatem, vt pote incomprehenſibilem, non habere aliquod nomen, quo perfecte immenſa eius eſſentia exprimatur, quippe qui eſt ſuper omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, verum etiam in futuro, teſte Apoſtolo Ephes.1. Vnde D.Greg.Nazianzenus Lib.4.de Theologia inquit: Deus noſter eſt innominabilis: & Lactantius de ira Dei Cap. 11. *Gregor.* commemorat Socratem diſputantem *Lactantius* apud Xenophontem, dixiſſe formam Dei non oportere conquiri. Similiter & Plato in legum libris aſſeuerat non quærendum eſſe, quid omnino ſit Deus, cum nec inueniri poſſit, nec enarrari valeat. Vnde idem Lactātius ex Triſmegiſto pronunciat Deum anonymum,

ideſt ſine nomine: quod ſi filius Dei Ieſus Chriſtus ſibi nomina vſurpat, hoc eſt tranſſumptione, vt ſuam in nos gratiam indicet.

Ioan. 8. *Ego ſum lux mundi.* Ioan. 8. lucem ſe profitetur, quod animos ſuo Euangelio illuminauerit. D. Baſilius Epiſt. 80. Diuina natura (inquit) nullis nominibus exprimitur, ſed vt nos arbitramur, ignota & abſcondita manet; quod enim beneficus dicitur Deus, iudex, bonus, iuſtus, & quæcumque alia de illo dicimus: his omnibus operationum illius differentiam edocti ſumus, operantis autem naturam haudquaquam per operationum cōſideraitonem cognoſcere poſſumus: nam ſi quando ratio cuiuſuis iſtorum reddenda eſt nominum, deinde & naturæ, quæ per iſta nomina exprimitur, nō eadem vtriuſque ratio aſſignari poterit; nam quorum ratio nō eſt eadem, horum & natura differens eſt.

Baſilius.

Attalus. Ac proinde graphice Attalus martyr præſidi interroganti quod nomen haberet Deus? Reſpondit, qui plures ſunt nominibus diſcernuntur, qui vnus eſt, non indiget nomine, teſte Euſeb.

Euſebius.

Cæſar. lib 5. Eccleſ. Hiſt. Cap. 3. Scriptura vero ſacra, vt quoquo modo ſupremum illud nomen intellectui noſtro ingerat, quædam nomina ei attribuit, quę euidenter ſecundum Ambroſium Lib. 2. de fide ad Gratianum, proprietatem diuinitatis oſtendunt, quorum quædam perſpicuam diuinæ maieſtatis exprimunt veritatem, alia vero tranſlatiue per ſimilitudinem dicuntur.

Inter ea autem quæ diuinitatis naturam magis explicant, primum eſt nomen illud tetragrammaton Iehoua Hebræis, vel ἰσχυρὸς ideſt fortis, aut θεὸς ideſt Deus: ad cuius prolationem vt habet D. Aug. Lib. 1. Doct. Chriſt. Cap. 6. humana mens ſtatim aſſurgit, ad illius ſummi numinis contemplationem, quod aliquando in ſcripturis ſacris naturam diuinam tribus perſonis communem ſignificat, vt Deut. 6. *Deus tuus, Deus vnus eſt:* Aug. de fide ad Petr. Cap. 4. Aliquando vero vnam in Trinitate perſonam. Philip. 2. Caput Chriſti deus eſt & 1. Cor. 11. qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualẽ Deo. Aug. Lib. 1. de Trinit. Cap. 6. interpretatur his in locis, pri-

Nomen Dei.

Deut. 6.

Aug.

mam in Trinitate perſonam, adiungitur huic nomini Dominus, teſtis eſt Dionyſius Lib. de Diuin. Nomin. Cap. 12. vbi obſeruandum eſt, quod ſupremum illud numen ante conditum hominem nuſquam vocetur, Dominus, ſed ſemper Deus: condito vero homine primũ nomen Dominus capit. Cauſam reddit Tertullianus contra Hermogenem: Deus eſſentiæ nomen eſt, Dominus autem potentię, & ideo poſtquam eſſet creatura, in quam haberet dominium, Dominus appellatur.

De Deo autem nihil aſtruere debemus, aut proloqui, prçter id quod ſacra nobis vtriuſque teſtamenti elogia aperuerunt, & enarrauerunt, ne ſi imbecilles noſtræ mentis oculos inacceſſæ diuinitatis luci pertinacius infigere conemur, nimio diuinorum ſplendore hebetes effecti, illum exiguum (qui cœleſti munere nobis indultus eſt) viſum animi perdamus, & cæcutientes in denſis obuerſemur tenebris. Cui plane ſententiæ accedit B. Dionyſius: Nulla, inquit, ratione præſumendum eſt aliquid de ſuperſubſtantiali ſecretiſſimaque deitate, aut dicere, aut cogitare

cogitare, præter illa, quæ nobis ſacra eloquia tradiderunt.

Ioannes Scotus tamen arbitratur hoc efficere illud nomen admirabile, Iudęiſque ineffabile: nomen inquam, tetragrammaton, ideſt quatuor litterarum, Iehoua, quibus ſi interſeratur ſchin littera, poteſt haberi nomen Ieſu: ſchin namque pronuntiantes dentes ſuperiores inferioribus coniungimus, quatenus ſignificemus, diuinæ naturę maieſtatem carnis humilitati coniunctam: ad quam alludere videtur Iſai. 62. cap. ſignificationem, quando protulit Saluator eius vt lampas accēderetur. Præfata ſiquidem ſchin littera ſpeciem refert lampadis, Chriſtum ſignificantis, lychnus tremulo lumine ardet, quia Iod in medio, deitatis eſſentiam in Chriſto deliteſcentem, manifeſtat: Teth reſidua litteræ forma humanitatis ſpeciem prætendit. Eſtque hoc nomen nouum inter reliqua diuina, à Diuo Hieronym. tom. 3. epiſt. ad Marcellam in medium adducta. Nec ita paſſim exprimitur, vti apud Hebræos in ſolis ſacris Biblijs, aureis, ac argenteis caracteribus exara-

Scotus.

Iſai. 62.

tur, ſed eius vice aliud legendo pronunciatur, videlicet Eloim, vel Adonay, & hoc duplicem ob cauſam: Prior eſt reuerentiæ, qua nullis creaturis attribuitur ſicut Eloim, quod aliquando Iudices mortales perinde atque Deum ſignificat immortalem; tantæque Iudæis eſt venerationi, vt nullis liceat illud pronuntiando, niſi certis temporibus ſummo ſacerdoti magnis cum ſolemnijs & cæremonijs in templo proferre. Poſterior eſt ob periculum: Si enim irreuerenter aut minus articulate pronunciarent, timerent vniuerſæ machinæ mundi ſubuerſionem inducere, ſecundum IſaacumLeuitam.

Hinc ſi Iudæis obijciamus, Quamobrem Chriſto eiuſque fidei ſe non ſubiugarunt, propter opera & multiplicia quæ fecit miracula? Reſpondent, vt habet V. P. Nicolaus de Lyra in Apologia contra Iudæos: Nobis quidem conſtat Chriſtum veſtrum creberrimis coruſcaſſe miraculis, ac inſolitis fulſiſſe prodigijs, ſed non eſt mortalium quiſquam qui nō idem factitare poſſit, ſi ejus ſale conſperſus, ac ſapientia præ-

ditus eſſet. Ipſe ſiquidem inuenerat lapidem ſuper quem antiquitus arca Domini quieuerat, in quo ſculptum erat illud ineffabile nomen, ex quo didicit articulatiſſimam, diſtinctiſſimamque eius pronuntiationem, atque huius optimæ pronũtiationis virtute, nihil nõ præſtabat, vt mare tranſeuntibus ſolidum prębuerit obſequium, & triduani in ſepulchro vitales auras reſumpſerint.

Sed hæc ceu vaniſſima figmenta miſſa facientes, properemus ad ſequentia. Quam enim abſurdum ſit mendacium, & quam ſacris litteris diſſentaneum nullus eſt qui non videat.

Hoc interim infallibiliter tenendum videtur, quod prælibatum nomen principalius accedit ad exprimendam diuinę naturæ eſſentiam. Quando enim Moyſes Exod. 3. requiſiuit, iam ad populum liberandum mittendus. Si interrogauerint filij Iſrael, quod eſt nomen eius, cum legatione fungeris, quid dicam eis? Reſpondit Dominus: non dices, ego ſum mundi fabricator, aut populi liberandi defenſor, ſed ehie, aſer ehie, id eſt ero qui ero. quaſi dicat,

pollicitus ſum, quod inducerem populum manu forti, in terram lacte & melle manantem, id eſt omnium rerum fertiliſſimam (per Catacreſim) Gen. 17. ſtabo promiſſis, ero quod ero, votis reſpondebo. Neminem tamen inuadat admiratio, aut exſuſcitet indignatio, quod noſter interpres vertat, ego ſum qui ſum, quia ſic habent etiam ſeptuaginta interpretes, propter quod ſignificatio futuri temporis apud Hebræos, ampliari queat ad tempus præſens, præteritum, & futurum. Sic & iſta propoſitio præſentis temporis adſciſcit ſignificationem, quæ tamen ponitur in futuro.

Gen. 17.

De viro ſciſcitante Gen. 37. quid Ioſeph quæreret, quando fratres quærebat, quid quæris? Nemo ambigit quin de præſenti tempore ſit intelligenda, quia iam actu in ſolitudine conſpiciebat, vt fratres offenderet aberrantes, ſecundum Gregor. Naz. oratione in Theophania. Hieronym. in epiſt. ad Epheſ. tertio, Auguſtinum tract. 38. ſuper Ioann. Homil. ſecunda in epiſt. Ioann. libro de præd. & grat.

Greg.

capite quinto, de natura boni capite decimo nono, libro quinto de Trinit. cap. ſecundo, tractatu ſuper ego ſum qui ſum, in calce tom. ſexti: nec non Diuus Gregor. lib. decimo octauo Moral. cap. 31. maluit quoque interpres noſter transferre, ego ſum qui ſum, & non ero qui ero, propter abſolutam ſignificationem, quam præſens tempus ſuper alia præ ſe ferre conſueuit. Videtur ſiquidem principalius omnium de Deo dictorum nominum eſſe: qui eſt, totum enim in ſeipſo comprehendens, habet ipſum eſſe: veluti quoddam ſubſtantiæ infinitum & interminum. Nam cum ſint tria potiſſimum genera, quæ de Deo aſciſci ſolent. Primo negatiuorum, quid Deus non eſt, oſtendentium, vt increatum, ingenitum, incorporeum. Secundo eorum quæ indicant quandã habitudinẽ Dei ad creaturas, vt Dominus, Rex, conditor, paſtor. Tertio eorum quæ deſignant aliquod conſequẽs naturam Dei, aut operationem, vt iuſtum, bonum, ſanctum.

Hoc nomen, qui eſt, primarium ac præcipuum eſt, diuinam ſubſtantiam in ſe perpetuo vnam & eã-

dem permanentem, ſine vlla acciden-tis affectione & operatione ſignificat. Neque huic obuiat, quod Diuus Dionyſius primum Dei nomen dicit eſſe bonum.

Diuinam totam (inquit) ſubſtantiam (quicquid illa eſt) ipſa bonitas definire, atque aperire à ſacris eloquijs dicitur, & rurſus; ac primum quidem perfectiſſimam bonitatem appellantes, omniumque Dei proceſſuum interpretem boni appellationem intueamur. In his & huiuſmodi locis boni appellatio prima eſt, ad inſinuandam nobis diuinã ſubſtantiam per beneficos ſuorum munerum in hæc inferiora proceſſus, qui ratione boni potiſſimum nobis innoteſcunt, ob idipſum quod boni propriũ eſt in alia ſe diffundere, quemadmodum per ſuorum ad nos radiorum deriuationem ſolis ſubſtantia noſtris oculis inacceſſa, mortalium oſtenditur aſpectui. Nomen vero, qui eſt, diuinam deſignat ſubſtantiam, vt in ſeipſa eſt occultiſſime latens, omnium entium gradus ſupereminenter, & ſuperexcellẽter in ſe continens, vna & eadẽ in ſe perpetuo manens, cuius comparatione res

conditæ, entia dici non merentur, cum ſint in continua ſui viciſſitudine.

Proinde dixit Hilarius l. 6. de Trinit. eſſe in Deo non eſſe accidens, ſed ſubſiſtentē veritatē: D. vero Aug. l. 5. de Trinit. c. 2. reſpicit hoc nomen, quatenus ſignificat præſens tempus, quod Deo maxime conuenit, cuius eſſe non nouit preteritum, nec futurum, ſed omnia illi ſunt præſentia, ac ipſe præſens in omnibus. Extat proprius tractatus D. Aug. in fine tom. 6. de eo quod dictū eſt ad Moyſem. *Ego ſum qui ſū.* Itē tract. 2. in Ioannē poſt principiū. D. Ber. lib. 5. de cōſideratione ad Eugeniū. Greg. Mag. etiam Homil. 2. in Ezechielē: in omnibus iſtis locis affirmant Patres, quod Deus ſit eſſētia, & natura immutabilis, nos quidem ſubſiſtimus, ſed Dei beneficio. Anne tunc temporis Angeli erant, quādo iſta verba formauit? Vtiq. fuerunt homines; & innumerabiles. Iecerat ne iā tū fundamenta terrę? Extenderat ne iam tum ſicut pellem orbium cæleſtiū molem? & præclare. Adſciſcit tamen ſibi, ego ſum qui ſum peculiariter: Quia qualicumque res polleat excellentia, ſi mutabilitati ſubiecta ſit, non vere eſt.

Hilarius.

Bernard.

Non enim ibi eſt verum eſſe, vbi timetur non eſſe: quicquid enim mutationis viciſſitudini ſubiacet, mutatum eſt aliud quam erat. Si autem non ſit quod prius erat, mors quædam ibi eſſe conuincitur: ſic nigredo mortua perhibetur in capite ſenis caneſcentis, mortuaque loquutio in lingua ſilentis.

In omnibus autem creaturarum actionibus duo tempora eſt reperire, prçteritum, & futurum; præſens nequaquam. Quod enim modo dixi, elapſum, euanuit; quod prolaturus ſum nondum in rerum natura extitit.

Atqui in veritate quæ immutabilis perſeuerat, præteritum & futurum nequaquam locum obtinent, ſed prçſens dumtaxat; Deus namque cum omnium rerum tam præteritarum memoria, quam futurarum cognitione plenus ſit, non volubili modo ad præteritũ & futurum exorbitat, ſed in conſpectu eius iugiter præſenti luce cuncta viſuntur.

Hinc manifeſtum euaſiſſe arbitror, quod minus proprie dicatur de Deo, erit & fuit, niſi quippiam excludendæ imperfectionis gratia annectatur, vt Deus fuit ab æterno, Deus regnabit

in æternum. Et proinde rationi magis fuit conſentaneum transferre: ego ſum qui ſum, quam ego ſum qui ero. Neminem etiam fugere debet, quin prelibatum nomen tetragrammaton, hinc deriuari, atque formari dignoſcatur, quia eſt vox futuri temporis, verbi ſubſtantiui, cuius primitiua vox eſt, haia, id eſt fuit, cum duplici Cameth, cui in futuro tertiæ perſonæ pręfigitur Iod, ſitque Iehoua, ideſt erit, in quę vocabula ſi Iod medium protrahatur ad quantitatem Vau (quod haud difficulter fieri poteſt propter nimiam affinitatem) habebitur nomen tetragrammaton, de quo vaticinatus eſt Iſaias Cap. 62. inquiens. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, quia nulli ante Meſſiam imponendum erat; nullus enim in ſacris litteris extitiſſe legitur, qui hoc nomine vocatus fuerit. *Iſai. 62.*

Licet V. D. Ioannes EcKius refragetur, quia teſte Petro Galatino Lib. 3. Cap. 20. Non Iehoua, ſed Iehoſouach dicti fuerunt, quæ vocabula ſicut litteris differunt, ita ſenſu diſtinguuntur: prius enim nomen interpretatur *EcKius. Galatinus.*

Saluator, ſaluus, ſaluatio in abſtracto: poſterius Deus ſaluabit: complures quidem fuiſſe nulli ambiguum eſt, qui hac nomenclatura gloriarentur.

Tres tamen fuere præcipui, qui & nominis ratione, vt prælibatum eſt, & typica operatione Chriſtum adumbrarunt, quorum primus dux fuit ille fortiſſimus & inſignis Athleta Dei, Ioſue filius Naue, qui Moyſi ſucceſſit, vt Chriſtus legi: Moyſes namque non introduxit populum in terram promiſſam, ſed Ioſue, quod lex Moſayca neminem ſaluare preualuerit, ſed gratia Chriſti; lex per Moyſem data eſt, vt
Ioſue.10. Ioſue Madianitas, Iebuſæos, Hethæos, Amorrhæos valido conflictu proſtrauit: ita Chriſtus diabolum potenti virtute ſuperauit, Ioſue 10. vt Ioſue imperio ſol ſtabili gradu perſtitit immobilis, ita erit immobilis quando Chriſtus exurget in iudicio contra inſenſatos; & quemadmodum Ioſue diſtribuit terram deſiderabilem, non Moy-
Ioan. 5. ſes; ita Pater omne iudicium dedit filio Ioan. 5. Deinde ſicut Ioſue nullam ſibi partem reſeruauit Cap. 19. ſed Ephraim (in qua ciuitatem habitationis conſti-

tuit) à populo oblatam recepit: ita ſibi manſionem Chriſtus facit, vbi cor cõtritum & humiliatum ſibi fuerit exhibitum.

Secundus dicitur Ieſus filius Syrach, vir eximiæ ſapientiæ, author libri qui Eccleſiaſticus dicitur: hic figurauit Ieſum Euangelicæ veritatis magiſtrũ. vos vocatis me magiſter & domine: cuius doctrinam tria potiſſimum reddunt commendabilem: 1. Facilitas, palam loqueris, & non eſt neceſſe vt quis te interroget Ioan. 16. *Beati pauperes ſpiritu* Math. 5.

Facilis eſt quoque obſeruatu, quid enim facilius quam occidere, & diligere? vt ſcribit diſcipulus ille quem diligebat Ieſus plurimũ 1. Ioan. 5. hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. 2. Cõmendatur quia infallibilis eſt, cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non peribunt: hanc quoque confirmant miracula innumera Chriſti, Apoſtolorumque virtute patrata. *Math. 5.*

3. Vtilitate hæc doctrina Chriſti, multis eſt encomijs extollenda, quia hæc vna ad beatitudinis brauium perducit,

Ioannis. 6. Domine verba vitę æternæ habes.

Tertius Ieſus typum veri Meſſiæ geſſit, filius Ioſedech. Aggęi 2. zachar. 3. Pſal. 109. qui interceſſit pro ſalute populi, & dirutum à Chaldæis templum poſtliminio reuerſus reædificauit. Sic noſter Pontifex Ieſus, ſordidis extitit veſtibus, quando liuidum corpus ſqualebat purpurea ac ſanguinolenta veſte circundatum, ſecundum B. Ambroſ. Lib. 1. de ſpiritu ſancto Cap. 9. Lib. 3. & de Fide. 4. Cap. ſed reſurrectionis gloria ſqualorem depoſuit, ac nouum Eccleſiæ templum abolita Synagoga reſtaurauit.

Ambroſ.

Siue autem ſit nomen quod diuinam eſſentiam exprimat, vt Ioannes Scotus opinatur, ſup. 1. ſent. diſt. 3. & 22. hoc perſuaſiſſimum nobis habeamus, diuerſa eſſe nomina Deo attributa, quorum quædam ſunt metaphorica: Ego ſum lux mundi: quædam ſunt propria, Ieſus Chriſtus, Emanuel: Inter propria nomina potiſſimum eſt nomē Deus, quod, quidam deductũ putant à dando, quod omnib⁹ det: Alij putãt dici ab eo quod nihil ei deſit: Alij putant, quod veri-

ſimilius eſt, à Græco nomine θεὸς originem habere, quod dicitur à verbo θεωρεῖν, quod eſt ſpeculari, nā ipſe Deus omnia videt, & contemplatur, & diſponit vniuerſa ſuauiter, vel dicitur à θεῖν quod eſt currere, quia vbiq; cum opus eſt, accurrit, & opem fert, teſte Damaſceno Lib. de orthod. fid. Cap. 12. αἴθειν quod eſt vrere, cum Deus noſter, teſte Apoſtolo Hebr. 12. ignis cōſumens, & Chriſtus dicat Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ſuccendatur? Apud Germanos Dei vocabulum à bono deriuatum videtur Godt. Goet. *Damaſ.*

Metaphoricè quædam attribuuntur Patri, ſic pater dicitur fons: Hieron. 2. me dereliquerunt fontem aquæ viuę: nonnulla filio qui interdum vocatur lapis angularis, nonnumquam vitis, aliquando ſecuris, lux mundi: Tertia aliqua ſpiritui Sancto tribuuntur, qui aliquando nomine aquæ ſignificatur Iſai. 12. omnes ſitientes venite ad aquas: & 55. haurietis aquas de fontibus Saluatoris. Ioan. 4. aquam quam ego dabo. Propria autem nomina ſunt bipartita, quędam enim ſunt perſona-

lia, quædã eſſentialia: perſonalium quędam tantum ad vnam referũtur perſonam, vt pater, Filius, & Spiritus ſanctus.

Quædam ad duas, nempe ad Patrem & Filium, vt ſpirans & donans: aliud eſt quod omnibus congruit perſonis, eſtq; hæc dictio, perſona: Alia ſunt nomina eſſentialia, quorum quædam ſunt abſoluta, quędam reſpectiua: non eſt vero intentum meum omnia quæ ad diuinorum nominum ſpectant rationem hic adferre: dicta ſufficiant, & maxime quod licet Deus lux ſit, & in eo tenebræ non inueniantur, quod rite & proprie nominari non poteſt.

Oratio.

DOmine Deus cauſa efficiens omnium creatorum, ens entium, lux vera & inacceſſibilis, da nobis debitam humilitatem, ne ſcrutatores maieſtatis tuæ opprimamur: in te ſimpliciter credamus, te adoremus, in te ſperemus, vt tenebris huius vitæ relictis lumine æterno fruamur Amen.

DOMINICA PASSIONIS.

Nullus malus poteſt veritatem cognoſcere.

DArius Rex Perſarum fecit cœnam magnam,& pueris corpus ſuum cuſtodientibus, purpuram & dona pretioſa propoſuit ei qui grauiorem & nobiliorem ſententiam afferret:vnus ſcripſit: forte eſt vinum, alius ſcripſit, fortior eſt Rex, tertius ſcripſit, fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit Veritas.3. Eſdræ.3. huic hiſtoria aſſignata eſt, quia omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera eius mouentur & tremunt eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum:nullus malus poteſt veritatem cognoſcere. *Darius.*

Aue Maria.

ERrat quiſquis ſe veritatem cognoſcere putat, qui adhuc nequiter viuit: nullus malus efficaciter veritatem cognoſcere valet; quid igitur mirum ſi Iudęi mali exiſtentes in ſe, non poterant veritatem à Chriſto dictam, & factam cognoſcere, nec eius operibus & ſermonibus credere? præſertim cum ipſi forent ita ſuperbi, ita inflati, vt omnem in ſe ſufficientiā habere arbitrarētur: vnde Saluator eis ait: quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quę à ſolo Deo eſt non quęritis? vana gloria & ſuperbia veſtra obſtat vobis ne credatis in me. Hinc Auguſtinus de ſe in libro confeſſionum dicit: Quandiu inflatam faciē mentis ſuæ habuerit, tumens ſeculari pompa & vanitate, veritatem non poterit cognoſcere.

Aug.

Tumor mentis eſt obſtaculum veritatis: cum igitur ex parte Chriſti nulla cauſa fuerit, quare veritati ſuæ credere non debuiſſent, reſtat vt eorū perfidia & incre-

& incredulitas ex parte malitiæ eorum penitus exiſtat.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? qui ex Deo eſt verba Dei audit, propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis. Ioan. 8. *Ioan. 8.*

Sermo Chriſti maximæ reputationis, dignitatis, aut excellentiæ fuit vltra omnẽ ſermonẽ humanũ, aut Angelicũ, quia totalis, pura, ſincera, & omnimoda veritas: vnde cum Deus ſit verax, omnis autem homo mendax. Rom. 1. ſermo humanus poteſt eſſe interdum verus, interdum falſus: interdũ etſi verus, non tamen veritas, ſicut Apoſtolus ad Titum. 1. dicit de Poëta quodam; teſtimonium hoc verum eſt, verũ dixit: non dixit, veritas eſt. *Rom. 1.* *Titum. 1.*

Veritas eſt multiplex quam debemus facere: Prima eſt ſcripturæ. Daniel. decimo. Annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſermone veritatis. Secunda veritas conſcientiæ. 2. Cor. 11. Eſt veritas Chriſti in me, in mea conſcientia. 3. Veritas loquelæ: Prouerb. 12. Labiũ veritatis firmum erit in perpetuum. 4. Veritas vitæ: Ioan. in ſua can. 3. Maiorem horum non habeo gratiam, quam *2. Cor. 11.*

vt audiam.5. Veritas doctrinæ Math. 22. ſcimus quia verax es. 6. Veritas iuſtitiæ Iſaiæ 42. In veritate educet iudicium. 7. Veritas remunerans gloriæ. Ioan. 8. *Veritas liberabit vos.*

Sed heu veritas ſcripturę peruertitur ab hæreticis: Daniel. 8. proſternetur veritas in terra. Veritas conſcientiæ permutatur ab hypocritis Oſeæ. 4. *Non eſt veritas in terra.* Veritas loquelæ deridetur à ſtultis. Iob. 6. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis: iā enim corrector detractor reputatur. Veritas vitę minuitur in mundanis: Pſal. *Diminutæ ſūt veritates à filijs hominum.* Veritas doctrinæ impugnatur ab æmulis: Galat. 5. *Quis vos impediuit veritati non obedire?* Veritas iuſtitiæ captiuatur ab iniquis, qui veritatem Dei in iuſtitia detinent Rom. 1. Iſai. 59. iuſtitia longe ſtetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. Veritas gloriæ pro vili pretio venditur à reprobis. Prouerb. vigeſimo octauo. Qui cognoſcit faciem in iudicio non bene facit iſte, & pro bucella panis deſerit veritatem.

Iſti ſunt peiores Iuda, qui Chriſtum pro triginta denarijs vendidit. Iſti

omnes commutant veritatem Dei in mendacium Rom. 1. Similiter ſermo Angelicus cum ſit creaturæ quæ per ſe deficit, niſi per gratiam conſeruetur, poteſt eſſe interdum verus, ſi à bono Angelo proferatur, & quantumcumque à bono proferatur, poſſet contingere quod etiam eſſet falſus, conſiderata conditione mutabilitatis quę eſt ſecundum naturam, licet non ſecundum gratiam: Omnis enim creatura citra Deum vertibilis eſt ſecundum naturam, pro & contra: hinc dicit Apoſtolus Galat. 1. *Quia ſi Angelus bonus facta hypotheſi, de cælo deſcendens euangelizauerit vobis aliud quam annunciauimus vobis, nolite credere, immo dicit, anathema ſit.* *Galat. 1.*

Hoc autem non poteſt dici veritas, cui Apoſtolus facit diſſentire, cum abſit ab Apoſt. vt veritatem prohibeat credere: & tamen hoc dato quod cõtingeret Angelum annunciare, non eſſet ſibi credendum: Ideo nullus ſermo cuiuſcumque creaturæ poteſt dici ſimpliciter veritas, ſicut Chriſti qui eſt ſapientia Dei patris, qui aliud annuntiare vel dicere non potuit, niſi

quod in Deo patre vidit.

Verbum Dei differt à noſtro in ſeptem. Primo in veritate, quia Deus verax, omnis homo mendax. Secundo, in mutabilitate, quia non eſt Deus vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Numer. 23. Math. 24. Luc 21. Cęlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. 3. In ſpiritalitate: Qui de terra eſt de terra loquitur. Ioann. tertio. 6. verba quæ loquutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt. 4. In virtuoſitate Math. 7. docebat eos tanquam poteſtatem habens. 5. In ſuauitate Ioan. 7. Nunquam ſic loquutus eſt homo. 6. In vtilitate: Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. 7. In perfectione Eccl. 44. Conſummatio ſermonum ipſe eſt: quare benedictum eſt, quod ſermo Chriſti commendatur excellentiſſime vltra ſermonem humanum & Angelicum, in eo quod dicitur veritas.

Vnde omnia vera ideo vera ſunt, quia veritati quæ Chriſtus eſt adæquātur. Veritas & conformitas noſtri intellectus cum re cognita, adæquatio ſer-

monis & rei, cum ſcilicet res ita eſt ſicut ſonat. Præcipua itaque veritas eſt adæquatio, correſpondentia, ſeu conformitas rerum ſummo ſermoni, hoc eſt verbo patris æterno. Illo inquam verbo per quod pater æternaliter dicit, & verbo ſcripturæ, quod per ora eorum dicitur, qui ſcripturam ediderunt.

Hæc autem veritas triplex eſt: ſermonis, operationis, & intentionis. Veritas ſermonis eſt, quando ita eſt ſicut dicitur, & quod dicens ita credit ſicut dicit: Nam licet ita ſit in re, ſicut dicit homo, ſi dicens aliter credit eſſe quam dicit, ipſe loquitur contra conſcientiã, & peccat. Vnde Apoſtolus Epheſ. 4. *Deponentes falſitatem, loquimini veritatẽ vnuſquiſq. cũ proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra.* 2. Veritas eſt operationis, & conſiſtit in conformitate operis & ſermonis: huius contrariũ eſt fraus & dolus, & ſimulatio, qua aliquis blande loquitur, ſimulans ſe amicum, & tamẽ occulte eũ odit, & ei inſidiatur. 1. Ioan. 4. non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. 3. Veritas eſt intentionis, & conſiſtit in conformitate Epheſ. 4.

intentionis ad opus, vt videlicet opus quod de ſuo genere eſt bonum, non fiat ex appetitu laudis humanæ, nec ex quacumque vana intentione, ſed ad maiorem Dei gloriam: Ioan. 4. *Viri adoratores adorabunt eum in ſpiritu & veritate*, ideſt ſancta intentione coniuncta cum exteriori operatione. Hęc ergo triplex veritas in Chriſto fuit, & per Chriſtum nobis eſt reſtituta. Ante lapſum primi parentis fuit in terra veritas ſed eo labente receſſit à terra, nec potuiſſet reuerti in terram, niſi veritas de terra orta eſſet, ideſt verbum patris de carne virginis.

Chriſtus ergo iſtam triplicem veritatem habuit: Nam ipſe non potuit aliter loqui quam res ſe habuit: ratio humana inhęret æternis ſpeculandis, conſpiciendis aut conſulendis: Conſpiciendis ſecundum quod eorum veritatem contuetur, & ſpeculatur: cõſulendis quando conſulit regulas æternas de alijs iudicando, & ordinando. Et licet homo ſecundum primum modum inſpiciendo ęternam veritatem, non habet peccare, quia peccare eſt per auerſionem ab ęternis regulis,

quod non contingit niſi per peccatum mortale, in quo nullus cadit dum diuinis intendit: tamen ſecundum modum conſulendo æternas regulas poteſt conſentire in actum, qui eſt præter regulas tales, vel contra eas, & ita poteſt peccare vel venialiter vel mortaliter.

Chriſtus ergo veritatem habuit ſemper in ſermone, quia ſemper inſpiciebat æternam veritatem, ſecundum quam cognouit res quomodo ſe habeant in ſuo eſſe: & ideo non potuit decipi etiam: quia nũquã ab æternis regulis diſceſſit, neque auerti ab eis potuit. Inde ipſe de ſe veraciter, & ſingulariter dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Secundam veritatem habuit, quia ſemper omnia quæcunque verbo præcepit facto impleuit. Act. 1. Cæpit Ieſus facere & docere. Tertiam veritatem habuit, quia omnia quæcumque fecit in laudem & honorem Dei patris ordinauit: vnde in textu hodierno: honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Sed certe licet hanc triplicẽ veritatem Chriſtus nobis de cælo attulerit, & poſt lapſum primi parentis

mundo reſtituerit, tamen iterum atque iterum veritas iſta pro maiori parte deperijt: Iſai.59. Corruit in plateis veritas. Sufficeret ad pœnam quod corruiſſet tantum; ſed quod deterius eſt, iam perijt quaſi totaliter: Oſeę.4. *Non eſt veritas.* Quoad ſe non eſt miſericordia, quoad proximum non eſt ſcientia Dei, quoad Deum in terra.

Maledictum, & mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Sufficiſſet quod veritate deficiente in terra, terra eſſet inanis & vacua, ſicut in principio creationis fuit: ſed ecce deficiente veritate, quod deterius eſt, omnia mala, quæ deteriora excogitari poſſunt repleuerunt terram, nec ſolum repleuerunt, ſed etiam abundanter inundauerunt. Duo ergo hic dicit Propheta: Primũ, defectum veritatis, miſericordiæ, ſcientiæ in terra. Secundum, copiam iniquitatis in ea defectus veritatis oſtenditur faciliter ſecundum omnes tres modos veritatis.

Nam Prima veritas qua homo ita loquitur ſicut eſt in re, deficit

in terra, in anima mortali ac terrena, quando cogitatio eius & voluntas verbo ſcripturæ, & verbo beneplacitis Dei conformis,& adæquata non eſt,ac per hoc nec ſermo exterior, nec opus eius exterius verbo Dei, ſeu filio Dei adæquatur.

2. Veritas deficit in terra: dicimus, cultas & ornatiſſimas orationes, verba elegantiſſima, & contrarium molimur, promittimus bona, & ſoluimus mala; ſumus ſimiles vitibus, promittimus vuas & ſoluimus lambruſcas: ſpōdemus proximis in frondibus, folijs,& floribus, verborum ſimplicitatem & fructum dulcem operis boni, & ſoluimus amarū. Ecce ſumus ſimiles pomis creſcentibus iuxta mare mortuum, pulchris & maturis viſu, quæ dum contrectantur diſſoluuntur, ac in fumum fœtidiſſimum euaneſcunt.

Tertia veritas qua homo ita loquitur ſicut eſt in re, & operatur ſicut loquitur, & ſicut operatur ita intendit, hodie in terris defecit, quia homines vani, inflati hypocritice operantur: Math. 7. *Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus*

autem ſunt lupi rapaces. Hos confere Greg. 7. Moral. Simoni qui crucem quidem Chriſti portauit, in qua mori noluiſſet: Omnis hypocrita corpus per abſtinentiam affligit, mūdo inanis gloriç cupidus viuens: non ſolum vacua eſt terra veritate, imo etiam miſericordia.

Greg.

In illa triplici veritate exprimitur Dei amor, ſine quo proximū non diligimus. 1. Ioan. 4. hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & proximum, qui nō eſt charus proximo, non amat Deum. Miſericordia eſt amor releuationis miſeriæ alienæ: hæc hodie à terra abeſt, cum omnes ſuis intenti aliorū obliuiſcantur. Veritas & miſericordia Dei abſunt à terra, introducta ſcientia mundi, quç ſtultitia eſt apud Deum.

Veritas.

Cuilibet Chriſtiano tria ſunt circa veritatem obſeruanda. 1. Veritas eſt à quolibet diligenter inquirenda, & cum maximo ſtudio. 2. Veritas eſt defendenda cum odio. 3. Ipſa eſt præferenda omni amico ſeu ſocio. Eccleſ. 2. Pius & miſericors Dominus remittit in die tribulationis peccata, & prote-

ctor eſt omnibus inquirentibus ſe in veritate. Et veritas non tribuitur niſi inquirentibus ſe: quomodo ergo nos volumus ſcire veritatem ſine inquiſitione diligenti? inquiſitio iſta conſiſtit in humili, & deuota poſtulatione à Deo Iacobi. 1. Siquis indiget ſapientia poſtulet eam à Deo. Sap. 7. optaui, & datus eſt mihi ſenſus. Sap. 7. pietas, boni mores, & oratio deuotæ ſunt viæ ad veritatem acquirendam.

Ad hoc vt veritatis ſcientia detur nobis à Deo, neceſſario eſt diligentia & pietas adhibenda: Altero fiet vt ſcientes inueniamur, altero vt mereamur: veritas eſt defendenda cum odio, dicit enim Saluſtius: veritas odium parit, obſequium amicitiam: veritas nihilominus ſemper præualet. 2. Eſdræ. 4. Magna eſt veritas omnibus. *Saluſtius.*

Ionas dictus fuit filius veritatis, pro eo quod cum ab Helia Propheta fuiſſet ſuſcitatus, mater eius dixit Heliæ. Nunc in iſto cognoui quod vir Dei ſis, & verbum Domini in ore tuo verum eſt. 3. Reg. 17. & ex illa hora Ionas vocatus eſt filius veritatis. Ionas multa ſuſtinuit aduerſa, à quibus tandem liberatus. In *Ionas.* *3. Reg. 17.*

mari periclitatur, proijcitur, deuoratur à piſce, poſt triduum ſaluus & incolumis euomitur, ſolis ardore infeſtatur, ad littus feruore ſolis aduſtus, ita vt peteret animæ ſuæ vt moreretur. Ionę 1. 2. 4. Capitulis. Multas tribulationes pertulit ſpiritus veritatis in ſignum huius, quod qui vult diſcere veritatē, multa oportet eum pati à detractoribus, ſubſannatoribus, calumniatoribus: ſed tamen ſi conſtans fuerit, liberabitur.

Ioan. 8. Ioan. 8. *Si in ſermone meo māſeritis veri diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Vulgo videmus dominico die parocho populū aſpergente, tunc omnes capucia deponere, oculos aperire, facies exponere, & appropinquare ſacerdoti: ſed ſi eis abundanter aquam in faciem fundat, omnes ſtatim oculos claudunt, & refugiunt, ſe ab aqua defendunt, & manibus protegunt. Sic eſt de veritate: quando ab aliquo prædicatore veritas prædicatur in genere, tunc omnes libenter audiunt, ſed ſi exacte, aut valde corrigit, & increpat vitia in quibus iacent, ſtatim eis diſplicet veritas: iuxta

illud: Audiet luxurioſus, & diſplicebit ei. 2. Timoth. 4. A *Veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertẽtur.* Hoc quoque verum eſſe hodie in noſtris ſatis ſuperque cõſtat auditoribus, qui ad litteram libentius audiunt prædicationem fabulis mixtam, quam meram ſcripturam, & tantum illum dicunt bonum prædicatorem qui hiſtorias refert, non qui prædicat Euangelium. *2. Timoth. 4.*

3. Veritas eſt præponenda omni amico & cuilibet ſocio. Ariſtoteles. 1. Ethic. Ambobus exiſtentibus amicis ſanctum eſt perhonorare veritatem: non enim amamus veritatem propter hominem, immo propter veritatem diligimus hominem: ergo magis amanda eſt veritas. Ideo Plato confutando opinionem magiſtri ſui Socratis, dicit oportere magis de veritate curare quam de aliquo alio, ex quibus patet quod homo tenetur rumpere, & deſtruere amicitiam quancumque propter veritatem, alias ſi non perhonorat veritatẽ amico, oportet quod pro amico falſa dicat, & mala agat: qui tamen ſi veritatem perhonoraret non illa ageret. *Ariſt. 1. Ethicorũ.*

Circa prædicta oritur dubium, vtrum pro ſcandalo vitando veritas ſit obmittenda, ad quod reſpondeo, veritatem eſſe triplicem, doctrinæ, iuſtitię, & vitæ. Veritas vitę eſt obſeruatio legis diuinę, veritas doctrinæ eſt prædicatio eiuſdē, veritas iuſtitiæ eſt ſententia iudicis, vel teſtimonium pro veritate. Et iſta triplex veritas pro nullo ſcandalo eſt obmittenda. Scandala pro vita, doctrinaque, iuſtitiaque, tu non effugies, quæ ſunt in reliquis fugienda. Primo pro vita, nullus enim homo pro aliquo ſcandalo fugiendo debet peccare mortaliter, nec doctor vel prædicator debet falſum prædicare pro quocumque ſcādalo vitando; tacere tamen poteſt, & decet, ſi ita ſit quod auditores ex ſua doctrina deteriores ſint.

Iudex. Similiter nec iudex debet ferre falſam ſententiam, vel teſtis falſum teſtimonium pro quocumque ſcandalo vitando, poteſt tamen iudex ex cauſa interdum differre ſententiam, & teſtis tacere ad tempus. Iuriſtę tamen dicunt, quod licet veritas vitę nullo modo ſit obmittenda propter ſcandalum, tamē veritas doctrinę & iuſtitiæ bene obmit-

titur propter ſcandalum. Vates.

Eſt verum vita, doctrinæ, iuſtitiæque.
Primum ſemper habe, duo propter ſcandala linguæ.

Quicquid ſit, hoc tenendum, quod licet veritas doctrinæ & iuſtitiæ propter ſcandalum differri valeant, & taceri, non tamen falſa doctrina propter ſcandalum debet doceri, ſicut nec falſa ſententia contra aliquem pronunciari. Vnde nõ excuſatur Origenes qui falſa docuit, ne ſcandalum generaret inter quoſdam hæreticos, vt ſolus ait in planctu ſuo: ſic nec Pilatus excuſatur quod Chriſtum falſo condemnauit, ne Iudæos in ſe armaret, aut Cæſaris indignationem incurreret. Ioan. 19. *Origenes.*

O vtinam iſta attenderent illi, qui ne indignationem ſuorum dominorũ incurrant, veritatem ſubticent & commendant falſum, approbantes vitioſa facta eorũ dicentes ſe hoc facere, ideo ne ſcandalizarent dominos ſuos, & ne eos prouocarent ad indignationem.

O nequã, & infideles ſerui tales! quid enim infidelius eſt, quam eum cui fidẽ debeas, circumuenire verbis mellifluis? quid odibilius fraude & dolo, quo ſub

ſpecie amoris & fidei in ſimplicem & credulum, & quod plus eſt amicum, perfidia, & inimicitiarum nequitia exercetur. Ex quo infero, quod licet adulari cuilibet proximo ſit peccatũ, grauiſſimum erit ſi ſuo Mœcenati fiat.

Tyranni aures mulcere permittitur, tamen amico adulari non licet. Ei nãque licet adulari quem licet occidere: Tyrannum non modo licitum eſt, ſed æquum & iuſtum (obſeruate Reges naturales nuſquã eſſe tyrannos, hæreſimque eſſe in Concilio Conſtantienſi condemnatam, affirmare permitti mittere manus in Chriſtos domini) non ſolum bonis & honeſtis, verum etiam diſcolis obediendum, propter iram & conſcientiam.

Patet igitur ex præmiſſis, quod illis tenemur dicere verum, nec obmittere propter quodcumque ſcandalum, qui non ſunt amicitia magis iuncti, vel qui noſtri ſunt benefactores, eo quod talibus tenemur ex charitate magis bonum velle; & ideo tenemur eis veritatem dicere & conſulere, nullus ſiquidem malus poteſt veritatem cognoſcere.

Oratio.

Oratio.

DOmine IeſuChriſte via,veritas,& vita,infunde Spiritũ ſanctũ tuũ in corda noſtra, vt veritatem dicamus, amplectamur, defendamus, omni fuco, mendacio, & fictione reiecta, integritatis,veritatis profeſſores &mendacia effugientesDeo grati eſſe poſſimus. Amen.

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM PASSIONIS.

Nomen miniſtri in ſacris litationibus Eccleſiaſticis carnificem ſignat.

NOmina proprietatibus rerũ reſpondentia, etſi honoris gratia inſtituta, tamen malitia hominum in dedecus cõuerſa ſunt: numquid dæmon apud Græcos ſapientem connotat, & honoris epithetum eſt? verum modo diabolũ & malignum ſpiritum ſignificat. Nũquid Magus ſapientem, & Philoſophũ olim exponebat, modo artibus malignis deditum exprimit? Num Tyrannus apud Siculos Principem & Monarchã dictabat, nunc atrociſſimum virum promit? Nomen miniſtri in ſacris litationibus Eccleſiaſticis, carnificem ſi-

gnificat, quod antiquitus Monarcham deſignabat.

Aue Maria.

IN ſacrificijs antiquorum dictio Miniſter Macellariũ, carnificem, hominum & beſtiarum interemptorem, & ſatrapam connotauit. Apud pios & fideles hęc dictio vt plurimum male audit, infamis atque contemptibilis eſt. *Sacerdos vel ſacrificulus, vel flamen* fuit, victimam offerebat in holocauſtum: miniſtri autem erant carnifices & hoſtiarum interemptores, qui brachijs nudis & manicis complicatis arietem, hircum, aut vitulum mactabant: quod ita ſit, duobus probatorum authorum fundamentis fulcio: Virgil. 3. Georgic. *Virgilius.*

Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros:

--Et denſi circunſtant ſacra miniſtri.

Ouid. I. Metamorph.

Aſt vbi viſceribus vitulos rapuere miniſtri.

Lucan. lib. 6.

Cornua ſuccincti premerent cum torua mi-

niſtri.

Iuuenal. Sartyr. 10.

---A grandi ceruix ferienda miniſtro.

Cic. Philip. 2. Qui eius crudeliſſimi & teterrimi facinoris miniſtri, & adiutores fuerunt?

Inſtabunt noſtri Caluiniſtæ, qui ſuos Eccleſiaſtes miniſtros volunt præfata à Prophanis tranſſumpta, & hæc ſacris Bibliæ textibus fulcienda: Math. 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via, ne forte tradat te aduerſarius Iudici, & Iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris.* Luc. 12.

Mat. 26. Petrus autem ſequebatur eũ à longe vſque in atrium Principis ſacerdotum, & ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris. Marc. 14. Petrus autẽ à longe ſequutus eſt eum vſque intro in atrium ſummi ſacerdotis, & ſedebat cum miniſtris: miniſtri in faciem eius ſpuebãt, & colaphis eum cædebant. Beza ipſe Euangeliſtarum loca, vbi dictio *miniſter* poſita, interpretatur carnifices, & paſtores, vel diaconi, vel Eccl. titulo nuncupari decernit. Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros: miniſtri ſunt viri impij & peccatores: iſti ſiquidem Dia-

bolo miniſtrant diuerſa obſequia, ſibi etiam miniſtrant pœnam & ſupplicia, alijs vero miniſtrant mala & flagiti, a Ioānis 18. *Vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu* : Quodlibet enim mortale peccatum ex vna alapa, qua Dominus ab impijs verberatur. *Ioan.18.*

Iſti enim ſunt miniſtri diaboli, qui per hypocriſim transfigurāt ſe in miniſtros iuſtitię. 2. Cor. 11. Et ideo periculoſum eſt ſocietatem talium miniſtrorum intrare : Sic enim dicitur Marc.14. *Petrus quando ſedebat cum miniſtris, & calefaciebat ſe, ter Dominum negauit.* Quia pro certo illi, qui cum miniſtris diaboli ad auaritiæ ignem ſe calefaciunt, Deum ſæpe peccando denegant & contemnunt.

Alij miniſtri ſunt infernales, Dæmones, tortores, qui ſunt miniſtri Dei in vindictam malorum, cruciant reprobos quibus ſubminiſtrant miſeriam & dolorem: Math.23. *Dixit Rex Miniſtris, ligatis pedibus & manibus mittite eum in tenebras exteriores.*

Neæm. 5. miniſtri eorum depreſſerunt populum. Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros: Chriſti miſeri-

cordiam & iudicium hoc Euangelium publice proponit. Miſericordiam in eos qui accommodant ſeſe gratiæ diuinæ, quales fuere vulgus Iudæorum, qui certa coniectura cum ex prædicatione, tum ex miraculis eius cognouerunt eum eſſe Chriſtum, hoc eſt Meſſiam promiſſum. Vnde etiam dixerunt: Chriſtus cum venerit, nunquid plura ſigna faciet quam quæ hic facit? Iudicium in ipſos qui rebelles fuerunt lumini, quales erant Principes & Phariſæi, odio & auaritia, atque faſtu excæcati: quare infra dixerunt: quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in illum.

Contra tam peruerſos iudices fulminat Iſaias: vę illis comminando cap. 5. Dominus quoque Ieſus idem facit; *Matth.23.* Math. vigeſimo tertio. Nam qui ſani ſunt, non egent medico, ſed qui ægroti. Sed neque ſanis membris cauteria adhibenda ſunt, verum male habentibus. Pari quoque ratione principes non ſunt bonis, ſed malis timori Rom. 13. Impie igitur egerunt impudentiſſi-

ſimi Phariſæi, & Iudæorum primores, quod vt Chriſtum apprehenderent ſatrapas miſerunt.

Proponit autem præſens Euangeliū quatuor.

Primo iudicium, quo impium magiſtratum, qui fidei doctrinam, gratiam Euangelij,& miracula à Chriſto facta in confirmationem vtriuſque opprimere nitebantur, perſtringit magna verborum acrimonia:quibus niſi prorſus in reprobum ſenſum dati fuiſſent, merito debuerant reſipiſcere. Nam cum magiſtratus tam Ciuilis, quam Eccleſiaſtici officium ſit: iſtius Rempublicam regere & tueri, non tam armis, gladio ſcilicet & bello, quam prudentia, iuſtitia ſcilicet & æquitate: huius vero Rempublicam paſcere operibus,& verbo Dei,exemplo & doctrina. 1. Petr. 5. Iſtiuſmodi enim alimento ſi deſtituantur oues pereunt, Hierem. duodecimo, vigeſimo tertio. Ezechiel. 33. 34. Hi impij magiſtratus, miſſis miniſtris quibus in Reipub. defenſionem vti debuerant,ad ſeditioſos, maleficos, homicidas, plagiarios, & veneficos tollendos, hos armata ma-

nu in Chriſtũ Dei filiũ, pacis authorem, eũ qui nulli nocuit eũ qui omnibus profuit, & omnibus bene fecit mittunt, ſola eos impellente inuidia, quia ſcilicet audierunt turbam murmurantem de illo & colloquentem.

Eſto quod non ſit Chriſtus, at cum venerit, num melior erit? Num plura ſigna edet quam hic? Iam Dominus cordis Iudaici duritiem multis argumentis arguerat: Cęcitatem Iudæorum ab ambitione & auaritia emanare docuerat: Proinde reprobandos eos, & à beatitudine, quam adepturus erat, arcendos denunciarat; ideo miſerunt Principes & Phariſęi miniſtros vt apprehenderent Ieſum.

Nimirum audierant turbam de illo murmurantem, quippe quod paulo ante recenſet Euangeliſta de turba, multi crederent in eum, & dicerent, vt permiſſum eſt, Chriſtus cum venerit nunquid plura ſigna faciet, quam quæ hic facit? Verebantur ergo ne ſi tandem omnis plebs in eum crederet, ſua ipſorum authoritas marceſceret, adeo qui clauem habent ſcientiæ, & regni cælorum, ne quidem populum ingredi permittunt in cognitionem Meſſiæ.

Nec ſat illis eſt ſua ipſorum obſtinatio & perditio: volunt & cęteros ſecum in exitium rapere, & ne ſaluentur, impedire. Infœlix vtique magnatum genus, qui eum ſubditos ædificare & inſtruere deberent, vita & doctrina praua deſtruunt & demoliuntur.

Sanguinem vtique gregis de manu eorum requiret Dominus Ezechiel. 34. *Ezech 34.* vt de manu Ophni & Phinees, filiorum Heli, qui quod ſcandalo erant in Iſraël, ambo in bello mortui ſunt: arca Dei à Philiſtiim capta eſt: Heli confractis ceruicibus è vita diſceſſit, ſed & nurus eius vxor Phinees prægnans in ipſo partu expirauit 1. Reg. 4. Vrgent igitur hunc Principum furorem omnes circumſtantiæ. *1. Reg. 4.*

Nec enim ſatis eſt illis non credere; ſed ipſum vt impietatis alicuius reum apprehendere volunt.

Principes ſunt mittentes, miſſi ſunt miniſtri & Satrapę, idque vt apprehenderent Ieſum. Hęc eſt diaboli euidentiſſima inuidia, quia Synagogā accendit & armauit contra veritatem, contra ſalutarem religionem Ieſu Chriſti, quæ olim etiam tam immanis fuit inter

Ethnicos, quos in tam craſſa & fœda idololatria per tot ſæcula detinuit, vt nec paſſus ſit vel ſcintillam fidei inter gentes irradiare: vnde Socratem & Senecam vnius veri & viui Dei nudos ſaltem confeſſores curauit è medio tolli.

Sic Iſraëlem eodem liuore, à vera Dei fide, eiuſque vero cultu olim ad obſcęnam idololatriā Hieroboamicam pertraxit; ſic nec nunc religionem & fidem Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, intentatam relinquit, nec contentus eſt eadem per Ethnicos Tyrannos impugnare exterius, ſed etiam intra hęreſes & ſchiſmata excitat, omni externa tribulatione præſtātiores ac peſtilētiores: circuit enim hoſtis tāquā leo rugiēs quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide 1. Petri. 5. eſt quidem magiſtratus officium ſeditionem & turbas è republica tollere, ſed quæ in eius perniciem vergunt, non autem impedire progreſſum veræ fidei, & pię doctrinæ, qualis erat ea quam Chriſtus in mundum tulit.

1. Petri. 5.

Item Principum eſt pſeudo-Prophetis quidem ſilentium imponere, imo

& perimere,non enim ſine cauſa gladiũ portant Rom. 13. eadem quoque muneris ratione Prophetas domini tueri & conſeruare debent :nunc vice verſa Chriſtus omnibus Prophetis maior, filius Dei & Meſſiæ ab illis opprimitur. Hanc vtique Tyrannidem obſeruare poteſtis in Amalech, & alios Sacerdotes vindictæ & ambitionis regnandi affectu, iuſſit occidi quod Dauidem excepiſſent 1. Reg. 21. 22. in Hieroboam qui manum extendit in virum Dei, qui miſſus fuerat in Bethel. vnde & iniuſti teſtimonio facti ipſa exaruit: 3. Reg. 13. In Achab, & Iezabele qui Prophetas domini peremerunt, vt pſeudo-Prophetas exciperent. 3. Reg. 18.

Rom 13. *Saul. Amalech.* *Hieroboã.* *Achab. Iezabel.*

Porro videant principes & iudices quid faciant, non enim hominis, ſed Dei iudicium exercent. 2. Paralip. 19. Vrget ergo ratio perſo narũ qui mittunt, vt Ieſus apprehendatur: perſona enim quandoque aggrauat peccatum. Quod Ethnicus Iuuenalis Satyr. 8. etiã docuit:

Omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe
Crimẽ habet, quãto maior qui peccat habetur.

Si qua in Eccleſiam conſurgit à prin-

cipibus tribulatio, grauior vtique eſt, & ſeueriori plectenda à Deo iudicio, quã quę ab inconſulto, & neſcio quo turbine commota populo excitatur; quippe Principum eſt populum regere, non ab ipſo regi, illi exemplo eſſe, non ab eo exemplum ſumere; immo hunc etiam rabie furentẽ prudentia compeſcere.

Si ergo vice verſa principes ipſi inter ſe ſeditiones commoueant, ſi in Chriſtum & Eccleſiam excitantur, quam à Deo vindictam expectare poſſunt? imo quantis plectentur ſuppliciis, ſi impios, maxime vero Dei inimicos non peremerint? ea de re deiect⁹ eſt Saul quod Amalech pepercerit. E cõtra cõfirmatus eſt Gehu quod Baalinos Pſeudo prophetas peremerit 4. Reg. 10. Iratus eſt Dominus in Achab quod Benadad Regem Syriæ deuictum reſeruarit. 3. Reg. 20. ad quem dictũ eſt, quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

4. Reg. 10.

Eandem quoque ſententiam idem Achab incurrit, nec nõ & Iezabel ob falſo delatum & occiſum Naboth, nimirum ſimili pœna digni ſunt Principes,

ſed qui impios viuere ſinunt, maxime vero Dei inimicos ſeu qui pios perſequuntur. Nam Chriſtus ipſe expoſtulandum ſanguinem omnem iuſtum qui effuſus eſt à Iudæis docuit: Math. 23. diſcăt igitur reges nec iuſtum perſequi, nec impiũ viuere ſinere: data eſt quippe illis poteſtas ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Nec Principes debent eſſe timori bono operi, ſed malo. *Math. 23.*

Rom. 13. *Vis non timere poteſtatem? bonum fac.* Eorum vtique eſt, vt & hortulanorum bonam ſementem agris inſerere, bonas arbores conſeruare, & malas euellere. Et velut Chirurgi prauum ſanguinem tantum educunt: ita & illi impios tantum gladio plectere debent. Eorum eſt prurientia pſeudodogmata abſcindere, nec velut rem exiguã exurgentes hæreſes parui pĕdere, quaſi abſque ferro & igne cito euaneſcere debeant, quippe vt docte Hieronymus in Cap. 5. ad Galat. pandit, ſcintilla res parua eſt, & pene dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & ſui nutrimenta inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regioneſque cō- *Rom.13.* *Hieronym.*

ſumit: fermentum res modica farinæ cõſperſum, totam maſſam corrumpit; ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, ſed paulatim cancer ſerpit in corpore: & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies totum commaculat gregem. Igitur ſcintilla ſtatim vt apparuerit extinguẽda eſt, & fermentum à vicina maſſa eſt amouendum, & ſcabioſum animal à caulis ouium eſt repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecus ardeat, corrumpatur, putreſcat, & intereat.

Simile.

In eos iuris ſeueritatem exerceant principes, qui ſuo conſortio corrumpunt & perdunt omnia, non autem in eos qui ædificant, inſtruunt, & bonum operantur.

Impie igitur egerunt Phariſæi, quod vt Chriſtus apprehenderetur miniſtros ſuos deſtinarunt, cum nuſquam innocentia tutior quam apud iudices, & impietas maiori in diſcrimine, quam apud eoſdem eſſe debeat.

Et nunc vtinam non adſtitiſſent, & in vnum impij conueniſſent principes

aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius, vt templa demolirentur, religionem peſſundarent, & doctrinam Catholicam vt impiam reijcerent, dicentes hoc Pſal. 2. *Diſrumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum.* Vtinam in Turcam & infideles omnes potius quam in Chriſti membra bella geſſiſſent. Pſal. 2.

Vtinam etiam huius impij Magiſtratus temeritatem non multi imitentur, qui perſequuntur eam doctrinam, quam Chriſtus docuit, quam Eccleſia Romana ſemper eſt amplexa, & contra impios errores defendunt, hæreticos tuentur: contra huiuſmodi acriter agit. 22. Ezechiel. *Principes in medio eius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ſectanda lucra.*

Mittunt ad Ieſum non vt honoretur, ſed vt apprehendatur: ſic Iezabel. 3. Reg. 19. ſic Ochoſias ad Heliam, non autem ad Prophetas Baal, vt apprehenderentur miſerunt 4. Reg. 1. ſic Achab Micheæ moleſtus eſt, non Sedechiæ pſeudo-Prophetæ. 3. Reg. 22. Sic Rex Samariæ homicidam deſtinauit qui

Heliſæum virum Dei capite truncaret. 4. Reg. 6. Et nunc vtique,

Dat veniā coruis, vexat cenſura colūbas.

Sic peruerterunt oculos ſuos vt non viderent Deum, Daniel. 3.

Sic mutatus eſt iuſtitiæ color optimus: ſic ſedet ſola ciuitas vidua: ſic ab omnibus Chriſtus & Eccleſia opprimitur: ſed iudicium duriſſimū fiet & ſcribis & Phariſæis, & his qui præſunt, vt Ieſū cum ſponſa opprimant, Sap. 6. potētes enim potenter tormenta patiētur, mittunt non honoratos viros, ſed miniſtros & ſatrapas: quod frequentiſſimū eſt his qui Eccleſiam Chriſti ſponſam perſequuntur.

Petrus Alexandrinus. Petr⁹ Alexādrin⁹ in epiſtola ſua refert Luciū Arrianū, Iudæos, Barbaros, Gēiles, & omne hominū genus in Eccleſiā armaſſe, quod illi ſatis eſſet, modo eam exterminaret: ſic Caluiniani per ganeones, & impios nebulones graſſati ſunt.

Obſeruate hoc loco contra eos qui ad ciuilem magiſtratum peruenire volunt, cōtrouerſias de religione cognoſcere, hos miniſtros ab Eccleſiaſtico Senatu, & non à ciuili fuiſſe miſſos iuxta prçceptum Dei Deut. 17. *Deut. 17.*

Secundo

Secundo miſericordiam quam oſtendit, ferendo patienter horum ſatellitum impios conatus. Cum enim poſſet aut propria virtute, vt olim Chore, Dathan, Abiron. Numer. 16. viuos ſubmergere, aut turbis trucidandos prodere, maluit ſua patientia ad pœnitentiam inuitare, vt ſignificaret doctrinam Euangelij non eſſe ſanguinariam, non ſpirare ſeditiones & cædes, non excitare in Republica tumultus: ſed hæreſis hoc eſſe proprium: & teſtantur facta Donatiſtarum, Circumcellionum, Zuinglianorum, Caluiniſtarum, & Anabaptiſtarum, qui varijs non olim tantum, ſed ab annis retro qu inquaginta, imperia, regna, magiſtratus, Reſpublicas, & ciuitates oppreſſerunt prætextu Euangelij, nec vllus vnquam ganeo fuit, qui tantis abundarit lædoris, atque hodie noui Euangeliſtæ, tam ſcribendo quam loquendo exundant. At non ſic Chriſtus, Apoſtoli, diſcipuli, & Martyres, quorum ſanguine aſperſa ſuccreuit Eccleſia: in illis enim *Num 16.*

Non murmur reſonat, non querimonia:

Sed corde tacito mens bene conſcia.
Conſeruat patientiam.

Chriſtus ita hic non ad arma, gladios, ſaxa, & cædes confugit, ſed ad potentiam verbi Dei, quæ facile omnes aduerſarias poteſtates coercet, & reprimit, vt ait Apoſtolus ſecundæ ad
2. Cor. 10. Corinth. decimo. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Cæterum quia indigni erant hi miniſtri qui nudam veritatem audirent, quod ſciret eos calumniaturos, obſcure illis proponit mortem ſe non ipſorum, ſed ſuo arbitrio ſubiturum, alludens ad prophetiam
Iſai. 53. Iſaię capite 53. adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.

Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros vt comprehenderent Ieſum. In ſacra Regum hiſtoria legitur quod Saul perſequens Dauidem ſciens illum eſſe cum Samuele alijſque Prophetis, miſerit miniſtros ſuos vt vinctum illum ſibi adducerent, & cœperunt qui miſſi fuerant prophetare; miſit & alios quibus ſimile contigit; miſit quoque tertios, qui vt primi pro-

phetauerunt : illuc tandem & ipſe iuit, & idem ſibi accidit quod & nuntijs ſuis. 1. Reg. 19.

Sic & nunc miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros vt apprehenderent Ieſum., & ipſius ſermone capti ſunt, & ad ſuos vacui reuerſi interrogantur. Numquid & vos ſeducti eſtis? Philotes Hermogeni Magi diſcipulus cum Iacobo maiore de fide certamen inijt, victus autem credidit, & ad magiſtrum ſuum reuerſus ait: Magus abieram, redeo Chriſtianus, quarti Regum primo. Tres quinquagenarij ad comprehendendum Heliam à Rege Ochoſia miſſi ; ex quibus duo cum ſuis 50. militibus quibus præerant, igne cęlitus delapſo conſumpti ſunt.

Iterum quarti Reg. 6. Rex Syriæ miſit in Doctaim equites noctu aduerſus Heliſæum, qui percuſſi cæcitate, & acriſia ab eodem in Samariam inter hoſtes deducuntur, deinde remittuntur ad ſuos. Concordat & Act. nono. Quando Paulus ex perſecutore conuerſus vas electionis effectus eſt. 4. Reg. 6.

Digitized by Google

Polæmon relaxatus adoleſcens audiens Xenocratem, eius ſcholam ingreſſus ſtatim mutauit mores. Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, ſatrapas, lictores, ſicarios.

Non eſt quod Prouinciales & Generales ſancti Franciſci Fratrum Minorum conuentualium regularis obſeruantiæ Tertiariorum, & Superiores ordinarii Maturinorum, hoc eſt ſanctæ Trinitatis, nec qui aſſiſtunt diuinis officiis pontificalibus, doleant, & conquerantur, ſi nomen miniſtri in dedecus vt plurimum vſurpari dixerim; illis laus, illis gloria pro iuſta & debita officii ſui executione: Mihi autem aſſentiantur iure aſſeueranti, quod nomen miniſtri in ſacris litationibus Eccleſiaſticis carnificem ſignāt.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui ſapientia ſumma, & potentia illimitata præſtas, verbo & tactu ſupra naturam, citra naturam, & contra naturam opera feciſti, qui tantum obla-

tus, ligatus, captus, quando voluiſti, qui miniſtros Principum & Phariſæorum repuliſti, & euertiſti, conuerte nos Deus & Saluator, qui hactenus mundo, carni, Satanæ miniſtrauimus: fac nos de cætero tibi ſeruire, vt vitam æternam conſequamur. Amen.

Digitized by Google

FERIA TERTIA POST DOMINICAM PASSIONIS.

Fœlix fuga, & exilium.

SIcut nutrix à paruulo ſe abſcondit, quo eum in ſui deſiderium prouocet; ita Chriſtus vt excitet Iudæos ad ſe quærendum latet, & ab eis ſuam præſentiam ſubtrahit. Fit quoque ſic frequenter, vt Deus à nobis longe receſſiſſe videatur, etiam poſt inſpirationes pias, id tamen eſt, non quod ſaluare nequeat, aut nolit, ſed quia benignitas illius nos ad pœnitentiam adducit.

Aue Maria.

OMnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cælo: tēpus naſcēdi & tēpus moriendi, tēpus plantandi & tēpus euellendi quod plantatum eſt: Tempus occidendi & tēpus ſanandi: tēpus de-

ſtruẽdi, & tẽpus ædificandi: Tẽpus flendi & tẽpus ridẽdi: tẽpus plangendi & tẽpus ſaltandi: tẽpus ſpargendi lapides, & tẽpus colligendi: Tẽpus amplexandi & tẽpus longe fieri ab amplexibus: tẽpus acquirendi & tẽpus perdendi: tẽpus cuſtodiendi & tẽpus abijciendi: tẽpus ſcindendi & tẽpus conſuendi: tẽpus tacẽdi & tẽpus loquendi: Tẽpus dilectionis & tẽpus odii: Tẽpus belli & tempus pacis: Tempus ſtandi in propria vel in pugna, & tempus fugiendi aut exulandi.

Chriſtus ambulabat in Galilæa, non enim volebat in Iudæam ambulare, quoniã volebant eum Iudæi interficere. Ioan. 7. Exemplis autem confirmatur: ſiquidem Iacob fratrem ſuum Eſaü fugit: Moyſes metu Pharaonis ad Madianitas ſeceſſit: Ex Domini iuſſione & mandato ciuitates refugij in eorum qui ad cædem quærerentur fauorem aſſignatæ ſunt. Dauid Rex Saulem fugit, & occultauit ſe in ſpelunca: Propter inſidias Iezabelis fugit Helias Propheta, multi quoque Prophetæ quæſiti ad necem apud Abdiã in ſpeluncis ſe abdiderunt: Chriſtus puer fugit in Ægyptum Math. 2. Cum in templo eum Iudæi la-

Ioan. 7.

Fugientes.

pidare vellent, Ioan. 8. Exiuit de templo cap. 11. poſt ſuſcitatum Lazarum non palam ambulauit apud Iudæos, ſed abiit in deſertum locum, donec paſſionis tempus adueniret, tunc prodiit in medium vt traderetur, & Iudæis obuiauit.

Chriſtus ſuos hortatur diſcipulos: Cum perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam: & Luc. 21. qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes : Paulus item à diſcipulis per murum in ſporta demiſſus eſt, vt perſecutoris manus effugeret.

Luc. 21.

Paulus.

Vir fugiens adhuc pugnabit prouerbio dicitur. D. Athanaſius apologiam edidit de fuga ſua in perſecutione. Fugere, eſt ab aliquo termino cū celeritate abire, & recedere; & ideo ſecundū quod terminus à quo quis fugit poteſt eſſe bonus vel malus.

Fuga bona eſt quando à malo fugimus, vt cum recedimus à mundo, à diabolo, à peccato. 1. Reg. 19. fugit Dauid & ſaluatus eſt. Fuga ſagacitatis & prouidentiæ: Iſta eſt fuga bonorum & ſapientium qui prudenter fugiunt, cauent & relinquunt illa omnia

quæ ſibi vident contraria & noxia, de qua fuga dicitur Eccleſ.21. *Quaſi à facie colubri fuge peccatum.*

Omnia naturaliter fugiunt ſuum contrarium; inde eſt quod in æſtate fontes, & putei ſolent eſſe frigidiores, quod vtique accidit propter frigiditatem, quę exteriorem aeris calorem refugit, & ab ipſo ſicut à ſuo contrario in terræ interioribus ſe abſcondit: Et inde etiam eſt quod natura quibuſdam impotentibus animalibus dedit ſummam corporis leuitatem. ſicut ſunt lepores, capreoli, & hoc fecit, vt quæ non poterant ſe eximere à ſuis contrarijs eis reſiſtendo, ſe ſaluarent ab eis fugiendo. Quibus exemplis vtique docemur, quod à noſtris contrarijs debemus fugere, & ne forſitan ſuccumbamus, ab eis cautius reſilire: cōſtat enim quod ſumus impotentes & inualidi: ad reſiſtendum tentationibus & tribulationibus valde debiles, infirmi; ideo non habemus remedium niſi quod prudenter fugiamus: Et quod à peccati occaſionibus caueamus, exemplo Ioſeph, qui relicto in manu dominæ ſuæ pallio ab ipſa fugit & receſſit: vt ſic de

ipſo,& de quolibet fugere volente poſ-ſit dici illud Amos 2. *Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet*: De quolibet exponatur illud Pſalmiſtæ: *Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum.*

Et videtur quod in verbis iſtis oſtenduntur tria quæ ad bene fugiendũ sũt neceſſaria. Primo oportet exonerare ſarcinam quam deferimus: expoliare ſarcinam peccatorum, ſeu bonorum temporalium, dum grauiſſima & inſuportabilis extat: deponere deteriora, relinquere anteriora, diligere poſteriora, Deum & paradiſum.

Debemus fugere abijciendo ſarcinam deteriorem: ſicut mare quando feruet ſolet omnes immunditias abijcere, & ſuperfluis omnibus rebus mortuis ſe purgare, ita qui optime vult fugere contritione ferueſcat. Iob. 14. *Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum maris*: & omnibus malis oneribus, idest omnibus peccatis & bonis temporalibus, quantum ad affectum debet ſe exonerare & expedire: Pſal. Conuertit mare in aridam.

Iob. 14.

Apoc. 20. Apoc. 20. mare dedit mortuos ſuos: ſicut enim qui velociter vult fugere

ſolet ab omnibus ſarcinis ſe exonerare, ſic qui ſtatim ad Deum ire fuga vanitatis contendit.

Plinius de Leone narrat, quod ſi quando repletus eſt cibarijs inuadatur à venatore, timens ne propter repletionem fugere nequeat, cibos comeſtos ſolet euomere: & ipſos cum ſuis vnguibus de gutture ſuo eijcere. *Plinius. Similia.*

Simia propter onus calceamentorũ quibus ſe imprudẽter dicitur ligare, cũ ipſos deponere nequeat propter pondus etiã fœtuum quos dicitur portare, veniente venatore fugere non valens, capi neceſſario ſe permittit. *Simia.*

Aper etiam ob ardorem ſuæ interioris vrinæ in fugiendo grauari dicitur, & ideo niſi ipſam eiecerit, faciliter capitur & ſuperatur. *Aper.*

Quibus vtique exemplis docemur, quod omnia quæ ad fugam vitiorum nobis ſunt grauia & noxia debemus abijcere, vt ſic ſine periculo poſſimus fugere ac recedere. Repletio ciborum, abundantia bonorum temporalium, onus filiorum, nimia affectio parentum carnalium, ardor etiam vrinæ ſiue humorum, infectio interiorum criminum

nos grauant, & impediunt ad virtualiter fugiendum: Amos 2. peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam: neceſſe eſt ergo vt cibos tẽporalium per eleemoſynas eijciamus, vt filijs parentum carnaliũ amore nos ſagaciter excutiamus, vt vrina ardenti interioribus criminibus nos per confeſſionem expediamus. Et ſic cum ab omnibus iſtis fuerimus denudati, & ad modum maris purgati, & purificati, tunc fugere poterimus, & à cunctis periculis nos ſaluare: Amos 2. Robuſtus corde inter fortes nudus effugiet.

Amos 2.

Caſtor. Sicut enim Caſtor amputat ſibi teſticulos, Elephas rumpit dẽtes eburneos vt fugere dimittatur, ſic quicquid poteſt in nobis eſſe cauſa periculi debemus dimittere, vt à periculo poſſimus fugere Mach. 7. proiecerunt arma ſua & fugerunt.

1. Mach. 7.

2. Dico quod ſi bene volumus fugere, debemus contemplari terminum anteriorem: homo enim tunc animatur ad bene agendum, & de aliquo loco fugiendum, quando videt locum illum eſſe periculoſum: piſces enim animaduertentes rete non libenter intrant.

Piſces.

Mugil eſt piſcis qui perpendens rete piſcatoris, ita cito fertur reſilire & fugere, quod rectius videatur volare & ſaltare. Piſces etiam ex Plinio Lib. 10. generaliter locum occiſionis alterius piſcis ſolent fugere, & odorem ſanguinis ſuorum ſociorum horrere. *Mugil.*

Nautæ etiam pericula maris attente fugiunt, cum ipſa perpenderint, ad ea non accedunt: Diabolus, mundus, & caro ſunt quidam termini periculoſiſſimi, rete infandiſſima hoſtilitate ſua condentia, fuga ſaluti conſulendum eſt. Amos 5. *fugiat vir à facie Leonis.* Hierem. 51. *fugite de medio Babylonis ut ſaluet unusquiſque animam ſuam.* Prouerb. 4. fuge ab ea, nec tranſeas per illam, declina & deſere eam. Eccleſ. 7. vincula ſunt manus eius, qui placet Deo effugiet & illam. Eccl. 21. quaſi à facie colubri fuge peccatum, quia dentes Leonis dentes eius, interficientes animas hominum, quaſi romphea bis acuta omnis iniquitas Pſal. qui viderunt me foras fugerunt. à me. *Nautæ.* *Amos 5.*

Heſter 14. Regina confugit ad dominum pauens periculum quod imminebat. Fugiamus ergo linguam detra- *Heſter 4.*

ctionis Iob. 19. fugite quoque à facie gladij. Lingua ad modũ gladij facta vitium detractionis indicat. Pſal. lingua eorum gladius acutus: Hieremiæ 44. qui fugerint gladium reuertentur de terra Ægypti, fugiamus maculam

1. Cor. 6. infectionis. 1. Cor 6. *fugiamus fornicationem.*

Fugiamus faculã affectionis vanorum deſideriorũ. 2. Timoth. 2. iuuenilia deſideria fuge. Tob. 1. ipſe fugiebat conſortia hominum quia dorabant vitulos aureos, & ſolus pergebat ad Hieruſalẽ ad Templũ Domini, ibique adorabat. Pſal. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.

Fugiamus auaritiam & ambitionem 2. Petri. 1. *Fugientes eius quæ in mundo eſt*

2. Petri. 1. *concupiſcentiæ corruptionem*: Iſti ergo ſunt mali termini à quibus eſt fugiendum 1. Timoth. 6. tu autem ô homo Dei hoc fuge.

Fugit homo velocius dum ſperat ſe cito terminum curſus attacturum, puer læſus fugit ad gremium matris, homo grauatus fugit ad ſuperioris præſidium, populus impugnatus fugit ad caſtri refugium. Sic vere nos in qua-

cumque noſtra tribulatione ad Dei auxilium refugiamus. Prouerb. 18. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum fugit & ſaluabitur.

Transfugę apud antiquos ſeruabantur ab illis ad quos transfugiebant: Deut. 23. Non tradas ſeruum domino ſuo qui ad te confugit: ſi ad Dominum confugerimus à diabolo, qui ſit peccato dominus, tuti erimus. Deus eſt ciuitas fortiſſima & inexpugnabilis refugij, ad quam ob facinus nos recipimus Deut. 19. pro certo ſi animam noſtram occiderimus labe, oportet vt ad Eccleſiæ & gratiæ ſtatum fugiamus, ſi à diaboli faucibus erui concupiſcimus. 1. Reg. 4. fugit vnuſquiſque in tabernaculum ſuum. *Transfugæ.* *1. Reg. 4.*

Fugiamus ad Deum, ad Paradiſum, ſicut ad montem protectionis. Cant. 8. *Fuge dilecte mi; fuge, aſsimilare capreæ hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel.* Simus ergo ſicut Loth. Gen. 19. nō ſtes in omni circa regionem, ſed in monte ſaluum te fac 1. Machab. 2. fugit ipſe & filius eius (ipſe ſcilicet Mathias) in mōtes Math. 24. qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes.

Item fugiamus ad ipſum ſicut ad fõtem refectionis: ſicut ceruus fugiens & ſitiens currit ad fontes aquarum, vt plenarie ſatietur, ſic & nos debemus fugere ad Deum vt eius gratijs recreemur
Exod. 14. Exod 14. fugientibus Ægyptijs occurrerunt aquæ.

Fugiamus ad Deum ſacrum azilum, & firmiſſimum pontem ad tranſuadandum. Heſter. 14. Heſter quoque Regina pauens periculum confugit ad dominium, quare ſanctè fugit Chriſtus à iudæa in Galilęam, & voluntario exilio ſẽ illic condidit. Si potentes, ſi magnates, ſi diuites omnibus ſpretis ſponte exularunt, cur anxie exilium patientur infimæ ſortis, plebeij, agreſtes homines ſępe ſępius extorres, & proſcripti pro facinoribus ſuis.

Diogenes. Diogenem Philoſophum aliquis deludebat & arguebat, quod à Synopica regione expulſus fuiſſet, cenſori reſpondit; quinimo tu iure arguendus, quod nunquam à patrijs oris exieris, oſtrea imitatus, quæ nuſquam à cõcha recedunt rupibus & cautibus affixæ. Imprudens huiuſmodi ſycophanta puſillanimis erat, priuilegia ignorãs exulum,

quæ

quæ hic recenſebo, vt multorum voluntaria exilia non condemnetis.

Exules nulli inuidię argumentũ præbent, vix à profugis pecuniæ ad vſurã petuntur, quia fortunis ſuis certiſſime egent, licet etiam illis à quocumq. mutuari, petere & repetere propter ſpreta & relicta in propriis ædibus: exul exẽptus ab hoſpitalitate cũ domũ nec locum poſſideat, nõ tenetur epulas ſtruere ſplendide, & magnifice veſtiri, diu & noctu in excubiis & cuſtodia publica vigilare, non eſt quod ad illuſtrandã ſtirpẽ ſuã famulis ſtipat' habeatur, bene quidẽ poterit gloriari ſe in natiuo ſolo tot ſeruos, tot cliẽtulos, talẽ curiã habuiſſe, illic purpura ſuperueſtiri, mira efficere, innumeris ſtipari ſeruis & contubernalibus.

Fugitiuo dedecus non parit ſi cunctis promiſſis non ſteterit, & mutuo accepta non reſtituerit, cũ bona volũtas viribus deficientibus ſufficiat reſtituẽdi in reditu ad patriam. Quãplurimi ſimilia priuilegia quęrunt, vt ſe à clientelis & litibus eximant. *Fugitiuni.*

Exules domũ excultã & ornatã habere nõ tenẽtur, ſuis vxoribus famulaſ-

alere, non ita frequēter lactantes puerulos balare audiunt, conqueri modo hęc, modo illa importune efflagitare, latibula furtorū domeſticorū ſuorū ignorant, quæ vix euitantur. Exilium gratū habuit propterea Spartanus Anaſangris, & dolenti contubernali ob id, reſpondit: ſatius eſſet redargui à virtutis receſſu quā à patriæ abdicatione: Patria ſiquidē relicta innumeros negotiorum anfractus relinquimus; illic quocūq. aduentante periculo anxiamur, cruciamur, alibi vniuerſa inoffenſo trāſcurrimus calle, & ob narrata non ita ęgre ferimus, de Conciliis aut comitiis Reipublicæ non curamus, nec de decurionū adminiſtratione, ruſticorū querimonias non audimus, vectigalia illis nō imponuntur, nonnumquam fœliciora occurrunt negotia quā in proprio ſolo.

Innumeri in patria fame vel miſeria periiſſent, qui alibi opipare & ſplendide vixerunt, extraneis omnes compatiuntur, viduæ opibus plenæ extraneis facile & caritatiue erogant.

Agamem. Agamemnon à bello Troiano rediens minanti Telamoni patri exilium ait: hic ſpretus alibi honorabor, & trāquille degam.

Si exiliũ apud antiquos infamiæ nota fuiſſet, tot & tantos ſponte exulãtes non inueniremus: Nunquid Metellus Numidicus voluntarius exul? Ab Athenienſibus Calaſter in exiliũ miſſus læte abiit, nec apud ſuos de iniuria conqueſtus eſt, nec redux fieret ad propria, immo ſtrictiſſime cauit ne reuocari curarent, ſatius ſibi ducens tranquillã paupertatem, quã in patria abundare opibus, dapibus, & litibus. Demetrius Phalereus Thebis in exiliũ deſtinatus hoc ita imprudenter & impatienter tulit, vt Cratẽ Philoſophũ audire nollet, quod parce & miſerrime Cynicorũ modo viueret: Interdiu Crates illum inuiſit, & orationem excultã de fœlicitate proſcriptionis declamauit, & ita valide perſuaſus mutauit ſententiã, exiliumq. deinceps acceptiſſimũ voluit, & cũ domeſticis domũ reuerſus in ſeipſum conquerebatur quod antea pro exilio ſic inſaniiſſet. Pauci virtute præſtantes occurrunt quin aliquo die exulauerint: Vt verum fatear, quaſi malũ neceſſarium eſt, non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Annibal cũ pro Reipublicæ defen-

ſione & protectione innumera patraſſet, à Carthaginenſibus in exilium mittitur, à patria & ciuitate dilectiſſima emittitur. Theſeus poſt tot præclare geſta, immortali gloria digna à patria quã ampliarat, defenderat, eiicitur. Solon Athenienſium nomothetes & legiſer, exulatus ab illis in inſula Creta vltimũ diẽ clauſit. Illuſtris & potens Melchiades 3000. Perſis deuictis in exilio occubuit. Eodem plane pignore Camillus remuneratus poſt innumeras clades & triumphos pro patria auctos. Traianus iuſtus dum exularet Imperatoris maieſtate inſignitus eſt.

Exul cum ſua Philoſophia Ariſtoteles fuit. Strenuus Themiſtocles exul periiſſet, niſi periiſſet in alia regione exaltatus. Exiliũ Alcibiadi contigit, ſicut benignitate Hermodori ſpreta Epheſini hunc in exiliũ mandant. Rutilius & Cicero à Romanis exilio remunerãtur. D. Ioannes Euangeliſta à Domitiano in exiliũ & Pathmos inſulã relegatus Angelos comites habuit, & Apocalypſim compoſuit.

Ambulabat Ieſus in Galilæa, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebat

eum Iudæi interficere: Rationem reddit cur Iudæos declinarit, nimirum quod illo indigni eſſent. Sic enim recedit à peccãte Iſrael,& omnibus impijs. Simili ratione Apoſtolos etiam monuit excutere puluerẽ de pedibus ſuis Math.10. Nos ergo ſtudeamus Deum amplecti in puritate cordis, ne longius abſcedat, non enim habitabit in corpore ſubdito *ſap.1.* peccatis, nec maleuolam introibit animam Sap.1.

Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? 1.Cor.6. Dicito nãq. mihi (dicit Ephrem lib. de compunctione cordis c. 2.) ſi quis te in lutum cœni proiecerit, & ibi te ſemper manere cogat, libenter hoc feres? Si tu cum ſis cinis & vermis, hoc ſuſtinere nõ potes, quomodo vis impollutum Deum in te peccato fœtido manere?

Porro vt Iudęorum, ita magnatum peccata cauſa ſunt, vt Deus recedat à populo. Pro Pharaone Ægyptij ſubmerguntur. Propter Dauidis peccatum Iſrael peſte perimitur, nec quoq. adeſt Helias ad cõſolationẽ Iſrael ob Achab & Iezabel, ſed latet: ita quoq. Chriſtus non venit ad Iudæos, quia principes eo-

rum illi inuidebant.

Quando latuit vt homo, non potẽtiam perdidiſſe putandus eſt, ſed exẽplum noſtræ infirmitati præbuiſſe. Ille enim quando voluit detentus eſt, quãdo voluit occiſus eſt. Sed quoniam futura erant membra eius, ideſt fideles eius qui non haberent illam poteſtatem quam habebat ipſe Dominus noſter, quod latebat, quod ſe tamquam ne occideretur occultabat: hoc indicabat factura eſſe membra ſua, in quib⁹ vtique membris ſuis ipſe erat. Nõ enim Chriſtus in capite, & non in corpore. Quod ergo membra eius, hoc ipſe, quod autẽ ipſe non cõtinuo mẽbra ei⁹. Nãſi ipſi nõ eſſẽt mẽbra eius nõ diceret Saulo: Quid me perſequeris? Non enim Saulus ipſum, ſed mẽbra eius, ideſt fideles eius in terra perſequebatur. Noluit tamen dicere ſanctos meos, ſeruos meos, poſtremo honorabilius, fratres meos: Sed me, hoc eſt, membra mea quibus ego ſum caput.

Saulus.

Quæritur an Epiſcopus pro perſecutione ſui corporis poſſit fugere? Reſpõdetur iuxta D. Thomã 2. 2. quæſt. 185. quod vbi ſubditorum ſalus exigit perſonæ preſentiã, non poteſt fugere pro-

pter aliquod dãnũ tẽporale vel corporale, immo tenetur ſicut bonus paſtor animã ſuã ponere pro ouibus ſuis: vbi vero ſufficienter in abſentia per alium poſſet ſaluti ſubditorũ prouideri, tunc licite poſſet fugere.

Quæſitus vt capiatur ſiue ſententia contra eũ lata, ſiue non, conſulto fugit: nemo enim carnem ſuam odio habebit fugere non dicitur qui ad ſuperiorem vadit. Recurſus ad prælatos maiores nõ eſt apoſtaſia iuxta canones, ſed permittitur ſola rationis cõformi occaſione.

D. Bonauent. tranquillitatẽ monaſterij intimans dixit: fuge fratres, fuge mundũ ſi vis venire ad Chriſtum. Fuge fratres, hoc eſt crebra & nimia religioſorum cõſortia, cũ murmuratio in clauſtro continuo habitet: vix datur colloquiũ vbi alicuius integritas maledicentia non laceretur: ſuperioris reuerẽtia non minuatur, & Dei gloria non ſpernatur; quare ſolitudine innixos fratres fugere decet: qui curiã, qui plateas, qui negotia ſeculi non fugiunt, mundo compaginati ſalutis obliuiſcuntur, & tandẽ pereunt: fœlix ergo fuga & exilium voluntarium. D. Bon.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui perſonaliter, nō pro fide inuaſus, Iudęam deſerens in Galilæā fugiſti, qui Apoſtolos & fideles fugere vis graſſante perſecutione: illumina oculos noſtros, vt fuga ſaluti noſtræ conſulamus, fugientes mundum, carnem, dæmonem, tua gratia vincamus, & cum beatis in Paradiſo triumphemus. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM Paſſionis.

Dies dominicus non eſt à Chriſto inſtitutus, ab Eccleſia ordinatus ſeruandus eſt.

HEbræi ſua ſabbatha pie&exacte obſeruabant, illorumque honorem præferentes, artes mechanicas vniuerſaliter illis diebus exterminauerunt, merciumque vecturam prorſus eliminarunt, ac aliquid diuendere nefas ducebant. Ioan. 2. vel emere, ligna colligere impium iudicabant: Nũ. 15. quin inculpata proprij corporis tutela,ſuum exiſtimabãt violari ſabbathũ, cadauerum quoque ſuſpenſorum fœtore credebant ſuos fœdari ſabbathiſmos; imo adiaphora tanquam magni ponderis

Sabbata. Numeri. 15.

negotia vetita ſucclamabant. Dies dominicus ſanctificandus, etſi à Chriſto Domino non ſit inſtitutus, obedientia, quam Eccleſiæ præſtare fas eſt.

Aue Maria.

Dies feſti. IN veteri lege iuſſit Deus quibuſdam diebus feſta celebrare Exod. 23. *Ter in anno mihi feſta celebrabitis. Azimorum, primitiuorum, & frugum*; & iterũ: *Ter in anno apparebit omne maſculinum coram Domino Deo tuo, ſcilicet in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, &* Scenophegiorum: Paſchæ in memoriam exitus de Ægypto liberi à Pharaone: Pentecoſtes, quia 50. ab exitu die legem in monte Sinai acceperunt: Frugum ſeu primitiuorum in memoriam beneficij, quia Deus dedit fructus terræ: ſic etiam celebrabant feſtum tabernaculorum, feſtum Encęniorum, ideſt dedicationum templi: *facta ſunt Encænia in* Hieroſolymis *& hyems*
Encænia. *erat.* Ioan. 10.

Dies Dominicus non eſt à Chriſto inſtitutus, ab Eccleſia ordinatus ſeruandus eſt. Iudæi pręter Sabbathi ma-

gnum diem varia habuerunt feſtorum ſolemnia, ſecundum Beatum Moyſem. Horum primum ex dictis & præcipuum erat paſchale, quod religioſo cultu honorabant, habebant Pentecoſten, ſcenophegia, Encænia, nos vero lucida religione illuſtrati dies feſtiuos ſanctorum, & Dominicum diem colimus.

Nemo calumniari debet, contra Catholicæ inſtitutionem Eccleſiæ obganniendo; Sabbathum ſi non bonum & ſanctum, quare à Deo inſtitutum? ſi bonum quare abrogatum? quia teſte D. Auguſt. Epiſt. 55. Quæ eſt ad Marcellinum, hac mutatione non poſſumus Deo inconſtantiæ notam inurere, nec arbitrabimur mutationis viciſſitudinem in ipſum cadere, quod nunc his, nunc alijs vſus ſit remedijs quibus occurrit hominum ſaluti reparandæ. *Aug.*

Nonne hyemi æſtas addito ſenſim calore ſuccedit? nonne diuruis tempora nocturna vertuntur? quoties noſtræ variantur ætates? adeoleſcentiæ pueritia non reditura cedit, iuuentus adoleſcentiæ non manſura ſuccedit, quæ ſenectute finitur. Non opinor cum Agricola æſtate aliud iuſſerit quam hye-

me, ratio mutatur agriculturæ, & cum mane ſurgit qui nocte quieſcebat, vitæ conſilium non mutauit: aliud Magiſter adoleſcenti, quam puero ſolebat, impoſuit.

Et magnus ille noſtrorũ temporũ medicus Augeri⁹ Ferreri⁹ Toloſan⁹ à quodam conſultus, morbo adhibuit quod tunc temporis congruere iudicauit, & adhibitum ſanitatem attulit: deinde poſt aliquot annos recidiuo morbo correptus, ille hoc idem putauit adhibendum, adhibitum vertit in peius; miratus concurrit ad medicum, qui tãdem reſpondit, non illi ætati hoc ſe fuiſſe iuſſurum. Non itaque perpetuam habet veritatem trita ſententia, ſemel recte factum nullatenus eſſe mutandum, nam circunciſionem Deus inſtituit, quam poſtea abrogauit: prius ſanguine hircorum & vitulorum placari voluit, &c.

A. ferre- rius.

Poſtea iuge illud ſacrificium exangue, & incruentum prætulit: Math. 5. rurſus non legem ſoluere ſed adimplere venit, tamen Eccleſia in Concilio Apoſtolorum ceſſationem legalium pronuntiauit.

Math. 5.

Pręterea quod ibi decretum fuit abſtinere à ſanguine & ſuffocato, proceſſu temporum Eccleſia diſpoſuit vtroquę vtendum: Haud ſecus præceptum erat: Exod. 20. memento vt diem ſabbathi ſanctifices, tamē Eccleſia mutauit in diem dominicum. Et Concil. Arelat. 3. noſcitur non obſeruaſſe ad integrum ſtatuta Patrum in ordinandis clericis. *Concil Arelat.*

Licet igitur plenario Concilio mores & politiam Eccleſiaſticam pro qualitate, & conditione temporum, abſque præiudicio honoris Dei variare, teſte Innocentio Cap. non debet. 1. de conſanguinitate & affinitate Libro 6. Capite 13. non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque varientur humana, cum vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas id expoſcit; ſicque intelligendus eſt B. Auguſtinus contra Fauſtum & Manichæum: quando adſeuerat concilia priora poſterioribus emendari. Verum impia Iudęorum noſtri ſeculi perfidia nobis inſultat, atque opponit, Sabbathum non ſolum à Iudęis ipſis, ſed à nobis quoque Chriſtianis *Aug.*

eſſe litteraliter duplici ratione obſeruandum: Deinde poſteriori, quia ſabbathũ creationis quæ omnib⁹ cõmunis eſt, reſpicit beneficium; Sabbato enim quieuit ab omni opere quod patrarat, ideo ſanctificauit ipſum, & benedixit, quam ob rem, cum illud ſanctificari præcepit, quaſi rationem aſſignans, mox ita ſubnectit: Sex dies operaberis & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die Sabbathum domini Dei tui eſt, non facies omne opus, &c.

Cum igitur ratione creationis Deo omnes obligentur, conijcimus ad obſeruationem ſabbathi omnes adſtringi: quæ rationes etſi parui ſint momenti, ad eorum tamen obſtinationem magis confundendam, qui tam ruinoſo innituntur fundamento, primæ obiectioni eſſe reſpondendum, quod præceptum de ſabbathi obſeruatione, partim fuit morale, partim ceremoniale, partim legis naturæ, partim legis poſitiuæ. Ceremoniale fuit quantum ad temporis diei ſeptimi taxationem: nec hac ratione teſte Heſichio computatur inter decalogi præcepta, ſed inter alia ceremonialia.

Hinc eſt quod in veteri teſtamento ſabbathū fuiſſe violatum reperiamus, quod minime factum fuiſſet, ſi quantū ad diei ſeptimi obſeruationem, inter decalogi præcepta recenſeretur, cum nullo vnquam tempore illa ſoluere liceat quæ ſunt iuris naturalis. Ioſue. 6. Iſto ciuitas Hieroſolymitana fuit expugnata: Marc.2. & Chriſtus ægros in ſabbathis curauit concedendo facultatem portandi grabbatum Ioan.5. & diſcipulis licentiam vellendi ſpicas: Math. 12. vt autem eſt morale præceptum, obligat omnes aliquo tempore Deo vacare iuxta illud Pſal. 47. *ceſſate & cognoſcite quia ego ſum Deus.* Proinde optime dixit D. Aug. Epiſt. 119. ad Ianuarium Cap.12. inter decem præcepta ſolum quod de ſabbatho poſitum eſt, figuratiue obſeruandum præcipitur. *Marc.2.* *Ioan.5.*

Verum his obuiare videtur ſcriptura, nam vbi editio noſtra habet: Et conſummauit Deus in die ſexto opera ſua, Hebraica veritas habet Beniom, haſſenij, id eſt in die ſeptimo. Ergo nos tam Græci quam Latini præter D. Hieronymum in noſtra editione in die ſexto Deum opus perfeciſſe dicimus: Hebrai-

ca veritas in ſeptimo die Deum id feciſſe, ac compleſſe in eo opera ſua, nec non benedixiſſe commemorat? Reſpondendum eſt hanc diuerſitatem exortam fuiſſe à ſeptuaginta interpretibus, qui in ſeptenario numero ſignificationẽ cognouerit, qui vt pote perfectionis numerus perpetuitatem demonſtrare conſueuit: Cui & illud ſuffragatur, quod Moyſes in die quo narrat requieuiſſe Dominum ab operibus ſuis, finem deſcribendæ dierũ & noctiũ ſucceſſionis facit.

Poteſt & altera non improbabilis adferri numeri ſeptenarij notatio, quod ſcilicet deſignarit Dominus, numquã abſolutum fore ſabbathum donec ad vltimum peruenerimus: noſtram enim in illo beatam quietem hic inchoamus ac nouos in ea quotidie facimus progreſſus, ſed quia adhuc aſſidua eſt cum carne militia, non prius conſũmabitur, quam implebitur illud de continuãda Neomenia cũ Neomenia, Sabbatho, cũ Sabbatho Iſai. 66. nempe cũ erit Deus, teſte. Apoſt. 1. Cor 15. omnia in omnib⁹.
Iſai. 66.

Videri ergo poteſt Dominus per diem ſeptimum populo ſuo delineaſſe futuri

futuri ſui ſabbathi in vltimo die perfe-ctionē quo ſabbathi meditatione ad hāc perfectionē tota vita adſpiraret. Cęterū nō dubiū quin Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentu quod cæremoniale eſt abolitum fuerit: ipſe enim veritas eſt, cuius præſentia omnes figuræ euaneſcunt, ipſe eſt corpus cuius aſpectu vmbræ relinquuntur: ipſe inquam eſt verum ſabbathi complementum, quia hæc eſt vita æterna vt verum Deū cognoſcantte, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, cum quo in conſortium mortis eius, per baptiſmum conſepulti ſumus, illiq; inſiti, vt reſurrectionis participes, in nouitate vitæ ambulemus.

Ideoque ſabbathum vmbram fuiſſe rei futuræ ſcribit B. Paulus Rom.6.Col.2. *Rom 6.* ac corpus hoc ſolidam veritatis ſubſtātiam extare in Chriſto. Præterea vt alteri obiectioni ſatis fiat, ſicut ſabbathum beneficium reſpicit creationis, ita dies Dominica gratiam redemptionis: quēadmodum enim Deus in ſabbatho opus creationis compleuit, ita in die Dominico opus redemptionis per Ieſu Chriſti Domini noſtri reſurrectionem perfecit;

Chriſtus enim mortuus eſt propter delicta noſtra Rom. quarto, *& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.*

Porro vt luculentius ſecundæ obiectioni ſatisfiat eſt conſiderandum, quãto præponderet huius Diei ſanctificatio quæ nobis conceſſa eſt, illi qua Iudęis ſabbathum dedicatũ erat, quod aduertere haud erit difficile ex comparatione cauſarum vtriuſque ſanctificationis: imparibus ſiquidem, multoque diuerſis cauſis& ſabbathum Creator noſter benedixit, & primam ſabbathi idem ipſe dedicauit.

Benedictio ſabbathi. Cauſa benedictionis ſabbathi extitit, quia Deus in illo ab omni opere quod patrarat ceſſauit. Cauſa vero benedictionis primæ ſabbathi, ideſt, diei poſt ſabbathũ, quæ ſignat diem Dominicum, eſt quod Deus homo factus in illa reſurrexit à mortuis: illic creator omnia inuiſibiliter fecit, hic creatura corporalis exiſtens, omnia redemit. Quis non magna intercapedine hæc inter ſe diſtincta videat? Si enim Dei requies, cauſa ſanctificationis diei eſt, conſequenter vbi maior & verior eius requies, illic ſãctificatio copioſior eſſe nõ ambigitur,

Ad hæc vbi maiorem in operante laborem attendimus, maiorem nihilominus in ceſſante requiem agnoſcimus.

Omnibus profecto eſt in cōfeſſo Deū creatorem mundi nunquam fuiſſe fatigatum, nempe qui omnia per verbum ſuum operatus eſt, & vniuerſa componens, de ſingulis dixit, fiant & facta ſunt. Gen. 1. Atqui ipſe idem cum mundum redimeret, homo factus, idemque Chriſtus Deus paſſus, crucifixus, & ſepultus eſt proculdubio, fatiſcentibus ſacris artubus acerba ſubeundo, operoſo labore, ſalutem noſtram operatus eſt. *Gen. 1.*

Vnde Auguſtinus tract. 17. in Ioann. plus eſt quod factus eſt propter homines, quam quod fecit inter homines Chriſtus: qua etiam die reſurrexit, veram vtique requiem, gloria & honore coronatus intrauit, ac longe excellentius requie fretus eſt, quam tunc, quando à mundi creatione ceſſauit. Relinquamus ergo Iudęis verum ſui Sabbathi gaudiū, quod illis eſt ratione mundi viſibilis, cuius ſolius fructu tranſitorio delectari contenti fuerunt: Adeo namque terrenorum cupiditati locum præbuere, vt *Aug.*

quæcumque de cœleſtibus, illis erant promiſſa imaginibus eorum quæ amabant, ſemper oportuerit velari, quemadmodum eis inſinuat ſanctus Moyſes, Deut. 6. Terra quam ingredieris, non eſt terra Ægypti, vbi iacto ſemine in hortorum morem, aquę ducuntur irriguæ, ſed montuoſa eſt & campeſtris, de cœlo expectans pluuias, quibus lacte, & melle manare conſueuit, quod nunquam litteraliter contigit, ſed tropicè omnem abundātiæ plenitudinem, fertiliſſimāq; regionis vbertatem demonſtrat.

Deuter. 6.

Præterea otium Sabbathi in venerationem Dominicæ diei eſt tranſlatum, ne iudaïzare videamur, præcipua tamē cauſa eſt Domini Reſurrectio, ſiquidem vna vel prima Sabbathi, quam Dominicam diem nuncupamus, Chriſtus à mortuis reſurrexit. Itē propter Gentilis erroris abolitionem, qua eundem diem ſolum ſacris dedicabant ſecūdum Leonem, ſerm. 22. quin & tantis diuinarum diſpenſationū myſteriis dies Dominicus eſt conſecratus, vt quicquid inſigne à Domino conſtitutum eſt in terris, huius diei dignitate ſit geſtum, eodem Leone teſte, Auguſt. & Concil. Conſtantin. 6.

Concilium Conſt.

In eo etenim mũdus ſumpſit exordiũ, lucem condidit, ac manna in deſerto miniſtrauit. In eodem Dominico die, naſci dignatus eſt, ſtella Magis refulſit, ac quinque panibus & duobus piſcibus, quinque millia hominũ ſaturauit. Item in eo Baptiſmum à Ioanne in Iordane ſuſcepit, ac victorioſa morte glorioſus in eodem reſurrexit, quin & ſpiritum S. in eo ſuper diſcipulos diffudit.

Origenes. Origenes Homil. 7. in Exod. quæro quo die cœperit manna cœlitus dari, & volo comparare Dominicam noſtram cũ Sabbatho Iudæorum: ex diuinis namq; ſcripturis apparet, quod in die Dominico, primo in terris datũ eſt, ſi enim vt ſcriptura ait, ſex diebus continuis collectum eſt, ſeptimo autem die, quę eſt Sabbathi, ceſſatũ eſt, haud dubie eius initium à primo die qui eſt Dominicus, fuit.

Quod ſi ex diuinis ſcripturis hoc conſtat, quod die Dominico Deus pluit manna de cœlo, & in Sabbatho non pluit, intelligant Iudæi, iam tunc prælatum eſſe diem noſtrum Dominicum ipſorũ Sabbatho. Iuſtiſſime proinde magnis à Chriſti fidelib⁹ colitur ſolemniis,

quæ tantis legitur decorata prærogatiuis, nec tanquam nouitia aut recens eſt aſpernanda vmbræ abolitio, & ſacræ veritatis, quæ in die Dominico pāditur inſtitutio, cū non humana præſūptione credatur inuecta, ſed à Paracleto Eccleſiæ directore ſalubriter introducta, ac Apoſtolico ritu obſeruata, ſecūdum ſanctum Auguſtinum epiſt. 119. ad Ianuarium cap. 13. Apoſtoli ac Apoſtolici viri Dominicum diem religioſa ſolemnitate celebrandum ſanxerunt, ſic Ambroſius. Necnō concilium Laodicenum: non oportet Chriſtianos iudaizare, & in Sabbatho vacare, ſed operari eos in eodem die, Dominicum præponendo eidem diei, ſi hoc eis placet, vacent tāquā Chriſtiani; quod ſi inuenti fuerint iudaizare, Anathema ſint.

S. Ignat. Item ſanctus Ignatius Martyr Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ dulciſſimus diſcipulus: pro Sabbathizatione (inquit) diem feſtum celebret omnis Chriſtianus, dominicam reſurrectionem, regalem eminentiſſimam omnium dierum, & præceptor eius (diſcipulus inquam ille quem diligebat Ieſus) ſic habet: Apoc. primo capite raptus ſui in ſpiritu

in die Dominico. Vnde perſpicuum cuique eſt, Dominicum diem non eſſe nouum, cuius vſum deprehendimus vetuſtiſſimum, quoniam & Paulus Apoſtolus Dominicum diem noſtrum pro feſtiuitate noſtra commemorat, etiam obſeruatum per omnes Eccleſias, inquiens 1. Corinth. vlt. Nam de collectis quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui Galatiæ, ita & vos facite per vnam ſabbathi. Quem locum interpretatur B. Ambroſius, vna ſabbathi, dies Dominica eſt, ſicut Euangelia dicunt Dominum vna Sabbathi reſurrexiſſe.

Item Diuus Hieronymus eo loci, vna Sabbathi dies Dominicus eſt: Tertullian. de Coron. milit. die Dominico ieiunium nefas eſſe ducimus, & de geniculis adorare. Inſuper Diuus Auguſtinus in ſermone de pluribus martyribus. Solemnitates Martyrum exhortationes martyriorum ſunt, vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat: quando enim audimus conſtantiam, pietatem, miſericordiam, & id genus reliqua, eiuſdem feſtum celebramus, hoc ideo fit vt & nos ad martyrium, fidei conſtantiam ac cæteras virtutes *Tertull.*

animemur atque excitemur, ſicque eum imitari non pigeat: ob id enim feſtiuis diebus conciones huiuſmodi habentur, quibus declaratur, quantum Epiſcopi ſtuduerint imitari Chriſtum, & quam conformes vixerint Euangelio.

Inſuper nedum Martyres, & Dominicam diem celebrat Eccleſia. Tertull. de Corona militis. Panis & calicis etiam noſtri aliquid decuti in terram nefas eſſe ducimus, & de geniculis adorare: oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus.

Dies Dominicus non eſt à Chriſto inſtitutus, ab Eccleſia ordinatus ſeruandus eſt.

Dies feſtos iuxta præceptum diuinum in omni puritate, & deuotione mentis celebremus exemplo Chriſti, Mariæ, & Ioſeph, qui fuerunt omni puritate, & innocentia præclari. Tales enim debent eſſe Chriſtiani in feſtiuitatibus ſine labe mortali: alias enim totum erit odibile, quicquid ab eis fuerit in peccato mortali tunc factũ. Vnde multis cõminatur

Malach. 2. Dominus illud Malach. 2. *Diſpergã ſuper vultũ veſtrũ ſterc⁹ ſolemnitatũ veſtrarũ. Vt* Iſai. 1. *Solẽnitates veſtras odiuit anima mea.* Tren. 1. Viderũt eã hoſtes, & deriſerunt

ſabbatha ſua. Amos. 5. odi & proieci feſtiuitates veſtras, dicit Dominus.

Ecce quomodo Deus vocat tales ſolemnitates ſtercora & abominationes: tribus autem peccatis ſolemnitates noſtræ vitiantur & polluuntur. Primo per ineptam lætitiam, de qua dicit Auguſtinus libro de 10. Chordis: melius aliquis faceret in agro ſuo vtile, quam ſi in Theatro otioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum die Sabbathi lanam facerent quam in feſtis turpiter ſaltarent, de Cõſecrat. Diſt. 1. Cap qui die: Qui die Dominico prætermiſſo diuino officio ad ſpectacula vadit, excommunicetur: Hieronym. in Epiſt. ad Euſtochium.

Valde abſurdum eſt nimia ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcimus Deo placuiſſe ieiunijs in feſtis: vanitate ducti homines & mulieres magis ornantur exterius, & mutuo ad cõcupiſcentiam accenduntur. Dyna filia Iacob cum egreſſa eſſet vt videret mulieres regionis illius, à Sichem filio Emor Enei principis terræ Sichimitarum corrupta eſt, Gen. 34. *Abuſui.* *Sichem.*

Dicit autem ibidem Magiſter in hiſtoria Eccleſiaſtica & ſcholaſtica, ci-

tans Ioſephum, quod tunc erat ſolemnitas Sichimitis, in qua Dyna ſola tranſiuit ad vrbem emptura ornamenta prouincialium mulierum. Ecce propter ornamenta ſuperbiæ Dyna in feſto perdidit caſtitatem. Contra iſta tria, tot & aduerſa requiruntur neceſſaria ad deuote feſtiuandum.

Occupatio ſalutaris. Occupatio circa licita ſalutaria & diuina; vnde ſi deſinas ab omnibus ſecularibus, & nihil mundanum geras, ſed ſpiritualibus operibus vaces; hæc eſt obſeruatio ſabbathi Chriſtiani, inquit Origenes ſuper Exodũ, Homil. 69. ſecũdum eſt corporis afflictio: *Leuit. 23.* Leuit. 23. Affligetis animas veſtras in eo: & iterum. Omnis anima quę nõ fuerit afflicta die hoc, peribit de populo meo.

Inſtitutio feſti. Feſtum poteſt princeps & ciuitas indicere, ſed ſine obligatione Miſſam audiendi. Feſtum ab Epiſcopo indictum non obligat, ſi populus ex cauſa rationabili non acceptat: quod ſi receptum eſt, debent ſeruare etiam religioſi exempti, non poteſt autem ipſe indicere ſine cleri aut capituli conſenſu. Ad feſta maiorum voto aut iuramento recepta, tenetur quidem populus, ſed nõ ſub obli-

gatione voti aut iuramenti; eſt enim hęc perſonalis. Nō poteſt Epiſcopus prohibere, alioqui in feſto licita cauſa neceſſitatis, aut pietatis: quod ſi ſub excōmunicatione prohibeat, nulla eſt cẽſura. In feſto licet docere, piſcari, moderate, aut certum genus piſciũ, quod certis tantum diebus aduenit, venari etiã lucri cauſa, & ſecundũ quoſdam libros ob lucrum deſcribere, vel pingere aliquid: ſed alij negant, forte probabilius. Licet quidem exemplum aliquod, vt vulgo dicitur, delineare, *des exemples.* *Exemples.*

Excuſat à feſti obſeruatione metus iuſtus, neceſſitas, pietas, vtilitas publica, vitatio damni corporis vel animę, itaq; excuſantur puellæ ad vitandum otium, diſpenſatio Epiſcopi, vel Parochi, vbi is ſolet diſpenſare. Excuſat vxorem viri, & filium patris, & ſeruum vel famulum, domini coactio. Audita Miſſa poteſt quis ad locum vbi non eſt feſtum ire, cauſa laborandi, ex loco vbi feſtum eſt.

Conſuetudo. Circa feſti principium & finem ſeruanda recepta conſuetudo, vbi autem à veſpere incipit excuſantur. Dies Dominicus non eſt à Chriſto inſtitutus, ab Eccleſia ordinatus ſeruandus eſt.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui veniſti legem implere, non ſoluere, tu Sabbatha Paſchæ, Pentecoſtes, Scenophegiæ, & Encæniorum, ne ſcandalo eſſes, ſine obligatione pijſſime coluiſti ac celebraſti, infunde in nobis ſpiritum deuotionis, vt die Dominico & feſtis Euãgelicis à ſeruilibus operibus vacantes, ſanctis exercitijs occupati, ad feſta ventura in cælo perueniamus. Amen.

Digitized by Google

FERIA QVINTA POST DOMINICAM PASSIONIS.

Magdalena fuit peccatrix, ſed non meretrix.

EXemplar nobis veræ pœnitentis ob oculos hic ponitur in peccatrice Euangelica, omnibus modis exſibilanda, *Exemplar pœnitẽtis.* ſi Phariſæo credimus; ſin vero Chriſto, vt par eſt, nemo ea magis idoneus ad Euangelium, cuius pœnitentiæ actio docet pœnitentiam ex fide, & dilectione Dei proficiſcentem, cauſam eſſe qua iuſtificemur à Deo: nam qui curari appetunt, nihil erubeſcunt chirurgis & medicis vulnus pandere: non eos pudor retrahit, quin etiã omnes corporis partes, ſi op⁹ ſit, aperiãt: ſic & qui à peccatis mundari deſiderant, nihil homines metuant oportet. Adeone exiſtimatio ho-

minum & Dei conſcientia comparantur? an melius eſt damnatum latere quã palam abſolui? malo enim ad miſeriam peruenitur, ſed vbi pœnitendum eſt, deſinit miſerum, quia factum eſt ſalutare. Proinde peccatrix pœnitens nihil verita, audacter domum Phariſęi ingreſſa, pœnitentiæ fructus edidit, & hinc ſalutis vię eſt reſtituta.

Aue Maria.

QVamuis opera diuinę miſericordiæ fuerint multum mirabilia, in tantum quod magnitudinem eius potentiæ, quæ potenter de nihilo cuncta produxit, homo non ſufficiat cognoſcere ad plenum Pſal. 138. Terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua domine: licet etiam opera diuinæ ſapientiæ ſint mirifica (omnia enim in ſapientia fecit) tamen id homines non penetrant Rom. 11. *ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

Non minus tamen mirabilis eſt Deus

in bonitate ſua, quam peccatoribus hominibus tempore gratiæ oſtendit, & exhibet abundanter: vnde licet ſuauis ſit Dominus vniuerſis, & miſerationes ſuper omnia opera eius, nullibi tamen melius relucet eius pietatis & miſericordiæ multitudo & magnitudo, quam in conuerſione peccatoris.

Magna ſiquidem miſericordia Dei apparet in hoc, quod de filijs diaboli fecit filios Dei, de filijs tenebrarum filios lucis. Iam non in perpetuum iraſcetur, nec in perpetuum comminabitur, ſi tamen iratus fuerit miſericordiæ recordabitur, facile flectitur ad miſericordiam, nec enim holocauſta pro peccato poſtulat aut victimas, ſed ſpiritum contribulatum contriti cordis atque humiliati.

Iam clamat toti mundo, miſericordiam volo, & non ſacrificium, cogitat pacem & non afflictionem. Iſta conſiderans Magdalena peccatrix, ſed non meretrix, prouoluta ad Chriſti pedes gratiam inuenit: *Et Ecce mulier quæ erat in Ciuitate peccatrix, vt cognouit quia Ieſus recubuit, inclinata ad pedes* Chriſti, *oſculatur, flet, lauat, vngit, capillis tergit.* Luc. 7. *Magdalena* *Luc. 7.*

Si conſideremus Beatę Mariæ Magdalenæ ſtatūm culpabilem vitijs deformatum, in quo auerſa à Deo ſeruiuit ſeculo, vere de ea dici poteſt cum ſtupore mirabili. Ecce mulier. Eſt autem muliebris ſexus naturaliter fragilis, & facile à dæmone decipitur. Gen. 3. Cum Domin⁹ ſciſcitaretur ab Eua cur peccaſſet: Reſpondit, ſerpens decepit me, & propter hoc Apoſtolus dicit quod mulier ſeducta eſt & non vir, ideo inanis ac ſeducibilis dicitur eſſe fœmina, vel mulier à mollitie reſiſtentiæ: in iſto ſexu vix fortis comperitur. Prouerb. vlt. *Mulierem fortem quis inueniet?* Ex quo patet quod mulier natura fragilis eſt ad reſiſtendum paſſionibus & concupiſcentijs: Maria igitur Magdalena, quia mulier, ad peccandum prona.

Sunt autem quatuor rationes & cauſæ propter quas expoſita fuit ad peccandum. Primo Pulchritudo corporis. 2. Diuitiæ. 3. Securitas libertatis, quia fuit Domina. 4. Vanitas mentis.

Prima igitur cauſa inclinans ad peccandum fuit ſpecies, forma, pulchritudo, Prouerb. vlt. fallax gratia & vana eſt pulchritudo, omnis gloria eius quaſi

flos

flos fœni: Iſai. 40. *Propter quod ſapiens confert mulierem cum ſcropha habente annulum aureum in naribus ſuis, quę toties fœdat quoties intingit in lutum fœtidum, non attenta pretioſitate fulgoris eius.* Prou. 11. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua.*

Quando pulchra eſt mulier & ſapiens, non eſt periculum, quia ſeruat ſapienter ſicut patet de Iudith & Heſter, quæ licet formoſæ eſſent, non tamen abutebantur pulchritudine. Similiter quando eſt mulier turpis & fatua, non eſt periculum, nam quia eſt pulchra ideo ſollicitatur à multis, quia eſt inſana neſcit ſe cuſtodire. Propter quod tali pulchritudini fatuæ maledicit Iob. 5. *Vidi ſtultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius.* *Iob. 5.*

Ex quibus patet quod ſpecies multum perniculoſa & damnoſa. Primo eſt periculoſa, quia eſt bonum defectiuum, infectiuum, deceptiuum. Eſt inquam bonum defectiuum, continuę fugit, perditur & minuitur: Boetius de *Boetius,* conſolatione. lib. 3. proſa 8. formæ nitor rapidus eſt, & vernalium florum mutabilitate fugacior, quia multis nimio

corporis bono, dum ſciatis quæcumque miramini triduanæ febris igniculo poſſe diſſolui.

2. Modo pulchritudo eſt bonum infectiuum, raro enim coniunguntur pulchritudo & prudentia. Tria ſunt ſeminum genera quæ in electo iuuentutis agro abſque concomitantibus zizanijs rariſſime concreſcunt: elegantia pulchritudinis, vigor fortitudinis, ſuauitas vocis. Pulchritudo in iuuene eſt prædo caſtitatis, fortitudo audaciam ingerit, audacia ad iniurias cōmittendas impellit: At vero qui vocis amœnitate præeminent, laſciua modeſtis, ludicra ſerijs, & iocoſa maturis anteponunt. Difficile inuenitur aliquis lenis vocis, & grauis vitæ: quantum vocis lenitas gaudium & iubilum, tantum vitæ grauitas planctum deſiderat: vidi infinitos tam viros quam fœminas tanto vitæ peioris, quanto vitæ melioris. Eſt ergo bonum infectiuum, quia eſt magni mali occaſio. Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam, propter ſpeciē enim mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.*

3. Pulchritudo corporea eſt bonum

deceptiuum, quia erigit hominem in ſuperbiam aliquoties, & ſic forma carnis perdit gratiam mentis: in cuius figura legimus Math. 24. quod Herodes in conuiuio ſuo celebrans diem natalis ſui occidit Ioannem Baptiſtam: Herodes interpretatur glorians in pellibus, & ſignat homines de pulchritudine cutis gloriantes, quæ tota eſt in pellibus in ſuperficie, & nō intus: Boetius de Conſol. ſi igitur lynceis oculis vterentur, vt viſus eorũ quæq. obſtacula penetraret, nonnę introſpectis viſceribus illud Alcibiadis corpus ſuperficie pulcherrimũ turpiſſimum videretur? Ergo te pulchrũ videri non tua natura, ſed oculorũ ſpectantium reddit infirmitas: Hoc ergo glorians in cutis ſuæ pulchritudine celebrat ſuum natalem diem, dũ fruſtra ſe cōmēdat de inani & labili bono, quod non operando, ſed naſcendo recepit: & iſtud ſtatim interimit Ioannē Baptiſtã gratiam ob vanam gloriam.

Dan. 13. ſpecies decepit te. Ex hoc patet quod ſi quis delectatur in pulchritudine creaturę ſiſtens in ea, vt in fine, non referens huiuſmodi delectationē, nec ordinãs in Deum, peccat mortaliter. Patet, Daniel. 13.

quia vt ſic delectando in creatura tādē auertitur à creatore, & per conſequens quodammodo videtur ſibi conſtituere Deū alienum, ſeu idolū, & per conſequēs eſt idolotita. Fornicatores delectātes ſe in ſpecie, & ornatu mulierū appellat idololatras Robertus Holcoth in Sap. 14. initiū fornicationis eſt exquiſitio idolorū, licet creaturę factę ſint pręcipue ad honorē Dei & ad profectū hominū, tamen auerſione conuertuntur in odiū Dei, vt Deus propter illas odio habeatur, & homines decipiantur & perdantur. Sap. 14. Creaturæ Dei in odiū factæ ſunt, & in tētationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.

Ex his concludo quod damnoſū eſt in pulchritudine delectari tam propria quā aliena: Ouidius Metamorph. 3. Narciſſus puer fuit tantæ ſpeciei, quod ab ortu hominibus charus; parentes conſulunt Metomoſcopum pro eius vita futura, & horoſcopo: qui reſpondit: Diu viuet ſi ſeipſum non nouerit: adultus captus pulchritudine ſua, ſitis ſedandę gratia fōtē adijt, in quo ſe inſpiciēs, dormit, & intra aquam mergitur dum imaginem ſuam amplexari incautę vult:

Narciſſus.

ecce damnum irrecuperabile.

2. De pulchritudine aliena eſt damnoſum delectari, ſicut patet de duobus ſenioribus iudicibus, qui rapti pulchritudine Suſannæ eam concupierunt, ob quod fuere lapidibus obruti: Dan. 13. Holophernes delectatus ſandalijs Iudith occiditur. Iudith. 16. Dauid captus ſpecie Berſabeæ grauiſſime lapſus eſt, cum adulterio homicidium commiſit. 2. Reg. 11. Hier. epiſt. 118. illæ oculos Chriſtianos ſcandaliſant potius, quę purpuriſſo, & quibuſdam fucis ora, oculoſq. depingunt: quarum facies Ægyptiæ nimio candore deformes idola mentiuntur, quas nec numer⁹ annorũ poteſt docere quod vetulæ ſint, quæ capillis alienis verticem ſtruunt, & præteritam iuuentutem in rugis anilibus produnt. Erubeſcat mulier Chriſtiana ſi naturam cogit in decorem, ſi carnis curam facit in concupiſcentijs. *2. Reg. 11. Hieron.*

Item in epiſt. 98. quid facit in facie Chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa? ignis iuuenum, fomenta libidinum: impudicæ mentis indicia, ornatus iſte non Diei eſt velamen, ſed Antichriſti. Chryſoſt. ſuper Math. Homil. 30. Adijcere ali-

quid imagini Regiæ eſt piaculum, Deum offendit, ſobrietatē ſuffodit, zelotypiæ flāmam accendit, zelatur meretricātes. Ambr. Examcron Homil. 9. Pictus es ô homo, noli delere bonā picturā, noli tollere picturā Dei, & aſſumere meretricis; illa pictura vitij eſt, non decoris, fraudis non ſimplicitatis, fallit, decipit, vt nec ei placeas, cui placere deſideras: qui intelligit non tuum, & alienum eſſe quo placeas, & tuo diſplices authori, qui videt opus ſuum eſſe deletum; & ponit exēplū de artifice qui videt opus ſuum adulteratū, ſic qui eliminat opus Dei graue crimen cōmittit, putās melius eſſe ab homine pingi, quam à Deo.

Tertull. Tert. de habitu muliebri: habitus fœminæ duplicē ſpeciē circumfert, cultum & ornatum: cultū dicimus, quē mundū muliebrē vocant: ornatumq. quem immundū muliebrē conuenit dici: ille in auro & argento, in gemmis, & veſtibus deputatur: iſte in cura capilli, & cutis. & earū partiū corporis quæ oculos trahunt: Alteri ambitionis crimen attendimus, alteri proſtitutionis: vt iam hinc proſpicias Dei ancilla, quid ex his diſciplinæ tuę conueniat, quæ de diuerſis in-

ſtitutis cēſearis,ſcilicet humilitatis & caſtitatis aurum & argentū, principes materiæ cultus ſecularis, adſit neceſſe eſt vnde ſunt : terra ſcilicet plane glorioſior,quoniam in maledictorū metallorū feralib⁹ officinis pœnali opere deplorata nomen terræ in igne reliquit, atq. exinde de tormentis in ornamenta, de ſupplicijs in delitias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur, ſed & ferri &æris,& aliarū viliſſimarū materiarū par conditio eſt, & terreni generis, & metallici operis, quo nihilo generoſior iudicari poſſit, & argenti ſubſtantia penes naturam.Quod ſi de qualitate viſus gloria eſt,auro,& argēto, atq; magis ferro, & æri,quorum diſpoſita eſt vtenſilitas, vt & proprias operas plures, & neceſſariores exhibeant rebus humanis. Lapidibus vos ornatis,lapidibus domus ædificantur: hi cum auro lenocinium mutum præſtant.

Diligenter ergo admonendæ ſunt mulieres vt à talibus caueant: vnde narrat Domin⁹ Pariſiēſis in tractatu de vniuerſo mundo:mulier quæ ſtingendis&ornādis crinib⁹ dū viueret intēdebat, quod poſt mortē apparuit quidā pectinās crines o-

rãs & dicẽs, quod iſta pectinatio erat ſibi tolerabilis cruciatus, qua pectinis pondere, & immenſitate grauabatur, ac deprimebatur: qua apparitione Deus declarabat eſſe pericula in pectinatione & ornatu.

Secunda occaſio peccati in muliere, quæ fuit etiam in Magdalena diuitijs abundans: habuit caſtra, oppida, & villas plurimas vnde voluptatibus & delitiis dedita, peccatorum fomenta. Pſal. prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Hugo de S. Victore, qui carnem ſuam indiſcrete affligit, ſe ipſum occidit, qui vero immoderate nutrit, hoſtem fouet: ſic ergo nutrienda eſt caro, vt ſeruiat Deo, ſic domanda ne ſuperbiat.

Tertia occaſio peccati quę fuit in Magdalena fuit libertas, qua nullum timebat. 1. Petr. 2. Abſtinete à carnalibus deſiderijs. Eccl. 26. In filia non aduertente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur ſe.

Quarta occaſio peccati in Magdalena fuit vanitas, quia laboribus otioſa: Eccle. 33, multa mala docuit otioſitas. Iſidorus, otio deditos cito luxuria ſurripit, vacantem cito præoccupat carnis libido, vrit quem otioſum inuenit.

Peccatrix Magdalena Dei impulſu conuerſa eſt. Conſideremus Mariæ Magdalenę ſtatum laudabilem, virtutibus ornatum, in quo auerſa à ſeculo pœnituit. Sap. 3. Mulieres eorum inſenſatæ: iſta tamen ſapientiſſime ſtatum culpę in ſtatum pœnitentiæ commutauit: ideo dici valet quoddam miraculum inter mulieres conuerſas. Non eſt mirum ſi mulieres ſint ſapientes ad malum, mirabilius eſt quod bonis exerceantur, nam cum ſint ductiles, mobiles, fragiles, difficilius in via virtutis ſtant.

Conuertitur Magdalena à Domino: factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Iuit itaque mulier prompta ad veniam impetrandam, ſagaciter incœpit & deſijt cognito Chriſto peccatorum acceptatore, culparum indultore, gratiæ collatore, mox ad eum cucurrit, non procraſtinauit, non diſtulit: contra noſtros reos qui quotidie habentes ad manum ſacerdotes, & Confeſſores, & eos videntes in Eccleſia quaſi ſingulis horis non eunt confiteri, ſed differũt vſque ad quadrageſimam Eccleſ. 17. *Ne ſteteris in errore impiorum.* Eccleſ. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne diffe-

ras de die in diem, quia vulnus quod nō ſtatim curatur fit inſanabile. Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non deletur mox ſuo pondere in aliud trahit.

Greg.

2. Sapienter negotium ſuum continuauit, quia attulit alabaſtrum vnguenti, noluit apparere in conſpectu Domini vacua, ideo cum vnguento venit, quod forſan ad proprium corpus vngendum confecerat, in ſignū pietatis & deuotionis quam habuit ad Chriſtum: ſtetit retro, acceſſit ad pedes Chriſti, flet & lachrymis pedes Saluatoris rigatos oſculatos, tergit crine & vnguento exotico vngit: adfert alabaſtrum vnguenti: Alabaſtrum, ait Beda Lib. 3. in Luc. genus eſt marmoris candidi, varijs coloribus intertincti, quod ad vaſa vnguentaria cauare ſolent, eo quod optime ſeruare incorrupta dicatur.

Beda.

Proinde cum vaſa huiuſmodi adeo pretioſa extiterint, non dubium eſt pretioſiſſimum fuiſſe. Vnguentum videtur ergo hoc attuliſſe, vt feſſum Chriſtum releuaret: potuit enim eum Concionatorem, aut ægros curantem audijſſe, quibus faciundis cum multum

laboris ſuſtinuiſſe videretur pro more, tanquam feſſo hoc illi refrigerium adfert: mos enim erat Palæſtinis feſſos hoc ſolatio excipere, aut munus hoc nimirum attulit, vt placaret eum quem in ſe ob ſua ſcelera iratum credebat: Prouerb. 18. Donum enim hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit.

Prouerb. 21. Munus abſconditum extinguit iras: aut illud vnguentum adfert (inquit Beda) vt quod illicitis actibus prius intenta, ſibi pro odore ſuę carnis turpiter adhibuit, hoc iam Deo laudabiliter offerat; olim quippe mulieres vnguentis vti ſolebant, ſic Heſter, Iudith, Iezabel, Suſanna, vt habetur Daniel. 13. Et quia in his iſta abuſa fuerat, ideo in pium vſum refert. *Prouerb. 21.*

Porro ſapientia huius mulieris proditur, vt obſeruat Chryſoſtom. vt quæ non pro infirmitate corporis, ſicut Hæmorrhoiſſa Luc. 8. & Math. 9. & Cananea Math. 15 ſed pro infirmitate ſpirituali acceſſit ad Ieſum. Hodie permulti plus curant de medicina corporis quam animæ, & curioſius curant cibos corporis in conuiuijs, quã cibos ſpiritus in altari.

Cæterum conditiones verę pœnitentiæ in hac muliere duas deſcribit Euangeliſta, quarum prima declarat cordis amaritudinem: Nam, 1. ſtat retro, quo pudorem indicat: licet enim mulier iſta nihil vereretur diſcumbentes, rubeſcebat tamen Chriſto coram ſe ingerere; quomodo enim non vereatur peccator Deum? Adam peccato patrato abſcōdit ſe 1. Gen. 3. non audet Publicanus
Luc. 18. oculos in cęlum leuare: Luc 18. ſed & Manaſſes: non ſum dignus (ait) reſpicere altitudinē cæli præ multitudine iniquitatū mearū. Hier. 6. erubeſcite à vijs veſtris malis. Eccleſ. 16. *Gratia ſuper gratiā mulier ſācta & pudorata.* Quæ ergo nihil verita erat, vt cōuiuijs indulgeret & delitijs afflueret: nūc quaſi ſatisfaciēs his quibus ſcandalo fuerat, accedit & ſtat retro, &c. adeo ſibi Chriſtum opponit in aduerſarios ſuos qui eam tueatur.

2. Additur ſecus, quo eius confidentia oſtenditur; ſecus vtique quod iam magna cum fiducia Ieſu Chriſto appropinquaret: Pſal. 33. accedite ad eum, & illuminamini; accedamus ad eum in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſciētia mala, & abluti corpus aqua munda: nā

Chriſtus qui mortuus eſt & reſurrexit, & qui etiam interpellat pro nobis.

3. Stat ſecus pedes, quo timor mulieris exprimitur, vt quæ ſacrũ domini verticem tangere aut vngere non auſa eſt: ſicut & tandem fecit in Bethania ſuſcitato Lazaro, ſed pedibus ſe aduoluit; ſic Ruth. 3. ad pedes Boos aduoluta gratiã inuenit; non audet iſta ſe vultui Saluatoris offerre, imo ſe eius aſpectu indignam iudicat. Hierem. 31. confuſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui opprobriũ adoleſcentiæ meæ. Retro igitur ſtat, & ad pedes ſe humiliat, Deut. 23. qui appropinquant pedibus eius recipient doctrinam eius. Abachuc. 3. *egreditur diabolus ante pedes eius*: Imo ſeptem dæmonia de ea ante pedes domini egreſſa ſunt. 4. lachrymis pedes Chriſti rigat: quo dolorem eius exprimit oculis terrena concupierat (inquit Gregorius) ſed hos iam per pœnitentiã cõterens flebat. Proinde cogitãti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet quam aliud dicere: Cuius enim vel ſaxeum pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitentię non emolliant? quę oculis ſuis hinc & inde vagantibus ani-

Ruth. 3.
Abachuc. 3

mas deprædata fuerat, quæ omnia vana cōcupiſcebat: quæ claro ſupercilio ambulabat, nunc quas his laſciujs polluiſſet eluit: in pedes Ieſu Chriſti defigit; prius ſtabat ſed adeo abundanter fleuit, vt ſtatim pedibus quos irrigabat, aduoluta, eos amplexari coacta ſit.

Præſentia diuini ſolis cor eius calefaciebat amore: Et quia glacies prius fuerat ſoluebatur in lachrymas Eccleſ. 3. ſicut in ſereno glacies ſoluetur, perſtabitque Auſter adducens pluuias. Pſal. 147. flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.

P. Chryſologus. Petrus Chryſologus ſerm. 43. iura naturæ nunc mutantur: Cęlum enim terram irrigat, nō terra cælum: nunc vero terrena mulier eius qui è cęlis deſcendit pedes abluit. Tam copioſæ eius lachrymæ fuerūt, vt pedib⁹ Chriſti lauandis ſuffecerint: tamen adeo indurucrūt peccatores, vt ne guttulam quidem ex oculis emittāt. Audim⁹, & legimus quid iſta fecit, & quaſi ſurda temnimus aure: nihil nos iſta mouent, nil futuri iudicij timor, nil Dei optimi maximi, & Chriſti Ieſu maieſtas, quem toties offendim⁹, & ad iracundiam prouocauimus.

Exitus aquarū deduxerunt oculi mei.

Pſalm.6. lauabo per ſingulas noctes lectum meum,lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. Math.5. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.Sed vbi noſtrę lachrymę? vbi gemitus? vbi fletus? Pſal. 94. Venite adoremus & procidamus ante Deum qui fecit nos, vt ſaltem ad pedes Ieſu venire poſſimus. *Math. 5.*

Quod mulier iſta pedibus Chriſti aduoluitur, antiquiſſimum Eccleſiæ morẽ docet, quem explicat Tertulianus libro de pœnitentia. Inter cætera pœnitentis munia plærumqne pœnitentia mandat ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lachrymari & mugire, Dies noctesque ad Dominum Deum tuum perſbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari,omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere: nam cum te ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras. Altera conditio veræ Pœnitentię huius mulieris declarat dilectionis & feruoris deuotionem, nam oſculatur pedes eius: En ardentiſſimus in Chriſtum amor diuinæ Mariæ Magdalenæ, quæ peccatrix non meretrix, cor & corpus ad pedes Ieſu Chriſti proſtrauit.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte Sol iuſtitiæ, qui Magdalenam tua gratia irradians ſuſpiria à corde eius extorſiſti lachrymas eduxiſti, eamque à greſſibus vanitatis ad pedes tuos prouolutam traxiſti, præſta quæſumus vt exemplo eius diſcamus terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Amen.

Digitized by Google

FERIA SEXTA POST DOMINICAM PASSIONIS.

Nihil agitur ſine Conſilio.

POetæ dictant Cadmum ſerpentẽ Pythonem interemiſſe, cuius dentes auulſos huc, illucque ſparſit, è quibus homines armati prodiere. Dentes Caiphę ab iniuſto Conſilio capti aduerſus Saluatorem Iudæos armarunt. Pſal. Dentes eius arma & ſagittæ, & lingua eius gladius acutus: mortem Christi determinans prophetauit, ſed oraculum ſanctum dire datum non intellexit. Cadmus.

Aue Maria.

REſpublica debet ſalubribus cõſilijs dirigi, eo quod ſalus vbi multa conſilia: Prouerb. 20. Vnde rectores Reipublicæ antiquitus dicebantur Conſules à conſulendo. Aug. Ciuit. Dei lib. 5. cap. 12. ideo 1. off. cap. 22. parua ſunt arma foris, niſi conſilium ſit domi; vnde ibi ait, quod Solonis conſilium tantũ profuit ciuitati Athenienſium, quia ab eo leges habuit & inſtituta, quantum valuit victoria Themiſtoclis, quia bellum geſtum eſt conſilio Senatus, qui à Solone conſtitutus eſt.

Aug.

Seneca.

Seneca de tranquillitate animi: Non is ſolum Reipub. præeſt, qui tuetur res, & de pace belloq. cenſet, ſed iuuentutem hortatur, qui in bonorum præceptorum inopia virtutem inſtituit, qui ad peccatum luxuriãq. ruentes retrahit, & ſi moratur priuato, publicum tamen negotium agit.

Duo contraria conſilio.

Conſilio duo ſunt contraria, feſtinatio & ira. *Collegerunt Pontifices & Phariſæi Conſilium*: Ioannis 11. c. *Vim habẽt hæc* omnia. 1. quod actum eſt Conſilium. 2. quod à Pontificibus. 3. quod contra

Chriſtum.

Primum interim ex hoc loco diſcimus Pontificum eſſe Cõcilia inire, & cogere, cum id munus ſpiritale & Eccleſiaſticum concernat, vt docet Marcellinus Papa in decreto, & Ægyptiorum Epiſcopi ad Fœlicem Romanum Pontificẽ. Baſilius epiſt. 51. & Aug. epiſt. 90. Proinde generalia Concilia, inconſulto Romano Pontifice coacta non ſunt, vt ſancti illi Patres docuerunt. At Oecumenica à Romano Pontifice in bonum totius Eccleſiæ coacta à Chriſto authoritatem habent, Math. 18. Si duo vel tres conſenſerint de aliquo in nomine meo conuocati, ratum habebo. Ab Apoſtolis celebrata, vt Hieronymus Act. 15. vbi præfuit Petrus Apoſtolus, & ab Eccleſia, quoties quid reformãdum occurrit, repetita. *Baſilius.*

D. Gregorius Papa in regiſtro lib. 1. cap. 24. lib. 2. cap. 49. & lib. 3. cap. 33. Se quatuor Concilia Oecumenica, quæ ſuam ætatem præceſſerunt, venerari dicit vt quatuor Euangelia: quorum fidei ſi quis addere, vel minuere voluerit aliquid, Anathema ſit. *Gregorius.*

Leo epiſt. 78. Audiẽdi, inquit, nõ ſunt *Le-*

qui denuo de his referri volunt, de quibus decreta Conciliorum interceſſerũt. Sic Athanaſius Apol. 2. à Concilijs deſũpta, maxime vero à Concilio Nicæno non eſſe reuocanda in dubium, docet. Chalcedonenſis Synodus Act. 3. recenſet Valentiniani Imperatoris, & collegæ ipſius Marriani edictũ: quo prohibetur poſt tot ſacerdotũ ſentẽtiã opinioni ſuę aliquid tractandũ linquere. Fateor fuiſſe quædã Cõcilia, vt Seleuciæ, & Arimini, ſed inita ſubdole, non conſulto Rom. Põtifice, & hæc vtiq. Prouincialia fuerunt, non Oecumenica, quæ non eo ordine coacta ſunt, quo debuerũt, vnde nil mirũ ſi hæreſeos conuincantur. Sicut nec mirũ eſt quod Cõciliũ iſtud Põtificum mortẽ Chriſti ſtatuit, quod nec eo animi metu, nec ſubiecto, nec ordine coactum eſt quo debuit. Nam rerũ ordo mutatur dũ Conciliũ initur in Ieſũ, quod pro tuendo Ieſu congregari debuerat.

De hoc Concilio prædixerat David Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Gen. 49. Hoc prædixerat Iacob moriturus Gen. 49. hic enim dixit: In Concilium

corũ non veniat anima mea, quia in furore ſuo occiderũt virũ, ſcilicet Chriſtũ. Nã ex tribu Leui Pontifices, ex tribu Symeon Phariſæi erant. Propterea Iſai.c. 8. cũ dixiſſet, omnia quæ loquitur populus coniuratio eſt, addit: ipſe erit vobis in ſanctificationem, in lapidẽ autem offenſionis, & petram ſcandali, duabus domibus Iſrael in laqueum, & in ruinam habitantibus in Hieruſalem: nimirum per duas domos Symeon & Leui, intelligens Pontifices & Phariſæos Chriſti aduerſarios.

Idem prçcinuerat Hieremias cap. 11. Concitauerunt ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum in panem eius, i. deſt lignum crucis in carnem eius, vt Tertull. lib. contra Iudæos, & lib. 4. cõtra Marcionem docte interpretatur. *Hieremias.*

Idem conſilium diffuſe deſcribit Salomon. Sap. 2. dixerunt impij cogitantes apud ſe, non rectè, circumueniamus iuſtum (Chriſtum) quoniam inutilis eſt nobis (deregens hypocriſin & auaritiam noſtram) & contrarius eſt operibus noſtris, improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ, promittit ſe ſcientiam habere Dei, *Salomon.*

& filium Dei ſe nominat.

Typus quoque huius Concilij prælibatus eſt in Ioſeph fratribus Gen. 37. conſulentibus & deliberantibus quid de fratre agendum foret. Chryſoſt. Homil. 3. in Ioannem: cum admirari & obſtupeſcere oporteret, ipſum qui ſuſcitauerat interficere voluerant.

O amentiam! qui in alijs corporibus mortem vicerat, ei mortem inferre conitebantur. Accedit quoque ad delicti grauitatem, quod non ſimplex & rudis populus, ſed qui ſe claues ſcientiæ habere iactabant, in Chriſtum exiguntur, adeo ſcientia inflat, adeo etiam excęcauit eos ſua malitia. Qui prauum dat aliis conſilium peccat, & reprehenſibilis eſt.

Malum conſilium eſt, quo aliquis efficaci perſuaſione inducitur ad aliquid committendum, vel omittendum in proximi detrimentum: hoc modo Cayphas ac Iudæi contra Chriſtum plurima habuere conſilia: vt manifeſtum eſt ex variis ſcripturarum locis. Eadem ſiquidem actio poteſt eſſe bona & mala diuerſis reſpectibus, ſecundum Aug. lib. de prædeſt. ſanct. c. 16. & D. Thom. 3.

parte: ſic Danielis 6. Princeps & primates Regis Nabuchodonoſor regularis obſeruantiæ Danielis impatientes, læſæ Maieſtatis ipſum accuſarunt.

Ita Balaam dedit Balach conſilium, quo aſtute filios Iſrael ad luxuriam, ad idololatriam, ac eius generis alia portenta inclinaret, teſte Ambroſio lib. 2. off. cap. 17. & Gregorio lib. 5. Moral. c. 9. Nã facta meliorum aliquando deterioribus diſplicent. De his, & quotquot eſſe poſſunt alijs, prædixit Ezechiel. 21. Fili hominis, hi ſunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum: & ſanctus Dauid: *Conſilium malignantium obſedit me.* Pſal. 22. & ſuper populum tuum malignauerunt conſilium; quia vt Sapiens docet Prouerb. 12. mali ſemper mala machinantur, quorum conſilia iugiter ſunt fraudulenta. Serpẽs enim quicquid lingua contrectat inficit. Verum qui fodit foueam in eam frequenter incidit, & qui in alium mittit lapidem, velut flamine venti retortus, cũ à quo iactatus eſt, mox reuerſus percutit. *Balaam.* *Pſal. 22.*

Sic vtinã incertos manus impia dirigat ictus,
In proprium vt redeant tela retorta caput.

Nequiſſimũ conſiliũ ſuper facientẽ deuoluetur, & non cognoſcet vnde ei adueniat, laqueo peribit, qui morte iuſti oblectatur, dolor eum conſumet antequam moriatur: Heſter. 7. quod vel Mardochæo Aman patibulum ſummo ſtudio parauerat, ipſemet aſcẽdit & periit. 2. Reg. 17. Itẽ in Achitophel qui ſuſpendio funeſtã ſibi accelerauit mortẽ: Sic mortem Dan. & Suſannæ iniuſtã machinãtes, iuſtiſſimas pœnas dederũt. Iudæi quoq. propter conſiliũ quod aduerſus Dominum inierunt, diſperſi, atq; exterminati ſunt, ac tandẽ in ore gladij, omnes ferme mortui ſunt, teſtibus Aug. ſer. 204. de tẽpore. Euſebio Cæſarienſi lib. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriç, necnon Ioſepho de Iudaico bello l. 7. c. 12. *Vnde Hieremiæ 18. Domine tu ſcis omne conſiliũ eorũ aduerſum me in mortẽ, ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur.*

Heſter. 7. *2. Reg. 17.*

Hæc ſententia prioribus eiuſdẽ capitis nequaquã aduerſatur, vbi dicitur, loquetur pro eis bonũ vt auertat indignationẽ ſuam ab eis, ſecundũ D. Hier. quia poſtquã datum pœnitentiæ tẽpus præteriit, & illi in ſcelere ſuo perſeuerant, non tam pro ſe puniuntur, quã

pro alijs, ne inultum peccatum cæteris noceat exemplo. Quare haud immerito ſanctus Iob. Cap. 21. precabatur: ô Domine quia non ſunt in manu eorum bona, conſilium eorum longe fac à me: beatum ſiquidem pronuntiaſti Pſal. 1. qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra deriſorum non ſedit.

Pręmiſſum eſt autem in deſcriptione efficaci perſuaſione, ac deinde in proximi detrimentum, quo demonſtraretur mortale ſecũ adducere peccatũ, ſi cauſa finalis, ad quãſuo vafro ingenio inclicat, ſit mortalis, quia efficaciter per alium, tãquam organũ extraneũ malũ operatur. Verum ſi alius non inclinetur efficaciter ad faciendum, non tenetur quidem vt prius adhortationibus, & obſeruationibus emendando reſtituere Exod. 21. *Si* quis aperuerit ciſternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut aſinus in eam, reddet Dominus ciſternę pretium iumentorum &c.

Læthiferum tamen peccatum minime euadit, quia calicem propinauit, ſi fuiſſet qui bibere voluiſſet: nemo ſiquidem ad prauitatem vult alium inducere, ſe-

cundum Aug. Lib. contra Secundinũ, niſi prior ipſe deprauatus fuerit: ſi autem leui verborum inductione ſolicitet alium, potiſſimum ad ea quæ non ſunt ex ſui natura læthifera, venialis poteſt culpa appellari.

Conuocauit diſcipulos ſuos Saluator ſæpe, vt doceret maiores interdum conſilium habere cum minoribus: vt daret exemplũ Regibus, Comitibus, Epiſcopis, & cæteris potentibus huius ſæculi, ne deſpiciant ſubditos ſuos in conſilio ſuo: ſæpe enim reuelat Deus minoribus ſuis quod melius eſt.

Tria Conſiliorum ergo ſeruentur: 1. quærere conſilium eſt neceſſarium 2. quales debeant eſſe Conſiliarij. 3. qualia debent eſſe conſilia. Quærere conſilium eſt neceſſarium: Prouerb. 11. & 24. vbi multa conſilia, ibi multa ſalus.

Conſilia bello vtilia. Conſilia ſunt neceſſaria bello & paci, Conſiliarij non minus vtiles patriæ in conſulendo, quam milites in protegendo, & in priuatis ædibus morantes, publicum nihilominus gerunt officium. Tull. 3. de Senectute: Dantes conſilium in Republica plus agunt quam alij, nam

ſunt ſicut gubernator in naui: qui licet ſedeat quietus, tenet tamen clauum quo tota nauis gubernatur. Propter quod ſubdit, quod licet multi in Republica diſcurrant huc & illuc, & viribus ſuis multa efficiant, tamen Conſiliarij ſunt vtiliores, quia non viribus aut velocitate, aut celeritate corporis res magnæ geruntur, ſed conſilio, & authoritate, & ſententia.

De ſecundo, quales eſſe debent Conſiliarij, ſenes deſiderantur & maturi experti: in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Iob 12. vnde & Roboā qui dereliquit conſilium, ſenū & adhæſit conſilijs iuuenum, amiſit regnum. 3. Reg. 12. narrat Aug. Epiſt. 58 de Themiſtocle Philoſopho ad Dioſcorū, qui cum in quodam conuiuio reputaretur cæteris indoctior, quod cum alijs non cantaſſet. Rogatus quid ſciret cū hæc neſciret? Reſpondit: Rempublicā magnam ex parua facere, ſi eius conſilijs acquieſceret. *Quales Conſiliarij.*

Et Val. Max Lib. 6. Cap. 5. narrat de quodam qui alteri minabatur, quod haberet contra eum multos gladios, cui reſpondit, & ego multos alios: quaſi di- *Val. Max.*

ceret, tu habes gladios ferreos, & ego Conſiliarios diſcretos.

2. Conſiliarij debent eſſe probi & ſãcti. Ambroſ. 2. off. diuin. In acquirendis conſilijs plurimum requiritur vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, facilitatis gratia. Quis in cœno fontem requirat? quis ex turbida aqua potũ quæret, vbi luxuria? vbi intẽperanntia, vbi vitiorũ cõfuſio? quis nõ horrẽdũ exiſtimet? quis nõ decipiat morum cauillationes, quis vtilem cauſæ alienæ iudicet, quem videt inutilem ſuæ vitæ? præſtantior debet eſſe à quo conſilium petitur, quam ille qui petit.

Tertio Conſiliarij debent eſſe veritate præditi, veridici, vt in veritate conſulant illis quorum ſunt Conſiliarij, vt ſcilicet non ad placitum Dominorum, ſed ſecundum veritatem cõſulant, prout dicit Seneca Lib. 6. de beneficijs Cap. 23. hoc eſt cõtra adulatores in cõſilio, qui quam cito cognouerint volũtatem dominorum, conſulunt omnia ad eorum placitum, quod valde noxiũ eſt.

Xerxes.

Narrat Iuuenalis de Xerxe rege Medorum, quod cum bellum Græcis indi-

xiſſet,& quidam ex Conſiliarijs dicerent Græcos initium belli non expectare,ſed ad primam vocem & aduentus famam, terga verſuros,alius dixit Græciam non ſolum vinci, ſed obrui; alius timendum ne vrbes vacuas inuenirent; alius vix naturam rerum ſufficere: ſurgens Demarathus fidelis Conſiliarius dixit Regi: multitudo iſta exercitus tui tibi timenda eſt, verum eſt enim immodice magna nunquam poſſe regi, nil tam magnum quod perire non poſſit, quod euenit: fuit Rex iſte confuſe deuictus, teſte Trogo Pompeio, & Vegetio Lib. 5. licet habuerit quadraginta millia equitum, trecenta millia peditum, centum millia nauium, tamen omnes cum eo fuerunt in fugam conuerſi, timore aduerſariorum Val. Max. Lib. 1. Cap. 4. In eius exercitu equa peperit leporem, qui eſt fugax animal, ad connotandam futuram eius fugam cum ſuis. *Vegetius.*

Quarto debent eſſe Conſiliarij expertes & perſpicui: ideo enim præcepit Deus Moyſi Seniores ad conſilium recipere Exod.3. & Num.11. Senectus in conſilijs vtilior eſt. Romulus Centum-

uiros probos, ſenes, & expertes Senatores elegit: Athenis apud plateam Areopagum ſenes fuere conſtituti pro Reipub. vtilitate, Eccleſ. 37. ante omnem actum conſilium ſtabile.

Ideo Conſiliarij ſtabiles amore, odio, timore, nec muneribus deprauentur. Eccleſ. 32. Eccleſ. 32. *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* 37. Eccleſ. à Cōſiliario prauo conſerua animam tuam. Vnde conſilium non eſt requirendum ab illis qui diligunt bona hominis, non hominem. Eccl. 37. A zelantibus te abſconde conſilium.

Quid in conſilio vitãdum. In conſilijs ira vitanda 2. Præcipitatio: nam non omne quod differtur aufertur, ſed ſæpe maturiori conſilio perficitur: optimum exiſtimo iudicem qui cito intelligit, & tarde iudicat. 3. Vitanda eſt Eccleſ. 8. reuelatio vel publicatio conſilij: Eccleſ. 8. Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & conuicietur; conſilium abſconditum, quaſi in carcere tuo eſt: reuelatum vero te in carcere ſuo tenet ligatum: Qui conſilium in corde ſuo retinet ſui iuris eſt, nam tutius eſt tacere, quam vt taceat alium exorare: ſi tibi ip-

ſi non imperaſti vt taceres, quomodo ab alio ſilentium quæres? 4. Vitandum eſt ne ſuper conſilio petendo velle ſuũ quis prius Conſiliarijs pandat, nam adulatores ſtatim vt cognoſcũt voluntatem Domini blandiuntur, & pro arbitrio conſulunt. 5. Vitandum eſt conſilium illorum qui aliquid occulte conſulunt, quod palam nõ defenderent. Caſſiodorus: Læſionis genus eſt occulte aliquid dicere, & aliud velle monſtrare. 6. Vitandum eſt conſilium imprudentium atque ſtultorum, qui incipiunt & nunquam perficiunt. Finis conſiliorum noſtrorum debet eſſe amor Dei, & vtilitas ſalutis noſtræ.

Moyſes ſapientiſſimus audiuit conſilium Ietro qui erat eo inferior dignitate, ideo nullius conſilium ſpernatis, modo prudentia & pietate pręſtet. *Ietro.*

Plurimi in diſcrimine pręceptorum & conſiliorum falluntur: hallucinantur hæretici aſſeuerantes nullum prorſus eſſe diſcrimen inter pręcepta & conſilia, ſed vniuerſa quę nobis in ſcripturis commendantur eſſe præcepta.

Hunc errorem inducere conatus eſt Philippus Melancthõ & Ioan. Caluin⁹. Vt *Melãthon.*

autem hos clariori methodo perſtringamus, & conuincamus: operæ pretiũ fore duximus inſinuare quid nomine præcepti, quidue conſilij ſignificetur. Cui rei multum lucis adfert nobis D. Hieronym. Quod præcipitur, imperatur, quod imperatur neceſſe eſt fieri, niſi fiat pœnam habet, fruſtra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iuſſũ eſt. Vbi autem conſilium datur, operantis arbitrium ad bonum excitatur, cuius obedientia laudi ducitur, & præuaricatio culpa carere creditur. Hanc profecto diuerſitatem intueri licet in adoleſcente, qui cum interrogaret, quid faciendo regno potiretur æterno? tale reſponſum à Chriſto meruit: Si vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata mea Cũ autẽ intuliſſet iuuenis ſe ſeruaſſe mandata, dixit illi Chriſtus: *Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cælo, & veni ſequere me.* Math. 19. qua ſententia Chri-
Math 19. ſtus inſinuat; aliud eſſe neceſſarium ad perfectionem obtinendam, aliud ad vitam æternam conſequendam: nam vt quis vita fruatur æterna, præceptorum obſeruantia requiritur, ad apicem vero perfectionis,

perfectionis, propriæ poſſeſſionis abdicatio, quæ non omnibus ſaluandis neceſſaria eſt, imponitur.

Huic adſtipulatur D. Aug. lib. Enchiri. c.121. Dominus in Euangelio vt inimicos diligeremus non dedit conſiliũ, ſed preceptum: qua ſententia Caluinus prædicto loco tanquam gladio transfoditur, falſo docens, nos arbitrari conſilium eſſe, dilectionem inimicorum. Et ſubnectit Aug. Aliud eſt conſiliũ, aliud præceptũ: conſilium datur vt virginitas conſeruetur, vt à vino & carnibus abſtineatur, vt omnia diuendita pauperibus erogentur: preceptũ autẽ datur vt iuſtitia cuſtodiatur, vt omnis homo diuertat ſe à malo & faciat bonũ. Deniq. de virginitate dicitur Mat.19. qui poteſt capere capiat, de iuſtitia vero non dicitur, qui poteſt facere faciat: ſed Matt. 3. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Aug.

Conſilium libenter qui audierit, & fecerit, maiorem ſibi accumulabit gloriã: Præceptum qui non impleuerit, niſi pœnitentia ſubuenerit, in eternum peribit.

Ex quibus colligere promptum eſt

admonitionem excellentioris vitæ eſſe conſilium. Quibus conformis Chryſoſt. homil. 64. ſuper Math. In voluntate noſtra eſſe dicit, an velimus eſſe perfecti, vti Apoſtolus Petrus Act. 5. indicat Ananiæ: Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? Erat in Ananiæ poteſtate, quia nullo præcepto vendere cogebatur, ſed in libertate illius fuit vēdere & poſt venūdatum agrum, liberum ei offerre, vel non offerre ad pedes Apoſtolorum agri vēditi pretium.

Præterea plurium Eunuchorum habetur Math. 19. mentio, quorum tertium genus meretur regnum cęlorum. Sed quia hoc difficile, noluit Chriſtus legem dare, ſed conſilium ponere dicens: qui poteſt capere capiat: pręcepta obligant, & conſilia ſunt libera.

Collegere Pontifices & Phariſæi conſilium, vbi Cayphas vidēs contradictionem, audacter & incunctanter prophetans deliberauit Iudæos arguens: vos neſcitis quicquam, neque cogitatis, expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.

Oratio.

Domine Ieſu Chriſtę qui linguis Iudęorũ & Cayphę hodie in conſilio malignantiũ te iudicari permiſiſti, tu in ſanctiſſimis Eccleſiæ cœtibus ſpiritum ſanctum tuum immittis, vt rationabilia meditantes bonum Eccleſiæ, & fidelium determinent, tu in medio illorum præes: diſpone & inclina affectum noſtrum, vt conſilia praua refugientes, Eccleſiæ & piorum monita ſectemur. Amen.

Digitized by Google

SABBATHO
POST DOMINICAM PASSIONIS.

Hæreſis eſt, cãtum ab Eccleſia Dei amouere velle.

VNam duntaxat de Cantu inuenimus hæreſim, quæ irridet, deludens Eccleſiæ muſicam. Huius erroris primus author, vt opinor, fuit quidam Hilarius, de quo B. Aug. lib. II. retractationum cap. 15. mentionem facit, illiuſq. errorem prodit. Et neſcio an Hilarius iſte ex Arrianis fuerit, qui cantibus ſacris etiam detraxerunt, quia in illis audiebant Chriſti laudes, quem ipſi vehementer cupiebant deprimere: vnde Ambroſius orat. contra Auxentium de Baſilicis tradendis inuehens epiſt. lib. 5. itaq. & hodie cum laudatur Chriſtus, Arrianorum amentia ver-

Hilarius hæreticus.

beratur. Geraſeni præſentiam Chriſti ferre non poterant, iſti peiores ſuſtinere non poſſunt eius laudes. Vident pueros gloriam eius concinentes.

Aue Maria.

MVſica plærisque viſa eſt motum eſſe formatrix, & imitatrix, vt ait Ariſtoteles l. 8. Politic. cap. 5. & Plato dialogo. 6. de leg. atque muſices ſonus, etiam barbarorum animos ad virtutem incēdit, vel in mollitiem voluptatis reſoluit: tradit Macrobius in ſomnum Scipionis cap. 3. refert Galenus lib. 5. de Hippocratis & Platonis decretis, Damonem muſicum fuiſſe Tybicinæ, quę adoleſcētibus quibuſdam temulentis, & inſana quædam agentibus Phrygium canebat, vt mutaret modum in Dorium; eoque facto, illos à temerario impetu deſtitiſſe: non enim (inquit) rationalis facultatis opiniones dedocere, ac mutare cantilenis valemus, ſed affectibus obnoxia animæ pars cum ſit irrationalis, & ipſa ſane motibus quibuſdam irra-

Muſica.

Macrobius.

tionalibus, & exhortari & ſedari poteſt: ſta enim natura comparatum eſt, vt irrationale ab irrationalib', rationale à ſciẽtia & iuſtitia vtilitatem & detrimentum adipiſcantur.

Terpander. Terpander quoque ſeditionem muſica ſopiuit, Thales Cretenſem peſtem ſuſtulit. Plut. in muſic. vt Phœbus per eandem, peſtem à Græcis diuertit apud homerum. Iliados 1. Mergus Phalangij ſolummodo inſtrumenti ſono ſanatur, teſte Amarato Luſitano lib. 2. in Dioſcorum ca. 50. Aganiemnon Cytharœdum *Agaménon* cuſtodem pudicitiæ canentem laudes probarum mulierum Clytemneſtræ vxori reliquit, nec prius ab Ægiſto decepta quã Cytharœdus occiſus. Athen. l. Dyn. c. 7. Strabo lib. 1.

Saul leuius ſe habebat à ſpiritu maligno quo arripiebatur, dũ Dauid cytharam pulſaret. 1. Reg. 16. mouit pſaltes ſpiritum propheticum Heliſæo 4. Reg. 3.

Pueri Hebræorum obuiabant Chriſto & clamabant, benedictus qui venit in nomine Domini. Ioan. 12. Pueri cantant, & ſcribæ cum Phariſæis tacent: vident pueros gloriam Chriſti concinentes, quia ſcriptum eſt Pſal. 8. *Ex ore infantium & la-*

ctentium perfeciſti laudem. Irrident iſtam ætatulam fidei plenam, cum dicunt ecce quid clamant ? ſed reſpondet ijs Chriſtus: Si hi tacuerint lapides clamabunt, hoc eſt fortiores clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & ſenes.

Ex quibus verbis patet Arrianos detrahere laudibus Chriſti in Eccleſia decantatis. Tamen (vt exiſtimo) non ideo detrahebant, quia cantabãtur laudes, ſed quia laudabatur Chriſtus vltra illorum opinionem, quia credebant Chriſtum eſſe puram creaturam, quare inuidebant laudibus quibus Chriſtus extollebatur, vt verus Deus.

Quas laudes moleſte tuliſſent, etiam ſi ſubmiſſa voce, & non cum cantu dicerentur, Hilarius tamen ſimpliciter cantibus detrahebat. Spartani dimicaturi, ad pugnam anapæſti pedis modulo ſe incitabant: Val. Max. l. 2. cap. 1. & de fiſtularũ pręclaro vſu apud Lacedęmones narrat. Aul. Gel. noct. Attic. 1. Cic. in Leg. olim pueros leges cantaſſe ait. *Anapæſtus*

Ruſtici etiam nunc & artifices canendo laboris releuant tædium, infantes vagire ad nutricum cantus deſinunt, & ob- *Ruſtici.*

dormiunt:& placet feris muſica, muliq; tintinnabulorum ſonitu ſuis collis ſuſpenſorum ſarcinas leuius ferunt.

Equi in prælijs tubis concitantur; Ceruus apud Horum Apollinem muſica delectatur,& turtur. Delphino quoque idem tribuit Plin. lib.9. cap. 8. Cantatione& muſica& ſaltatione naturæ velut voluptate educta prope naſſam capitur Paſtinaca piſcis, authore Æliano lib.1. de nat. Animal. Apollinem muſices & Cytharæ inuentorem fingunt Poëtæ.

S. Franc. In chronicis D. Franciſci legimus ſanctum Patrem febribus æſtuantem ſocium rogaſſe,vt teſtudine vel lyra ludẽs etiã caneret canticũ:Abſit à me,inquit, Pater,vt in memoriam vanitatem reuocem: Angelus hoc ſuppleuit, qui pulſauit & cecinit:

Diſce hinc quæ cæli ſint gaudia , corpore morbum
Pellit, cæleſti pectine pulſa chelis.

Error in cantum. Errorem in cantum & muſicam ſuſcitarunt Vvaldenſes,qui dixerunt fruſtra tempus teri in cantibus Eccleſiaſticis : Hos poſtmodum ſecutus eſt Ioannes Vviclef Anglicus , qui adeo cantibus Eccleſiaſticis detraxit,

vt cantantes in Eccleſia vocauerit Sacerdotes Baal, quibus cum clamore orantibus Helias Propheta dixit.3.Reg. 8. clamate voce maiore: Deus enim veſter forſitan cum alio loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Quapropter dicit Ioannes Vuiclef eos qui in Eccleſia canunt eſſe Sacerdotes Baal, quoniam ſic clamant, ac ſi Deus dormiens eos non audiret, & eorum vocibus eſſet excitandus. *3. Reg. 8.*

Vt autem hunc errorem clarius conuincamus, admonere prius oportet duplicem eſſe orationem quę coram Deo fit. Vnam priuatam, quæ à ſingulari perſona fit: Aliam publicam, quæ ab hominum conuentu in vnum congregato fit. *Duplex Oratio.*

Primam orationem expedit magis eſſe cum ſilentio, quam cum clamore, quia ſic cū clamore orans impedit aliū, ne ita quiete apud ſe orare poſſit, quia ſuis vocibus alterius ſenſum ad ſuos ſermones rapit.

Deinde ſic publice cum clamore orans ſuas ſecretas petitiones, quas forte non expediebat alium ſcire, in auribus bonorum & malorum audiendas

committit, & ita contigit vt ab hominibus quibus ſua ſecreta reuelauit, derideatur. Et propter hoc laudatur Anna Mater Samuelis 1. Reg. 1. de qua o-
1. Reg. 1.
rante Dominum pro impetrando filio dicitur. Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tãtumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. De hac oratione intelligendum eſt id quod Paulus 1. Cor. 14. ait: ſi autem non fuerit interpres taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur & Deo: ſi tamen quis ex impatienti quodã ac feruenti deſiderio clamauerit orans etiã priuate, in loco tamen vbi alios non perturbet, & ſui cordis ſecreta non prodiderit ſic orans, nec crediderit Deum magis audire cũ fortius clamatur, quam cum ſubmiſſe, iſte ſic orans cum clamore non male agit; imo bene, ſi forte ad id intendit, vt altrius oratione audita excitetur ad Deum laudandum.

Pſal. 19.
Vnde Pſal. 19. *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Ne autem ſubterfugiant Hæretici dicentes illud debere intelligi de clamore cordis, & non de clamore oris. Adferamus in medium Chriſtum Saluatorem noſtrum,

cuius operibus nullus niſi impius detrahere poteſt, is enim, vt ait Ioan. 11. Lazarum ſuſcitaturus eleuatis ſurſum oculis dixit: *Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me: ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circumſtat dixi vt credant, quia tu me miſiſti: hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foras.* Ecce hic videtis Ieſum voce magna clamantem, qui tamen ſubmiſſa voce poterat audiri, imo qui ſine vlla voce poterat ſuſcitare.

Et vt fortius noſtra ſententia confirmetur, videte quid Matthæus dicat. 27. cap. & circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens: Heli Heli Lamababathani: hoc eſt, Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquiſti? Demum vt hominem tribus teſtibus conuincamus, adferamus Paulum ad Hebræos. 5. *Hebra.* qui de chriſto loquens ſic ait: qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad illum qui poſſet eum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt, pro reuerentia ſua.

Quid ergo dices impie Vuiclef ad iſta tam clara teſtimonia, quę tibi obijciū-

tur? ſed forte vereor, ne audeas etiam Chriſtum criminari, qui non dubitaſti ſponſam eius Eccleſiam, & contemnere & accuſare. Alia eſt oratio publica, in qua non tantum conſulitur propriæ cuiuſlibet orationis vtilitati, ſed cōmunibus commodis proſpicitur, & in hac oratione expedit orare alte, vt orantes inuicem audiantur, & ſe inuicem audientes de Dei laude ſancta, quadam ęmulatione contendant: duo namque Seraphin clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabahot, plena eſt omnis terra gloria eius. Ad quorum ſimilitudinem duo chori in Eccleſia fiunt, qui per vices alternas cantant, & tanquam duo Seraphin alter ad alterum clamant.

Seraphin.

Expedit etiam orationem clamoroſam in communi fieri, vt alij hoc audientes excitentur ad Dei laudem; vnde Dominus apud Math. 5. luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt: & de oratione ipſa & laude ait Dauid. Pſal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo: in* Domino *lauda. bitur anima mea, audiant manſueti & le-*

tentur, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.

Ecce ergo cui rei deſeruit illa publica & alta laudum decantatio. Vnde Rabanus in libro de inſtitutis clericorum Cap. 17. ait: Pſalterium idcirco cum melodia cantilenarum ſuauium ab Eccleſia frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Perfecta autem vox eſt alta, clara, ſuauis; alta vt ſufficiat; clara vt aures adimpleat, ſuauis vt animos audientium ſuauiter demulceat: ſi autem aliquid ex his defuerit, perfecta vox non erit. Eandem ſententiam confirmat Beatus Iſidorus *Iſidorus.* Lib. 1. de officijs Cap. 6. dicens: Itaque & in hymnis & Pſalmis canendis non ſolum Prophetarum, ſed etiam ipſius Domini & Apoſtolorum habemus exemplum, & præcepta de hac re vtilia ad mouendum pie animum, & inflãmandũm diuinæ dilectionis affectum: ſi quis vero adeo pertinax & male induratus eſt, vt non erubeſcat negare cantus ipſos, ſi recte, vt decet formentur, mentes audientium poſſe mouere ad deuotionem ſpiritus: hunc talem conuincit Auguſtini teſtimonium, qui Li- *Aug.*

bro 9. ſuarum confeſſionum cap. 6. & 7. ſic ait: quantum fleui in hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cũ eis. Non longe cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc cõſolationis & exhortationis celebrare, magni ſtudio fratrũ cõcinentiũ vocibus & cordibus: nimirũ annus erat, aut nõ multo amplius, cum Iuſtina Valentiniani Regis mater pueri, tũ hominẽ Ambroſium perſequeretur, hæreſis ſuæ cauſa, quæ ab Arrianis ſeducta fuerat: Excubabat plebs in Eccleſia, mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Ibi mater mea ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum partes tenẽs orationibus viuebat: nos adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamẽ ciuitate attonita, atque turbata, tunc hymni & pſalmi vt canerentur ſecundũ morem Orientalium partium, ne populus mœroris tedio contabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illo in hodiernũ diẽ retẽtum, multis & iam pene omnibus gregi-

bus tuis,&per cætera orbis imitantibus. & Lib. 10. cap. 33. iterum ait: nunc in ſonis quos animant eloquia tua, cum ſuaui, & artificioſa voce cantantur, fateor, aliquantulum acquieſco, non quidem vt ſurgam cum volo, attamen cum ipſis ſententijs quibus viuunt, vt admittantur ad me, quærunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, & vix eis præbeo congruentem; aliquando enim amplius mihi videor honoris eis tribuere quam decet, dum ipſis ſanctis dictis, religioſius & ardentius ſentio moueri animos noſtros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam ſi non ita cantarentur, & omnes affectus ſpiritus noſtri, pro ſuaui diuerſitate habere proprios modos in voce, atque cantu, quorũ neſcio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meæ, cui mentem eneruandam non oportet dari, ſæpe me fallit, dum rationem ſenſus non ita comitatur, vt patienter ſit poſterior, ſed tantum quod propter illam meruit admitti, etiam præcurrere, ac ducere conatur: ita in his pecco non ſentiens, ſed poſtea ſentio.

Aliquando autem hanc fallaciam

immoderatius cauens erro, nimia ſeueritate, ſed valde interdum vt melos omne cantilenarum ſuauium, quibus Dauidicum Pſalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri velim, atque ipſius Eccleſiæ: tutiuſque mihi videtur quod de Alexãdrino Epiſcopo ab Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuncianti eſſet vicinior quam canenti.

Veruntamen cum reminiſcor lachrymas meas quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ, in primordijs recuperatæ fidei, & nunc ipſo commoueor, non cantu, ſed rebus, quæ cum liquida voce, & conuenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco.

Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentum ſalubritatis, magiſque adducor, non quidem ſententiã irretractabilem proferens cantandi cõſuetudinem approbare in Eccleſia: vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat; Hactenus Auguſt. ex cuius verbis apertiſſime conſtat quantum Eccleſiæ cantus

pro-

prodeſſe poſſint mentibus audientium, ſi ſuaui modulatione cantentur: quia ipſe Auguſtinus de ſe ipſo teſtatur, ſe per cantum Eccleſiæ cõmotum fuiſſe ad lachrymas.

Cum ergo cantus vtilitas non parua iam pateat, opus eſt vt illam comprobemus teſtimonio ſcripturarum. Pſal.32. Propheta regius ait: cantate ei canticũ nouum, bene pſallite ei in vociferatione Luc.2. Præterea Chriſto nato facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudatium Deum, & dicentium: gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 19. Rurſus cum Chriſtus Hieroſolymam intrabat ciuitatem, cœperunt omnes turbæ diſcipulorum gaudentes laudare Deum voce magna, ſuper omnibus quas viderant virtutibus cãtãtes: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Pax in cęlo, & gloria in excelſis; & quidam Phariſæorum de turba dixerunt ad illum: magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: *Dico vobis, quod ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.*

Ex his verbis conſtat, Vvicleſuitas ſimiles eſſe Phariſæis reprehendentibus

diſcipulos cum clamore laudantes Deũ. Deinde vt cantus magis comprobaretur, ipſe Dominus cum diſcipulis ſuis cantare dignatus eſt. Nam inſtante morte ſua, poſt cœnam vltimam hymno dicto cum diſcipulis ſuis cantare dignatus eſt: Math. 26. Marc. 14. vt autem hoc factum nobis fauere clarius dignoſcatur, oportet declarare quid ſit hymnus.

Marc. 26.

Hymnus. Hymnus Græca vox eſt ὕμνος Latine autem valet tantum vt canticum, ſiue laus quę tribuitur Deo. Vnde Aug. ſuper Pſal. 72. in expoſitione tituli ſic ait: hymni laudes ſunt Dei cum cantico, hymni cantus concinentes laudem Dei: Si ſit laus & non eſt Dei, non eſt hymnus: oportet ergo vt ſit hymnus, vt habeat hæc tria, laudem Dei, & canticum. Eidem ſententiæ ſubſcribit Iſidorus, qui lib. 6. Ethymolog. cap. 34. Hymnus eſt canticum laudantium Deum proprie, aut hymni ſunt concinentes laudem Dei, quod ſi ſit laus & non eſt Dei, non eſt hymnus. Si ſit & Dei & laus, & non cantetur, non eſt hymnus. Si ergo iuxta Matthæum & Marcum, Chriſtus dixit hymnum cum diſcipulis ſuis: ergo

Aug.

cantauit. Et confirmat hoc propoſitum factum Pauli & Sylæ Act. 16. qui in carcere poſiti, clamantes Deum laudabant: media nocte Paulus & Sylas adorantes laudabant Dominum: & audiebant eos, qui in cuſtodia erant: ſubito vero terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Si ergo non licet alte, & cum clamore, & cum cantu orare, quomodo ad orationem clamoroſam Pauli & Sylæ tot miracula facta ſunt? Poſtremo hanc Catholicam ſententiam confirmat totius Eccleſiæ vſus, non nouus, ſed ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio vſq. ad noſtra tempora conſeruatus. *Act.16.* *Paulus.* *Sylas.*

Et vt cætera de hac re teſtimonia omittam, citabo illud cæteris efficacius quod ab homine extraneò, & noſtræ religionis inimico prolatum eſt. Plinius namque ſecundus in quadam epiſtola ad Traianum de Chriſtianis, tunc (vt ſic dicam) naſcentibus loquens ait: adfirmant, autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem

conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem. Et vt rem magis confirmemus, aliud producemus teſtimonium hominis etiam exteri, ſed multum laudati.

Philo Iudæus. Philo enim Iudæus, qui tempore Apoſtolorum fuit, & Chriſti tempora attigit, de Chriſtianorum cantibus apertiſſimũ perhibet teſtimonium. Nam Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Eccl. hiſt. cap. 17. enarrans qualiter Philo Iudæus omnia Eccleſiaſticæ inſtitutionis initia, & originem Apoſtolicæ traditionis deſcripſerit: dicit illum hoc etiam de Chriſtianis narraſſe, quod vnus ex omnibus cõſurgens in medio, pſalmum honeſtis modulis concinebat, & præcinenti ei vnum verſiculum omnis multitudo reſpondebat.

Socrates Conſt. Deinde Socrates Conſtantinopolitanus lib. 6. hiſt. Eccl. cap. 9. refert vnde ſumpſerit initium, vt antiphonæ & reſponſoria in Eccleſia cantentur: Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius ab Apoſtolo Petro Epiſcopus, vna cum Apoſtolis aliquando conuerſatus, viſionem Angelorum reſponſorios hymnos, ſanctam triadem laudantium vidit, & mo-

dñ viſionis Antiochenæ Eccleſiæ tradidit, vnde & ad omnes Eccleſias iſta traditio promanauit. Et hæc ratio reſponſoriorũ hymnorum. Poſt iſta tam manifeſta teſtimonia quibus impium Vviclef erraſſe conuincimus, extat Eccleſiæ de hac re definitio.

Concilium namque Agatenſe cap. 30. ſuorum decretorum ſic definit: Et quia conuenit ordinem Eccl. ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtupendum eſt vbique (ſicut fit) & poſt Antiphonas, collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel preſbyteris dici, & hymnos matutinos vel veſpertinos decantari diebus omnibus, & in concluſione matutinarum vel veſpertinarum poſt hymnos, capitella de pſalmis dici, & plebem collecta oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione dimitti.

In quibus verbis præcipitur apertè, vt hymni omnibus diebus decantentur. Sed iam videamus quo argumento ſuum propoſitum confirmare nitantur vt illis reſpondeamus: Chriſtus prohibuit orare cum clamore, & cantu, & cum prohibuit publicam orationem præcipiens Math. 6. vt ſecreto orare. *Math. 6.*

tur ab omnibus. *Tu tamen cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio tuo ora patrem tuũ in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.*

Reſpondetur Chriſtum per illa verba non prohibere opus, ſed intentionem. Non enim prohibuit publice orare, ſed prohibuit ne hac intentione & hoc animo aliquis oraret in publico, vt ab alijs videretur, ex ſequentibus infertur: amẽ dico vobis receperunt mercedem ſuam ſicut ab ijs quæ allegata anteſtant.

Propheta Baal. Quod ſi Prophetæ Baal clamãtes arguũtur à Propheta, hoc eſt quia aures habẽtẽ & non audientem deprecabantur, idem enim Helias fideles hortatus valido & alto ſono ad Deum ſæpiſſime cantica inſonuit: & ad hoc quod allegant Matt. 6. orantes multum loqui, de ſcurrilitate, non de precibus intelligendum. Itaque hæreſis eſt cantum ab Eccleſia Dei amouere velle.

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui virtutem occultam multis corporibus contuliſti, tu orationem & cantum

maiori virtute dotaſti, tu audis intelligentias cæleſtes cantica reſonantes, tu viginti quatuor ſeniores habentes ſingulos Cytharas & Phialas admittis; audi noſtras preces, cantum,& harmoniam pro laudẽ tua, vt adorantes & magnifice tuam maieſtatem colentes, cœlorum concentus audiamus. Amen.

DOMINICA PALMARVM.

Ieſus Chriſtus Iudæorum Rex Pacificus fuit.

Tituli & nomina Potentum. REctores & moderatores populi pro arbitrio nuncupati ſunt. Ægyptij Principes ſuos Pharaones voluerunt, Bithinij Ptolemeos appellarunt, Spartę Arſacidas dixerunt, Siculi Tyrannos habuerunt, Latini Murranos cognouerunt, albani Syluanos timuerunt, Argiui Reges creauerunt, quorum primus Phoronæus, & ſecundum aliquos Codorlaomor: Saul primus Rex Iſrael, Romulus Romanorum Rex & conditor vrbis, Clodouęus Gallorum primus Rex Chriſtianus, in plenitudine temporum ſceptro à Iuda ſublato *Ieſus Chriſtus Iudæorum Rex Pacificus.*

Digitized by Google

b. *Aue Maria.*

IVxta teſtimonium ſacræ paginę tota vita Chriſti vſque ad conſumationem cõtinet ſimul honorem &ignominiam, gaudium & luctum. Angelus Mariæ Virgini læta nunciat. Symeon triſtia,& doloris gladium eidem intimat.In Natiuitate Angeli gaudium paſtoribus magnum annunciant, Reges adorant cum muneribus Chriſtum, Herodes quæſiuit puerum ad extinguendum eum: Iudęi Magiſtrum vocant,poſt Energumenum & Samaritanum dicunt: Deus homo patitur ignominiam crucis: hodie Rex pacificus in Hieruſalem, & paulo poſt in monte Caluariæ crucifigitur.

Ecce Rex tu⁹ venit tibi &c. Math. 21. Licet iſte Rex debilis appareat, eſt tamen potentiſſimus, eo quod omnia ſibi ſubdita ſunt. Math. 6. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Pſal. *Dominus fortis & potens ipſe eſt Rex gloriæ.* *Math. 21.* *Math. 6.*

Habet autem duplicem familiam ſui

exercitus; vnam ſecundum deitàtem potentiſſimam, nouem ordines Angelorum Iob. 25. Numquid eſt numerus militum eius, quorum vnuſquiſque poſſet ſubuertere mundum; ſecundum vero humanitatem habuit exercitum duodecim Apoſtolorum, ſeptuaginta duorum diſcipulorum, per quos ad fidem totum mundum conuertit.

Iob. 25.

Eſt ſecundo iſte Rex ditiſſimus, licet videatur pauperrimus, quia in theſauro eius ſunt diuitiæ & gloria. Pſal. cuius diuitijs noſtra dîtata eſt paupertas, cuius gloria noſtra honorata eſt confuſio.

Eſt tertio iſte Rex ſapientiſſimus, licet videatur ſtultus, quia in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi Coloſſ. 3. Vnctus autem iſte Rex eſt Spiritu Sancto, in inſtanti conceptionis ſuæ, in qua collata ſunt ei tria: ratio verbi, immunitas peccati, & plenitudo gratiæ ſpirit⁹ ſancti. Sed inſignia accepit in paſſione, cũ factus eſt Principatus ſuper humerum eius, id eſt crux in qua principaliter triumphauit, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Coloſſ.

Antiquitus tria ſolebant eſſe inſignia regalia, purpura, corona, & ſceptrum. Chriſtus autem purpura circundatus, amictus chlamide coccinea; pro diademate corona ſpinea, pro ſceptro virga arundinea: arma huius regis non ſunt carnalia, ſed ſpiritalia 2. Cor. 10. *Inſignia Regalia.* *2. Cor. 10.*

Titulus huius regis eſt: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, in quo tota virtus huius regis declaratur: nam primo deſcribitur quod ſit Saluator, quia Ieſus ſic interpretatur Matth. 1. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* 2. deſcribitur quod ſit amator puritatis, quia Nazarenus, quod interpretatur floridus. Cant. 2. *Ego flos campi.* Tertio quod ſit ſtrenuus gubernator, quia Rex Iudæorum. Secundo notatur huius Regis naturæ proprietas, quia Tuus: Chriſtus enim eſt Rex noſter, quia licet ſit generaliter Rex omnium Angelorum, hominum, & Dæmonum, tamen nulli ita ſpecialiter datus eſt vt homini, vnde nec in natura Angelica, nec dæmonum venire voluit. *Math. 10.* *Cant. 2.*

In natura Angelica, quia innocens non indiget reparatione: in natura dæmonum, quia reprobata incapax reſtau-

rationis, ideo ſoli generi humano datus eſt, quod & indiguit ratione culpę, & digna fuit ratione fragilis naturæ.

Rex generis humani.

Eſt ergo Rex generis humani propter plura. 1. quia in natura humana incarnatus. 2. quia in eadem tentatus. 3. quia in eadem paſſus. 4. quia in eadem reparatus. 5. quia in eadem venturus: quocumque ergo vertatis vos, ſemper eſt veſter.

Vere beneficium eſt maximum habere Deum excelſum ita proprium, ita proximum, ita nobis vnitum: nam ſi conuertas te ad opera miſericordię ſuę, quibus alias creaturas miſericorditer regit, fouet, & diſponit ſuauiter; multo ſuauius regit & gubernat genus humanum, cui non ſolum eſſe & viuere, ſicut & cęteris, ſed beatum eſſe, & beatum viuere, perpetuumque diſponit & ordinat: Luc. 22. *Ego diſpono vobis regnum.*

Luc. 22.

Si vero te conuertas ad opera iuſtitiæ ſuę, quibus alijs creaturis iuxta condignum tribuit; multo iuſtius humana opera remunerat, eo quod ea ſuper merita coronat Rom. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur nobis*, & citra

Rom. 8.

demerita punit, eo quod inferno pœnam infinitam finitam facit, quantum ad intentionem.

3. Notatur fortunæ commoditas, quia venit tibi, id eſt ad tuam vtilitatem datus Rom 8. *quómodo non omnia nobis cum illo donauit*, quia pręſentia ad ſuſtentationem, futura ad fruitionem. *Rom. 8.*

Venit ergo nobis ad quatuor: primo in exemplum conuerſationis. Exod. 25. inſpice & fac ſecundum exemplar. Vnde & Ioan. 11. exemplum enim dedi vobis. 2. in pretium Redemptionis. Apoc. 5. Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. 1. Petri 1. Redempti eſtis non corruptilibus auro & argento. 3. in viaticum peregrinationis Gen. 28. dixit Iacob: ſi fuerit mecum, Deus & cuſtodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad edendum, ſcilicet in Euchariſtia. Ioan 6. Ego ſum panis viuus. 4. in præmium remunerationis iuxta illud Geneſis: Ego ſum merces tua magna nimis. *Exod. 25.* *Apoc. 5.* *Gen. 2.*

4. Notatur huius clementiæ pietas, quia manſuetus. Beda. Homil. in Math. Vide ſpeciem aduentus, eius non ſedet in curru aureo pretioſa purpura fulgēs, *Beda.*

nec aſcendit ſuper feruidũ equum diſcordiæ amatorem: non vides in circuitu eius gladios ſplendentes, aut cætera ornamenta terribilium armorum, ſed ramos florentes, qui ſunt teſtimonia pietatis.

Venit ergo manſuetus, vt non per potentiam timeretur, ſed per manſuetudinem amaretur.

De hac humilitate loquitur Apoſtolus Philip. vbi deſcribit ſuam manſuetudinem excellentem, & humilitatem, quæ fuit triplex; magna, maior, & maxima. Magna quia inuiſibilis factus eſt viſibilis, & ſublimis humilis; maior in hoc quod Rex Regum factus eſt ſeruus; maxima quia ſplendor paternæ gloriæ factus eſt in ſimilitudinem hominis peccatoris, exinaniuit ſemetipſũ, id eſt propria dignitate ſe exuit, vt in humilitate nobis mirabilis eſſet.

Aug. Aug. Ecce habemus humilitatis exẽplum, ſuperbię medicamentum, quid ergo intumes ô homo, ô pellis morticinea quid tẽderis? ô ſanies fœtida quid inflaris? Princeps tuus humilis, & tu ſuperbis; caput humile & membrum elatum.

Et Chriſtus exinaniuit ſemetipſum quadrupliciter. 1. Quoad diuitias in natiuitate, quia pannis vilibus inuolutus. Luc. 2. ſecundo in conuerſatione, quia ſine hoſpitio. Luc. 9. vulpes foueas habet, & volucres nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Et Marc 11. circunſpectis omnibus cum iã veſpere eſſet &c. ſi eum aliquis hoſpitio recepiſſet, nullo eum recipiente exiuit in Bethaniam. 3. In morte, quia nudus pependit in patibulo: vt reducat nos in ſtatum innocentiæ, in quo primi parentes nudi erant, & non erubeſcebant. 2. Exinaniuit ſemetipſũ quoad potentiã, quando permiſit ſe capi & cruci affigi. Vnde dictũ eſt, alios ſaluos fecit, ſeipſũ ſaluũ facere non poteſt. Math. 27. Tertio exinaniuit ſemetipſum quoad ſapiẽtiã, dum coram Caypha, Pilato, & Herode nihil reſpondit: Ego autem tanquam ſurdus nõ audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Pſal. Quarto exinaniuit ſe quoad pulchritudinem, quoniam ille in quem deſiderant Angeli proſpicere, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, cęſus alapis deformatur, vnde Iſai. 53. non eſt ei ſpecies;

Luc. 2. *Luc. 9.* *Math. 27.* *Iſai. 53.*

neque decor.

2. Magna humilitas Chriſti in hoc apparuit, quia accepit formā ſerui. Luc. 2. & erat ſubditus illis, nec tantū ſerui, ſed etiā mali ſerui vt vapularet, & ſerui peccati, vt pœnā ſolueret cum culpam
Iſa. 53. non haberet. Iſai 53. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Pſal. quæ non rapui tunc exoluebam. Ipſe fuit tanquam fide iuſſor, qui deficiente principali ſoluit de
Eccleſ. 29. proprio, propter quod non eſt obliuiſcendus. Eccleſ. 29. *Grati am fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris Dedit enim animam ſuam pro te*, ſed quid per hoc meruit oſtendit Apoſtolus ſtatim.

Propter quod exaltauit illum Deus, vbi tangit tria. Primum acceleratio reſurrectionis non quia non expectauit generalem reſurrectionem, ſed tertia die reſurrexit: Pſal. nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Vnde dicit propter quod exaltauit illum Deus, quia in reſurrectione natura humana excellentior eſt facta. 2. tangitur dilatio nominis: & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Nunc videndum eſt de honore huius Regis, vbi fit mentio de tribus in quibus fuit

ſuit reuerentiæ & honoris debita & humilis exhibitio: Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua: iſta turba tria fecit obſequia Chriſto honoranda: 1. Antecedendo & ſequendo. 2. Viam præparando. 3. Vocibus laudando: turbę autē quæ pręcedebāt, ſignificāt ſāctos Patres veteris legis, qui anteibant in figura Redemptorem. 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis: turbæ quæ ſequuntur ſignificant Patres noui teſtamēti, qui Chriſtum ſequūtur per viam præceptotum & conſiliorum, inter quos eſt talis differentia, quia ſicut præcedentes aliquem, non vident eum, ſed ſequētes bene vident: ita ſancti Patres licet in Chriſtum crediderint, tamen eum non viderunt. Iob. Dies mei velociores curſore fugerunt, & non viderunt bonum, id eſt Chriſtum in quo ſunt omnia bona. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona.

Quando autem dicitur de Abraham, vidit & gauiſus eſt. Ioān. 8. intelligendū eſt, vidit in ſpiritu prophetico, non in præſentia corporea. Ioan. 8.

Apoſtoli autem qui Chriſtum ſequebantur, viderunt in eum fœliciter:

Luc.10. Luc.10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis, dico vobis quia multi Reges & Prophetæ voluerunt hæc videre quę videtis, & non viderunt. 2. honorauit iſta turba Chriſtum viam præparando veſtibus ſuis & ramis.

Veſtes turbarum ſignificant mandata legis Iudaicæ, frondes vero tenent ſpeciem pietatis, & vtrumque iam ſub pedibus ponitur Chriſtianorum: quia iſta omnia Chriſtiani conculcant quæ fuerunt cerimonialia Iudęorum, & ſolis veſtimentis, Apoſtolorum inſtitutis & doctrinis ornantur. Beda tamen dicit, quod turbæ quæ ſternebant veſtimenta in via, ſignificant credentes ex Iudæis, qui gloriam quam habebant ex lege videntes Chriſtum, deiecerunt in terram, ſemetipſos humiliantes. Qui autem ponebant frondes, ſignificant illos, qui ante faciem gentilis populi exempla quaſi ramos virentes ponebant, vt ſine offendiculo ambularent per viam vitæ iſtius, donec intrarent in ſanctuarium Domini.

Tertio honorauit iſta turba Chriſtum laudando eum vocibus, & ſignificat prædicatores noui & veteris teſta-

menti,qui omnes vna voce clamabant. Oſanna, ideſt ſaluifica filio Dauid, ablatiue, ideſt per filium Dauid, per Chriſtum; vel datiue filio Dauid, ideſt Chriſto Ozanna, vbi confitentur humanitatem

Ozanna Hebræum eſt, & in alterius *Ozanna.* linguæ interpretationem in toto tranſire non poteſt: Ozi enim ſalua, vel ſaluifica interpretatur: anna interiectio eſt deprecantis. Et inde deberet dici Ozianna integre, ſed corrupte dicitur Ozanna, eliſa vocali, ſcilicet Iod. Quod Hebraice ſalua vel ſaluifica, obſecro, interpretatur: ſubaudiendo totum mũdum: & ſecundo hoc Ozanna eſt verbum, & habet in ſe vim illius verbi (obſecro) ex vi interiectionis in qua intelligitur verbum obſecrationis. Quidam autem dicunt, qui Hebraicam linguam nouerunt, magis nos affectum obſecrantis ſignificare, & ita erit interiectio: quia nec Grçcus, nec Latinus hoc interpretari per aliquã vocẽ potuit ſicut nec illud qui dixerit fratri ſuo, Bacha, quæ eſt interiectio indignãtis, vel ſicut interiectio dolentis eſt heu; ita apud illos obſecrantis anna, & apud nos va-

let idẽ quod vtinã, quod eſt aduerbium optandi: & quia interiectio anna non habetur in Latino eloquio, poſuit pro ea Hieron. Ozanna, ideſt obſecro. Vnde in Pſalm. 70. interpretes poſuerunt: O Domine ſaluum me fac, in Hebræo ſcriptum eſt: Anna, Adonai, Oſianna: idem namque ſignificat ô Domine per interiectionem obſecrãtis, quod obſecro Domine, per ipſũ verbũ obſecrationis. Eſt ergo Ozãna, quaſi Oſiãna ideſt ſalua obſecro Domine, & eſt vna dictio ſignificans quod aduentus Chriſti ſalus ſit mundi. Vnde ſubiungunt. Benedictus qui venit, ideſt glorioſus ſit, vel ſecundum Bedam, ideſt ab omni peccato ſigulariter immunis, & immunes faciens: qui venit per carnis aſsumptionem, ideſt incarnatus eſt in nomine Domini, in nomine Patris miſſus, & à Deo Patre miſſus ad explendum voluntatem eius, & glorificandum eum.

Pſalm. 70.

Deinde iterum verba repetentes conuertuntur ad ipſum dicentes, Ozanna in excelſis; ideſt ſalua, & obſecro. Bis dicunt Ozanna, quia Chriſtus eſt Saluator ſecundum vtramque ſub-

ſtantiã diuinam effectiuè, & humanam meritoriè: & ad ſciendum de qua ſalute intelligatur, determinant vbi ſe velint ſaluari, in excelſis, in cæleſtibus, non in infimis & terrenis: ſalua in excelſis qui pri⁹ ſaluabis ab inferis. Ecce duplex ſalus: vna in liberatione pœnæ, alia in collatione gloriæ. Vbi manifeſte oſtenditur quod aduentus Chriſti non tantum hominum, ſed totius mundi ſalus eſt, in excelſis, in cælis & terris, & terrena iungens cæleſtibus, vt omne ſibi genu flectatur, cæleſtium, terreſtriũ, & infernorum.

Ozanna filio Dauid clamabant: clamore cordis ſui teſtantur affectum. Hac ergo confeſſione fideles iſti populi Ieſum agnoſcunt. 1. Rationem cur Chriſtus aduenerit, nimirum vt ſaluet, cum ſaluari ab eo exoptant. 2. Eius humanitatis arcanum, cum eum filium Dauid nuncupant, nam & Dauidi promiſſus fuerat Chriſtus, iſque eius filius ſecundum carnem nuncupatur Math. primo: Liber generationis filij Dauid. Luc. 1. & dabit illis Dominus ſedem Dauid patris eius.

Benedictus qui venit in nomine Do-

mini: nec enim in nomine ſuo venit, ſed patris: nec propriam gloriam, ſed patris gloriam quæſiuit. Ioann. quinto: *Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis*. Hoc & qui præibant, & qui ſequebantur vnanimes clamabant. Quia eorum qui Chriſti incarnationem præceſſerunt, & qui eam ſecuti ſunt, vna eſt fides, quamuis ſacramenta pro temporum varietate diuerſa fuerint: vnica tamen omnium eſt ſignificatio & finis vnus legis Chriſtus ad
Rom. 10. iuſtitiam omni credenti. Rom. 10. Lucas vero addit: pax in cælo & gloria in excelſis; perſpicue enim docent aduentum Domini in terram & carnem, non ſolum humani generis apud nos, ſed & Angelorum in cęlis eſſe ſalutem & gloriam, quia dum nos redempti ad ſuperna reducimur, eorum perfectus numerus qui in Satana fuerat minoratus, impletur. Venit enim Chriſtus, ait Paulus Epheſ. primo, inſtaurare omnia quæ in cælis, & quæ in terra ſunt. Marcus autem clamorem hunc populi ſic concludit, hoſiati ana in excelſis.

Non quęrimus ſalutem in domibus terrenis, qualem nobis pręſtiterunt Ioſeph, Moyſes, Ioſue, & alij ſuo tempore ſaluatores nuncupati, ſed in cælo, ideſt, quæ nos cælo reponat, & beatos faciat. Non quęrimus terram fluentem lac & mel, non eripi à terrenis hoſtibus, ſed ſic ab inſidijs omnium inimicorum noſtrorum ſpiritalium eximi, vt triumphemus in excelſis.

Chriſtum ergo ad futuram, immo proximam quam operaturus erat mundi ſalutem, & vt Iſrael ab omnibus iniquitatibus ſuis redimat, prouocare videntur. Quæ omnia ſi vt oportet operoſius inſpiciamus, doctrinam ſuauiſſimam continere deprehendemus. Scilicet, quo pacto eos affectos eſſe oporteat, qui Chriſtum per paſſionem in cæleſtem Hieruſalem ingredientem imitari velint, perfecta fidei quæ corde creditur confeſſione, eleemoſynarum largitione, bonorum operum fructibus, quibus ad pietatem prouocari proximus ſolet. Hinc tanto ſtudio ſemper ad imitationem ſui fideles ſunt hortati Apoſtoli.

Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 1.Cor. vndecimo. Sunt autem in Apoſtolis potiſſimum imitanda, fidei conſtantia, & integritas quam ad extremum vſque ſpiritum conſeruarunt, charitas qua ſe totos impenderunt pro Chriſto, & Eccleſia, & ſpes quam habebant ſicut anchoram animæ firmam ac tutam, incedentem vſque ad interio-
Hebr.6. ra velaminis. Hebræor. ſexto. Quia enim teſte Chriſto arcta eſt via quæ ducit ad cælum, atque adeo multis ſalebris ac ſcrupulis, vt caro indicat, obnoxia, vt facile primo intuitu percellatur humana ratio, præſertim ea quæ delitijs & voluptatibus aſſueuerit, quamquam longe difficilior ſit ea quæ ad perditionem ducit.

Infirmitati noſtræ id concedit Chriſtus vt ſanctorum virtutes imitemur, vt hac ratione deſperatio adimatur, quā carnis infirmitas ſuggerere ſolet, dū videm⁹ ſāctos Prophetas, Martyres, Apoſt. ſimili infirmitate circūdatos, ex ſpiritu Chriſti ipſos inhabitāte, potuiſſe patriā, amicos, parētes, fortunā corp⁹ & vitā pro Chriſto contemnere, hoc enim vere eſt iſti veſtimenta proſternere, quēadmodū

& ramorum proiectio parandæ per Chriſtum victoriȩ contra hoſtes inuiſibiles: quo etiam teſtabantur eum eſſe Chriſtum, qui per ſanguinem crucis pacificaret ea quæ in cœlis & in terris extant.

Ieſus Chriſtus Iudæorum Rex pacificus frondibus oliuarum ſymbolis pacis honoratur. Olea Mineruȩ ſacra, populus Herculi, laurus Apollini, pinus matri Deorum, quercus & æſculus Ioui, vitis & hedera Baccho, Plutoni cupreſſus, Palma Victoriȩ; frondes hodie oliuarum Regi pacifico Iudæorum Ieſu Chriſto offeruntur. *Arbores Dijs ſacra.*

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte Rex Regum & Domine Dominantium, tuus principatus ſuper humerũ tuum; noue Rex, noue Princeps, noue legiſlator, noue teſtator, noue pugnator, noue victor, lux mundi, ſol iuſtitiæ, creator, & Redemptor humani generis, accipe ſertũ meorum affectuum; me ipſum pedibus tuæ maieſtatis proſtratum miſericorditer reſpice, vt in cœleſti Hieruſalem gaudio & lætitia delibutus ingredi merear, Amen.

LVCTVS PASSIONIS DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti.

Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Matth. 26.

TRia genera defunctorũ deflemus: Parentes, amicos, benefactores, his quartũ addo: Principes, Reges, & Pontifices: hæc omnia nobis Chriſtus eſt.

Triſtatur familia de obitu heri, vtitur atris & nigris veſtibus: Eccleſia Crucifixum, imagines, & reliquias velat, nec nõ in luctu altaria denudat. In funere Ducis arma vertũt milites, nigris ſe induũt veſtibus: tubæ & cætera inſtrumenta bellica lugubres emittunt ſonos.

Verſa eſt in luctum cythara mea, & organũ meum in vocem flentiũ: Iob. 30.

In veteri lege erant dies fletus ſepulturę indicti, pro Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſe, Dauid, Ionatha. *Melius eſt ire ad domum luctus quam ad domum cõuiuij.* Eccleſ. 1. *modicum plora ſuper mortuũ, quia requieuit.*

Ad condolendum Chriſto omnes creaturæ tam ſupremæ quã infimæ nos prouocant. Pater cæleſtis lachrymatus fuiſſet, ſed quia Deum dedecuit triſtari, cum dediſſet filium in carne aſſumpta moriturum pro ſalute humani generis, Angeli pacis amare flebant. Iſai. Virgo Maria fleuit: Stabat mater doloroſa iuxta Crucem lachrymoſa dum pendebat filius: cuius animam gementem, cõtriſtantem & dolentem pertranſiuit gladius; Apoſtoli. Triſtes erant Apoſtoli de nece ſui domini: Diſcipuli: qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem, & eſtis triſtes? Luc. 24. Etiam inanimata ſuo modo lugent. Cœlum. Tenebræ factę ſunt per vniuerſam terram. Hanc eclipſim D. Dionyſius Areopagita videns ſtupefactus, ait: aut Deus naturæ patitur, aut mũdi machina diſſoluetur. Hierem. Tren. Viæ Sion lugent. Nautæ gulfur oceani ſulcantes poſt tempe-

Pater. *Angeli.* *Maria V.* *Apoſtoli.* *Diſcipuli.* *Cœlum.* *Sol.*

ſtatem inſolitam audierũt: Pan magnus Deus obijt His dictis mare ſedatum eſt, *Petra.* Petræ; ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt: Romę in Baſilica S. Ioannis ſunt iuxta portam intus de his lapidibus ali- *Lactantius de Ganiniano.* qui. Lact. Lib. 4. Diuin. Iuſtit. Cap. 8. Non enim Ganinianam Crucem deſcribimus, quam Tullius vniuerſis eloquẽtiæ neruis exaggerat, nefarium dicens ciuem Romanum in crucem eſſe ſublatum. Cic. orat. 7. in Verrem.

Cur Chriſto condolendũ Condolendum, quia in flore ætatis. 33 annorum paſſus eſt tormentum Crucis. Condolendum, quia delicate educatus à B. Virg. Maria. Condolendum, quia *Ætas. Educatio. Innocẽtia.* innocens; Innocentia eius per Apoſtolos, per Prophetas, amicos, & hoſtes probatur. Ouid. Triſt. Quę venit indigne pœna, dolenda venit. Pater cæleſtis probat Chriſti ſui innocentiam Math. 17. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui; in Baptiſmo, & transfiguratione. Petrus in Epiſt. Can. qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Ioannes: Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Iudas: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Pilatus: Non inuenio cauſam in homi-

ne iſto. Vxor Pilati: nil tibi & iuſto illi, multa enim paſſa ſum per viſum hac nocte propter eum. Herodes induit Chriſtum veſte alba: candor eſt ſymbolum innocentiæ. Pilatus: Ecce miſeram eum ad Herodem, & nihil indignum factum eſt illi. Centurio: Vere filius Dei erat iſte. Latro ad latronem: Nos iuſte, hic iniuſte patitur. Condolendum Chriſto, quia caruit conſolatione. Hierem. Non eſt qui conſoletur eum ex omnibus charis eius. Alijs ſupplicio damnatis conſolator cōceditur. Cōdolendum, quia tulit crucem· pro alijs patibula figuntur, imo ipſi ad ſupplicium curru vehuntur. Cōdolendum, quia in cruce mortuus: maledictus qui pependit in ligno. Condolendum quia crucifixus in principali ciuitate Iudeæ Hieruſalem. Condolendum, quia crucifigitur tempore Paſchæ, quando omnes Iudæi illuc conuenerant ex omnibus locis. Condolendum Chriſto, quia extra ciuitatem crucifigitur, cum alij intra trucidentur. Condolendum Chriſto, quia patitur in monte Caluariæ, vbi cadauera ſceleſtiſſimorum hominum ferebantur. Condolendum Chriſto, quia nudus crucifigitur:

Caruit Conſolatione.

Tulit crucē vbi moritur in Hieruſalem.

alij cum veſtibus occiduntur. Condolendum Chriſto, quia in medio duorum latronum paſſus eſt : Et cum iniquis reputatus eſt.

Figura. Prophetia. Gen. 49. *Simeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia: in conſilium eorum nō veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt*

Pſal. 2. *murum.* Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus* Dominum *& aduerſus Chriſtum*

Pſal. 21. *eius.* Pſal. 21. *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea: ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me; diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & in veſtem*

Pſal. 34. *meam miſerunt ſortem.* Pſal. 34. *Surgentes teſtes iniqui quæ ignorabam interrogabant me.*. Pſal. 4. *Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Pſal. 88. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po-*

Pſal. 38. *tauerunt me aceto.* Iſai. 50. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus me.* Iſai. 54. *Non eſt*

Iſai. 54. *ſpecies, neque decor ei, & vidimus eum, &*

non erat aſpectus: & deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimum virorū, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec eum reputauimus: vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos reputauimus eum quaſi leproſum percuſſum à Deo & humiliatum: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: eius liuore ſanati ſumus, omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Iſai. 53. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Ibid. *Et cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.* Hierem. 2. *Ego quaſi Agnus manſuetus qui portatur ad victimam, & non cognouimus quia cogitauerunt ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Daniel. 9. *Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, &*

Iſai. 53.

Hierem. 2.

Daniel. 2.

non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Zachar.11. *Appenderunt mercedem meam*
Zachar.11. *triginta argenteos.* Zachar. 12. *percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis. Peccator fugiens ad crucem Chriſti protegitur à peccatis* : Helias *iuſſit Achab iungere ſe currui, ne permeretur aquarum inundatione.* 3.Reg.18. *Duplex beneficiũ obtinent crucẽ Chriſti in corde portantes: dixit Helias* Heliſæo, *ſi me videbis quãdo aſſũptus fuero, habebis quod petis.* 4Reg.2, *De Agone Chriſti tẽpore ſudoris humoris ſanguinei Virga quã tenebat Moyſes verſa eſt in colubrũ.* Exod. 4. *Depoſitũ de cruce corpus Domini datũ eſt in manibus noſtris: fratres Ioſeph tunicam eius ſanguine tinctam tradiderunt* Patri.
Gen. 37. Gen. 37. *De apertione lateris Chriſti in cruce manentis* : *Rex Iſrael ſtabat in curru percuſſus in ſtomachum & pulmonem* 3.
3.Reg. 22. Reg. 22. *De poſtulatione Barrabam per Iudæos facta ad* Pilatum: *Duo hirci offerebantur, quorum vnus occidebatur ſuper aquam vnius fontis*: Leuit. 16. *De crucis perfectione: Nabuchodonoſor vidit arborem in medio terræ*, Daniel. 14. *Chriſtus inno-*
Daniel.14. *cens nos ſua morte mundauit : dignus eſt agnus aperire librum quoniam occiſus eſt.* Apoc.5. *Chriſtus vſque ad mortem firmiter dimicauit*

dimicauit pro nobis in cruce: Tempore Ioſue ſol ſtetit, quouſque proſtrati ſunt hoſtes eius. Cum binis latronibus Chriſtus crucifixus eſt, duos captiuos Ioſeph in carcere reperit, quorum vni nuntiauit ſalutem, alteri patibulum. Gen. 40. De irriſionibus & illuſionibus Chriſto à Iudæis impenſis, & de dira Iudæorum punitione: cum Cham Patrem Noë dirisit ebrium, ab eodem maledicitur. Gen. 49. Chriſtus multo minus à nobis fieri petit, quam pro nobis fecerit: qui tangebat carnem vituli ſacrificij ſanctificabatur ob prophanationẽ. Amaritudo noſtræ pœnalitatis dulcoratur in Chriſti paſſione: Deus oſtendit Moyſi lignum vt poneret in aquas Marath, & dulces factæ ſunt. Exod. De Actibus atq; gradibus paſſionis Chriſti; manus miſſa eſt Ezechieli, in qua erat inuolutus liber ſcriptus intus & foris. Ezechiel. 2. Chriſtus oblatus eſt pro nobis in holocauſtum Deo, vt nos reconciliaret illi: Abraham volens offerre Iſaac obtulit arietem. Gen. 22. Iepthe ſacrificium. Iudic. vlt. In paſſione Chriſti ſedata eſt peſtis noſtræ pœnalitatis: depoſito in mari Iona ceſſarunt fluctus. Ionæ. 1. De ſiti & potu Chriſto propinato in cruce, dicit Magiſter, quod cum Iſaias ſecaretur ſerra lignea ſitiuit, ſibique negauerunt aquam. Mors

Gen. 40.

Ezechiel. 2

Chriſti nos ſanauit à morte: ſicut ſerpens æneus ſauciatos aculeo ſerpentum ignis viuificauit. Sacramenta fluxerunt de latere Chriſti: *Noë iuſſit fieri oſtium in latere arcæ.* Chriſtus *tulit crucem: Iſaac tulit ſtruem lignorum ſuper quæ immolari debebat. Chriſtus venditur, vt Ioſeph Iſmaelitis à fratribus.* Iaab *Amaſam proditorie necat, Abel Cain. Ayoth Egglon,* Iudic. 4. *Iahel Sizaram clauum auribus figens: Iudas Saluatorem oſculo tradidit. Ioab Abſalon tribus lanceis transfodit:* Chriſtus *tribus in cruce figitur clauis. Paſſus eſt* Chriſtus *neceſſitate ordinata, nõ abſoluta: aliter enim nos redimere poterat ex neceſſitate conſequentiæ, non conſequentis.* O*portuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam.*

Paſſus eſt Ieſus Chriſtus.

Cur Chriſtus patitur *Vt Pater placaretur iratus*: Pardus paſcatur agno occiſo.

Vt culpa mundaretur: Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoc. ſanguis animalium maculat, Ieſu Chriſti cruor mundat: ſanguine paſſeris leproſorum vultus loti, & aſperſi ſanabantur; factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Duo paſſeres, hædi vel hirci offerebantur, quorũ vnus occidebatur, alter di-

mittebatur: Duæ naturæ in Chriſto, humana patitur, diuina nihil pertulit. Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Pſal. Pellicanus inueniens pullos in nidulo à ſerpente intoxicatos roſtro pectus aperiens ſanguine proprio viuificat: Chriſtus plagis corporis ſanguineis nos viuificauit. *Vt homo ſaluaretur:* Profugo non permittebatur redire vſque ad obitũ ſũmi ſacerdotis: Sic nobis cælorum aditus negabatur, donec Chriſtus ſũmus Pontifex moreretur. Pſ. 110. *Tu es Sacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchicedech: Sẽpiternum habet ſacerdotium; Pontifex futurorum bonorum per amplius atq. perfectius per proprium ſanguinem introiuit in ſancta.* Heb. Narrat Budæus quod adueniente publica neceſſitate, aliquis ſponte ad necem ſe offerebat, credẽs eam pro criminibus publicis aduenire: is ſacrificabatur vt talia ceſſarent incommoda, tunc ſacris veſtibus indutus per vicos & plateas ſpatiabatur, quẽ videntes ſinguli dicebant: eſto noſtra victima, eſto piaculum noſtrum; peccata noſtra in te ſint. poſt ſtato die à quadam rupe præcipitabatur, vt ſtatim extinctus buſto litaretur.

Pellicanus.

Budæus.

Secundum legem debet mori.

Naturalis vult patrem pro filijs necari: vipera moriens parit diſcerpto latere: Diuina ſic ordinauerat ab æterno. Humana vult: ſpurius enim hæreditatem habere nequit niſi legitimetur, Chriſtus nos ſua paſſione cohæredes effecit. Apoc. 5. Vidi librum ſcriptum intus & foris: litteris cæruleis deitatis, intus rubeis ſanguinis humanitatis, dignus eſt agnus aperire librum quoniam occiſus eſt Ioan. 5. Bibliotheca mons Caluariæ, ſcamnum crux titulus: I. N. R. I. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Vlyſſes malo nauis alligari ſe fecit vt naufragium vitaret, & Syrenarum cantus non audiret. Hieronym. Peſtilentes Syrenarum cantiones effugio vt ad crucis Chriſti vexillum euolem.

Apoc. 5.

Vlyſſes.

Nauta.

Nautæ habent polum quem ſi perdiderint, periclitantur: concionatores inter cōcionandum maris ſtellam Virginem Mariam inuocant, hodie quis inuocare præſumet? Si dixero, Aue Maria, hęc reſpondebit, ne dixeris Aue, ſed væ infelici: Si Maria, immo ama-

ritudine plena; ſi Dominus tecum;immo cum Iudæis qui eum crucifigunt: ſi benedicta tu inter mulieres,immo maledicta, mater ſcelerati hominis Samaritani, energumeni, ſeductoris appellata, quia omnes dolores partus & mortis hodie ſunt reſeruati: Si benedictus fructus ventris tui, immo maledictus: væ qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud;ſi filius Dei es deſcende de cruce.

Ad Mariam Virginem recurrere non licet, in has voces cum Cicerone prorumpam: quo me vertam neſcio: Orat.pro Q.Lig. Vbi requieſcemus?non ſub hedera Ionæ, non ſub iunipero Heliæ, non ſub ficu Nathanaelis, non ſub ſycomoro Zachæi, ſed ſub cruce: nec eſt dicēdum cum Heremia; A,A,A! Domine Deus ecce puer ego ſum, neſcio loqui,ſed omnia ad quæ mittam te ibis, dicit Dominus.

Citius mihi audire quam pronunciare. Vox tonitrui in cruce, clamantis Lamazabathani.

Crux byſſo atro veletur, fiat apoſtrophe aduerſus omnia peccata mor-

Bernardus & Gregorius affirmant in hoc ſæculo animum delectari perfecte non poſſe, niſi in paſſione Ieſu Christi. Cant. Cant. *Faſciculus myrrha dilectus meus mihi, & ego illi.*

Eremita ſanctiſſimæ vitæ inſtanter orabat Dominum, vt ſibi oſtenderet, quod ſibi inter cętera ſeruitia magis acceptaret, vidit hominem nudum, frigore trepidantem, & crucem magnam ſuper ſe baiulantem, qui interroganti reſpondit: Ieſus Chriſtus ego ſum: ſic ei gratiſſimam paſſionis meditationem indixit. Cuidam matronæ vulnera paſſionis Dominicæ ſcire cupienti reuelatum eſt 1490. vulnera corporis mei exiſtunt (ait Chriſtus. *Eremita* *Matrona.*

De cætero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini in corpore meo porta, ait Paulus ad Galatas.

Diuus P. Franciſcus ſtigmatizatus alter Chriſtus eſt.

Exue chordigera Franciſcum veſte, quid inde?
En Franciſcus erat qui modo Chriſtus erit:

Indue chordigera poſt Chriſtum veſte, quid inde?
En Franciſcus erit qui modo Chriſtus erat.

S. Clara de monte Falco Catherina Senis.

Diua Clara à monte Falco inſignia paſſionis in corde expreſsa habuit. D. Catharina Senenſis in præcordijs ſtigmata. D. Ignatius Martyr Epiſcopus Antiochenus nomen Ieſu in corde inſculptum in aureo numiſmate habuit.

Ignatius martyr.

Math. 26.

Somnus.

Chriſtus cœna facta in cœnaculo, & precatione habita in horto, à Iuda traditur, à Iudæis capitur, ducitur, & accuſatur, atque à Petro negatur.

Hymno dicto: Vſus hymnorum antiquiſſimus Epheſ. 5. Coloſſ. 3. cantantes in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus: Tertull. Apologetic. contra gentes, dicit Chriſtianos conuenire ſæpe ſolere ante lucem, carmenque chriſti quaſi Deo dicere inuicem ſecum. Hymnus fuit: Pſal. 119. Beati immaculati in via: ideo per horas 1.3.6.9. canitur. Morti vicinus chriſtus inſtar hymnũ Deo Patri canit:

ſic Symeon ille Luc. 2. hymum, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, protulit, cantione huiuſmodi ſuam velut prçſagiens mortem: Martialis Lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cãtator cygnus funeris ipſe ſui. Nos poſt paſtum gratias exemplo Saluatoris agere debemus, ne Epicurei iudicemur.

Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, vt filius hominis tradatur & crucifigatur: Euthimius: dixit autem hæc ſignificans propinquam eſſe mortem ſuam, nam ipſo legalis Paſchę tempore paſſus erat & ipſe: non autem ſimpliciter dixit, tradetur, ſed addidit, vt crucifigatur. Euſebius poſt Ioſephum Lib. Antiquit. Iudaic. 18. Cap. 8. Ab Anna Pontifice ad Caypham mediarunt tres Pontifices, quorum non meminit Euangelium: Iſmael filius Iabi, Eleazarus filius Annæ, & Symeon filius Cannithi, ſinguli per annum, quibus ſucceſſit Cayphas anno quo Chriſtus paſſus eſt. *Euſebius.*

Mittens hæc Vnguentum in corpus meum ad ſepeliendum me fecit: Theophylact. in Math. Docet nos quod mulier hæc iuxta diuinam diſpenſationem hoc fecerit, præſignans mortem illius, & corpo- *Theophyl.*

ris ſepulturam:non enim tuliſſet Chriſtus vnguento vngi, niſi myſterium quoddam fuiſſet.

Amen dico tibi quod in hac nocte antequã gallus cantet, ter mene gabis: Chryſoſt. in Matth. Homil.83. Magnum profecto hoc dogma, hinc diſcim9 quia videlicet nullomodo hominis voluntas ſufficit, niſi auxilio ſuperiori roboretur, & quia nihil poterimus lucrari ſuperiori patrocinio,ſi voluntas noſtra repugnat, quorum alterum Petrus, alterum Iudas confirmat. Dauid Pſal. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum: Auertiſti manum tuam, & factus ſum conturbatus. Petrus pollicetur, etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo: Etiamſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor: Ter poſt negauit, & fugit non ad vocẽ militis, vel carnificis, ſed ancillæ: Apoſtoli, Eamus & nos, & moriamur cum illo,relicto tamen eo omnes fugerunt. Prophetia impleta:percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. Therſites apud Homerum omnibus bellum indicebat, & hoſte in arenam deſcendente materno gremio condi voluiſſet. Multi

Dauid.

Therſites.

in bello cerui, in pace leones.

Pater mi ſi poßibile eſt: Ambroſ. de incarnat. Dom. Cap. 7. non ad ſpiritus ſancti compaſſionem, ſed ad rationalis aſſumptionem animæ & naturæ humanæ refertur affectum. *Vigilate & orate*: Certe ſolemnes orationes cum gratiarum actione ſunt referendæ, cum è ſomno ſurgimus, cum prodimus, cum cibum paramus ſumere, cum ſumpſerimus, & hora incenſi, cum denique cubitum pergimus, ſed etiam in ipſo cubiculo volo Pſalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice: vel cum euigilaueris, vel antequam ſopor corpus irriget, vt te in ipſo quietis exordio rerum ſecularium liberam cura diuina mediante ſomnus inueniat: Ambroſ. de Virginit. Lib. 3. *Ambroſ.*

Quemcumque oſculatus fuero: In his omnibus paſſionis eſt ordo, ſed in oſculo Iudæ hæc fuit ratio, vt doceremur omnes inimicos, eoſque quos ſciremus deſæuituros in nos eſſe, diligere: oſculum enim eius Dominus non reſpuit: Hilarius in Math. *Hilarius.*

An putas quia non poßum rogare patrem meũ? Non indigeo duodecim Apoſto-

lorum auxilio, etiamſi omnes me defenderent, qui poſſum habere legiones duodecim Angelici exercitus. Hieronymus. Vna legio apud veteres ſex millibus hominum complebatur.

Falſum teſtimonium contra Ieſum: falſum quidem teſtimonium, vt illis videbatur, verum erat teſtimonium: vt autem rei veritas erat falſum teſtimonium, vel etiam cum ſcirent quod aduerſus innocentem verum teſtimonium non inuenirēt, falſum requirebant. Euthimius. *A modo videbitis filium hominis ſedentem,* hoc eſt quē iām parui penditis videbitis ſtatim per totum orbem prędicari patri ęqualē, & ad dexterā eius ſedētē, ſed in fine ſeculi videbitis ſtatim per totū orbem prędicari patri æqualem, & in dextera eius ſedentem, ſed & in fine ſeculi
Idem. videbitis eum adeſſe iudicem veſtrum: & cæterorum: Euthimius.

Et iterum negauit cū iuramēto. Ambroſ.
Ambroſ. Exam. Lib. 3. Cap. 24. bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, & ante galli cātum labitur, & labitur etiam tertio, vt ſcias non inconſulta effuſione ſermonis eſſe prolapſum, ſed mentis quoque mu-

tatione turbatum: idem tamẽ poſt galli cantum fit fortior, & iam dignus quẽ Chriſtus aſpiciat, quia oculi Domini ſuper iuſtos.

Marc.14.

Iudæis in Chriſtum conſpirantibus, à muliere diſcipulis murmurantibus vngitur, Paſcha manducat, in monte orat, à Iudæis Iuda tradente vincitur, apud Cayphan accuſatur, & à Petro negatur.

Erat autem Paſcha: Feria 4. Conſilium conuenit, & propterea ieiunamus etiam 4. ferijs, illi quidem conſultabant ſolemnitatis tempus prætermittere, at nõ permiſſũ, ſed ipſe ſibi Paſſionis tẽpus ſtatuẽs in Paſcha crucifigi voluit. Theophylactus. *Prima Azimorum*, quarta decima menſis primi eſt quãdo Agnus immolatur, & luna pleniſſima eſt, & fermentũ abijcitur. Hieronym in Matth. *Geſſemani* dicendum eſſet Gotſemani, *Go* enim vallẽ, *Semen*, pinguedinẽ, eſt enim vallis pinguedinis ad radicem montis Oliuarum. *Abba* Syriacum eſt, Hebræi enim

Theophyl.

Abba.

ab patrem dicunt. *Vigilate & orate*: vbi ſibi de vigilando tantum, non etiam de orando diſcipulos admonet: ſolas liberi arbitrij vices videretur hortatus, ſed cum addidit ſatis docuit ſuperni futurum muneris, vt eos etiam vigilantes, tentationis procella non vinceret. Ambroſ. de vocat. Gent. Lib. 2. Cap. 9.

Ambroſ.

Ducite caute: miſer Iudas, & tamen nulli miſerabilis eadem infidelitate, qua magiſtrum & dominum tradidit, putabat ſigna quæ Saluatorem viderat facientem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta: & quia cum forte audierat in monte transfiguratum, timebat ne ſimili transfiguratione elaberetur è manibus miniſtrorum. Hieron. in Mat. cap. 26.

Hieronym.

Adoleſcens autem ſequebatur eum. Quidã itaque aiunt à domo illa fuiſſe adoleſcẽtulũ in qua Chriſtus Paſcha ederat. Alij autem hunc fuiſſe dicunt Iacobum fratrẽ Domini, qui etiã tota vita ſua vnica veſte vtebatur: circumamictus autem erat ſyndone ſuper nudũ, videlicet corpus, iuxta authoritatem Euthimij ſuper Math. 26.

Euthimius.

Ille autem tacebat: Chriſtus primo tace-

bat, vt manſuetudinis & patientiæ exẽplum daret. 2. quoniam accuſationes inductæ falſæ, & reſponſo indignæ: 3. quia cognouit quod quicquid reſponderet illi calumniarentur. Dionyſ. in Math. 25. *Dionyſius.*

Neq; ſcio, neq; noui: ſub ipſo Paſſionis tẽpore ab ancilla interrogatus eſt vnus ex diſcipulis B. Petrus peculiarius chriſto cognitus, ita reſpondit, nõ noui hominem iſtum, & iſte latro qui ante non nouerat clamat: Memento mei dum veneris in regnum tuum. quam ſingularis, & quam ſtupenda deuotio! ſub illo tempore credidit reus quo negauit electus. Euſebius Emiſſ. de B. latrone. *Euſebius.*

Luc. 22.

Iudas cum Iudæis ſuper Ieſu traditione paciſcitur, chriſtus cœna facta à Iuda poſt orationem in monte Iudæis traditur, ad Caypham ductus à Petro negatur, & facie velatus colaphis cæditur. *Summa.* Aug. tract. 62. in Ioan. Ecce vbi oſtenditur quod iam intrauerat Sathanas in Iudam, prius ergo intrauerat immitendo in cor eius cognitionem qua traderet chriſtum, talis enim iam venerat ad cœnandum, nunc autem poſt panem *Aug.*

intrauit in eum, non ad hoc vt alienum tentaret, ſed vt proprium poſſideret, non autem vt putant quidam negligenter legentes tunc Iudas corpus accepit: intelligendum eſt enim quod iam eis omnibus diſtribuerat Dominus ſacramentum corporis ſui, & ipſe Iudas erat, ſicut ſanctus Lucas narrat, ſed poſt ſumptam Euchariſtiam proditionem manifeſtat. *Symon, Ecce Satan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum*: Tertull. de fuga in perſecut. quod oſtenditur vtrumque apud Deum eſſe, & concuſſionem fidei & protectionem, cum vtrumque ab eo petitur, concuſſio à Diabolo, & protectio à filio: & vtique cum filius Dei protectionem fidei habet in ſua poteſtate quã à patre poſtulat.

Ecce duo gladij: Bernardus de conſiderat. Lib. 4. dicentibus Apoſtolis, Ecce duo gladij, hic non reſpondiſſet dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt: vterque ergo Eccleſię, & ſpiritalis, ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus eſt, ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum ſacerdotis & iuſſum Imperatoris. *Bernard.*

Oſculo filiũ hominis tradis: hoc eſt charitatis

riatis inſigne conuertit ad ſignum proditionis & infidelitatis, indicium pacis veteris ad officium crudelitatis. Amb. Exam.lib.6. cap. 9. *Ambroſ.*

Sinite vſq.huc, & cum tetigiſſet auriculam eius. Ambroſ. lib. 3, cap. 4. Qui latro deteſtabilior, quam perſecutor qui venerat vt Chriſtum occideret: noluit ſe Chriſtus perſecutorum defendi vulnere, qui voluit ſuo vulnere omnes ſanare.

Poteſtas tenebrarum: Euthim.in Luc. *Euthimius.* Tenebras hic vocat Chriſtus Diabolum, accepit enim & ipſe tunc poteſtatē aduerſus eum, ſimiliter autem & Pilatus cui dixit, non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: tunc autem ſimul omnes vim & poteſtatem acceperunt ipſum afflictionibus & morti ſubijciendi, vt impleatur diſpenſatio ſalutaris incarnationis.

Permiſit Chriſtus Petrum negare, vt ex eo diſceret miſericordiam facere.

Petrus fleuit amarè: Bonæ lachrymæ quæ culpam lauant, denique quos Ieſus reſpicit plorant delictum. Negauit primo Petrus, & non fleuit, quia non reſ-

pexerat Dominus, negauit ſecundo & nō fleuit,quia adhuc nō reſpexerat eum Dominus, negauit & tertio,& reſpexit Ieſus, & ille amariſſime fleuit. Auguſt.contra Pelagium & Celeſtinum. lib.1.capite 45. Ambroſ. in Luc. lib. decimo.

Ambroſ.

Si vobis me Chriſtum dixero non credetis mihi: Etenim deſpiciebat inſaniam eorum, intrepide eis loquebatur: hinc autem manifeſtum quod inobedientes nullam vtilitatem percipiunt, cum eis reuelantur myſteria, ſed maiorem cōdemnationem accipiunt, ideo occultanda ſunt,nam hoc maioris eſt miſeriæ. Theophylact. in Luc. 14. Leontidas apud Lacedæmones ſenator ante fores domus inſigne habuit; clauem nempe ſerpente amictam,quę extra tangens ferrum intima non penetrabat;peccatū à Petro factum perſonale fuit,& Eccleſiam non fœdauit aliquo modo.

Theophyl. *Leontidas.*

Ioan. 18.

Summa.

Egreſſus Ieſus in hortum à Iuda Iudæis traditur,ad Annam ductus interrogatur, cæditur,& à Petro negatur;à Pilato innocens repertus Barraba dimiſſo retinetur.

Vbi erat hortus: Igitur in horto delitiarum, ideſt in Paradiſo primus humani generis peccauit, & inde eiectus eſt in hanc vallem lachrymarum : ideò Chriſtus ſecundus Adam ſe in horto comprehendi voluit, vt peccatum quod in horto Paradiſi primus homo cōmiſit, deleret vltimus.

Quem quæritis? Chryſoſtom. de conuerſione Pauli : Iudæi audierunt alicubi vocem, cum egrederētur cum faſcibus & lampadibus ad comprehendēdum eum, putant enim ſeſe hominem parum adoriri.

Abierunt retrorſum : Ambroſ. de Ioſeph cap. 11. merito retro reuertebantur, quia in terrenam labem ab illa cælesti gratia decidebant.

Mitte gladium tuum in vaginam : Tuus ergo; & ipſe forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus, alioquin ſi ad te nullo modo pertineret, vt is dicentibus Apoſtolis : ecce duo gladij, hic nō reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt: Bernardus de conſiderat. libro quarto *Bernard.*

Et ligauerunt eum : Tenetur quidem

&ligatur ſecundum corporis veritatem: ſed væ illis qui ligant verbùm, verbum enim ligant qui tantummodo Chriſtum hominem putant, ligant qui pretium non putant, qui omnipotentem non confitentur. Ambroſ. in Luc.

Calefaciebat ſe: Quia patiebatur frigus non ſolum corporis, ſed fidei. Hier. in Ioan.

Hier.

Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: Cyprianus libro primo epiſt. 3. Cum tempore paſſionis alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis, cumque ei dixiſſet? ſic reſpondes Pontifici, aduerſus Pontificem Dominus contumelioſe nihil dixit, nec quicquam de ſacerdotis honore detraxit, ſed innocentiam ſuam magis aſſerens, & oſtendens: ſi male (inquit) locutus ſum.

Cyprian.

Adducunt ergo Ieſum à Caypha in prætorium: Non à prætorio ad Caypham, vt alij putant: Quam accuſationem adfertis aduerſus hominem hunc? Porro Pilato aliquanto humanior ipſe egreditur & quia Dominum vidit vinctum, non exiſtimauit hoc loco cauſam babere contra Chriſtum, ſed interrogat de cauſa vinculorum: At hi cum nihil

poſſent dicere : niſi hic eſſet malefactor (aiunt) non tibi tradidiſſemus eum, vides eos omni loco declinare accuſationes. Theophylactus in Ioan.

Nunc autem regnum meum non eſt hic: cum à principio interrogaſſet Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? ac reſpondiſſet Dominus, Regnum meum non eſt ex hoc mundo, ſeipſum regem oſtendiſſet, quanquam non terrenum; rurſum interrogauit Pilatus : Num itaque Rex es tu ? Ac deinceps ſe iterum eſſe oſtendit. Euthimius in Ioan. *Theophyl.*

Ecce Homo.

Humilis : Humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem : *Obediens*: Factus obediens: Manſuetus: tanquam agnus manſuetus ducetur ad *ad victimam* : oblatus : Oblatus eſt quia ipſe voluit. *Euthim.*

Veſtis Ioſeph diſcerpta & ſanguine tincta Iacob oblata quæ ei lachrymas extorſit.

Veſtis Iulij Cęſaris mucronibus tran-

fixa ſãguine madida ab Anthonio ſuper haſtam populo oſtenditur, vt compatiantur, vlciſcantur, & aduerſus Brutum & Caſſium armentur.

Oratores Romani. Solebant oratores Romani reos cum laceratis veſtibus, vxore & filijs in ſenatu offerre, vt iudices ad clementiã inducerent: contra aduerſarij in deteſtationem homicidij, trucidatum portabant, & offerebant pro tribunali cum vxore & filijs, vel hæc omnia in tabula depingi curabant vt mouerent iudices, ad puniendā facinora. *Quintilian.* Quintilianus recitat: Ingens plærumq. vis eſt, & populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæſaris prolata in foro cruenta. Immo & Iouem pingebant reos fulminantem.

Pilatus Chriſtum publice flagellatum protulit dicens, ecce homo: Qui vos creauit, qui Iſrael in Ægypto ſacro manna pauit, qui ſacrificium Melchiſedech implere voluit, qui panes propoſitionis ordinauit. Stabis & requieſces aliquantulum. & oſtenſa imagine ecce homo, vel ſanctiſſimo ſacramento cantabitur, Pange lingua glorioſi, vſque ad finem.

Math. 27.

Chriſtus ad Pilatum vexatus Iuda ſuſpenſo & Barraba dimiſſo damnatur, ad mortem trahitur, crucifigitur, & irridetur, moritur, à cruce demiſſus ſepelitur. *Summa.*

Parricida Abſalon fugiens per comam quercui adhæſit ſuſpenſus, in figuram Iudæ qui ſe laqueo ſtrangulauit, & animam per latus dum crepuit emiſit, quia non decebat per os exire, quo viaticum ſanctum indigne ſumpſerat, & Chriſto oſculum dederat. *Abſalon.*

Tymon Athenis hortum furcis oppletũ habuit, quas ante quã erueret, clamabat ne quis ſuſpendi vellet. Tunc videns Iudas de quo ſcriptum erat Hierem. decimo ſeptimo. Quod Iudæ peccatum ſcriptum erat ſtylo ferreo, & vngue adamantino, & propterea indelebile cum quo deſperans abijt. Euſebius de Demonſt. libro decimo, cap. quarto. *Tymon.* *Euſebius.*

Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Ecce acceperunt 30. *argenteos*, vbi diligẽter cõ-

ſiderabis, cum hæc non habeantur apud Hieremiam, non arbitrari oporteat ea per quandam malitiam ſublata eſſe, at verò librarij erratum fuiſſe, vt pro
Euthim. Zacharia iſtam poſuerit. Euthim. & Euſeb. vbi ſupra.

Denarij. Denarij quibus Iudas Chriſtum vendidit, erant vſuales Romani valentes ex noſtra moneta tres ſolidos cum dimidio: quare Chriſtus quinque libris, hoc eſt centum ſolidis venditus. Monetæ imago erat ex vna parte facies mulieris ſparſo crine, ex altera flos campanæ cum hac dictione Græca ῥόδινον: nec inſolitum dicere quia ager figuli non plus venditus, vbi vnus aut duo ad peregrinos ſepeliendos tumuli. Matthæus
Hieron. de icon. Tu es Rex Iudæorum, dixit illi Ieſus tu dicis: Hieron. in Matth. 27. ſic reſpondit vt & verum diceret, & ſermo eius calumniç non pateret, & attende quod Pilato qui promebat ſententiam inuitus aliqua ex parte reſponderit, ſacerdotibus autẽ & Principibus noluerit reſpondere, ſuo ſermone indignos iudicans.

Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populo vt peterent

Barrabam, quia Barrabas Patris filius interpretatur. Iam arcanum futuræ infidelitatis oſtenditur, Chriſto Patris filium præferendo, Antichriſtum, hominem ſcilicet peccati, & Zabuli filium, potiuſque adhortantibus Principibus ſuis eligunt damnationi reſeruatum, quam ſalutis authorem. Hilarius.

Cyrillus in Gen. Lib. 2. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: occiderunt enim omnium Dominum, atque præ nimia ſceleroſitate auſi ſunt dicere, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: At ſanguis Abel contra dumtaxat homicidam ſuum redundauit, Chriſti vero ſanguis pretioſiſſimus; Iudęorum immanitatem ingratitudinemque arguit, mundum tamen a peccato redemit cuius gratia effuſus eſt Illudebant ei: Pſal. opprobrium inſipienti dediſti me. Lactan. Diuin. Inſtit. Lib. 4. Cap. 29. Extendit in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, vt iam tunc oſtenderet ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum, ſub alis ſuas eſſe venturum: & ſignum illud maximum atque ſublime frontibus ſuis *Cyrillus.* *Lactātius*

ſuſcepturum.

Alios ſaluos fecit: Euthim. in Math. Similiter propter blaſphemiam dicit: nam & hi quoque blaſphemis eum impetebant, & alijs verbis: dixerunt autem, alios ſaluos fecit, &c. miracula eius calumniantes tanquam præſtigijs facta fuerint.

Euſebius. A Sextâ autem hora tenebræ factæ ſunt. Euſeb. Emiſſ. Hiſt. Eccleſ. Cum Iudæis ſalutare lumen illuxiſſet, ipſique potius tenebras quam lumen amplexi eſſent, hoc quod ab ipſis electum eſt ipſorum terram inuaſit. Emiſit ſpiritum: completis 33. annis & 3. menſibus ab ortu, ab incarnatione vero 34. annis integris.

Exeuntes de monumẽtis. Regrediens ergo Dominus poſt tertiam diem, fructus ſecum triduanæ peregrinationis viuentibus reportauit, & vt eum de inferis egredi crederent, teſtes ſecum ad ſuperos præcones ſubactæ mortis exhibuit. Euſeb. Emiſſ. Homil. de paſc ha.

Chryſoſt. Chryſoſtom. in Matth. 17. Diſcipuli fugiunt, mulieres permanent: ſoror matris eius, hanc enim Iacobi appellat.

Ioſeph ab Arimathia habet Apoſto-

lorum ſpeciẽ, & idcirco licet in duodecim Apoſtolorum numero non fuerit, diſcipulus Domini nuncupatur. Hilarius in Math. 27.

Euſebius Emiſſ. Homil. 9. quid mirum ſi Dominus ad diſcipulos glorificatum Corpus clauſtris ſtupentibus intro miſit, qui illæſo materni pudoris ſignaculo ianuam huius mundi intrauit, cuius ortum natura neſciuit, non dubites ſi potentiam exercere debeas triũphantem, quem tu tam ſtupenda perſpicis egiſſe naſcentem: quæ cum ita ſint, quomodo eum repellere potuit obiectum repaguli, quem non coercuerat pondus ſepulchri? *Euſebius.*

Chryſoſt. Miles parat gladium euaginatum, & idem certans vna manu tenet vaginam, & altera gladium: Deus humanitatem aſſumpſit quam numquam dimiſit in cruce, filius Dei eduxit gladium de vagina, vna manu tenebat animã in lymbo, & altera corpus in ſepulchro: hoc ſimile fuit chordę arcus quę integrum & per medium ruptum partibus ſeparatis etiam tenet. Corpus Chriſti in ſepulchro incorruptum remanſit. Pſal. Non dabis Sanctum tuum pati *Chryſoſt.*

corruptionem.

Caluinus. Caluinus blaſphematur Lib.2. Inſtit. Cap.16. Sect. 11. ſuper hæc verba: Heli Heli Lamazabathani, dicens Chriſtum in voces deſperationis irrupiſſe. Item inconſulto in horto oraſſe cum dicta retractauerit. Vult eum in corpore pro corporibus, & in anima pro animabus tormenta perditi & à Deo derelicti hominis ſuſtuliſſe. Dom.10. Catechiſmi.

Marci. 15.

Summa. Pilato ſiſtitur, dimiſſo Barraba morti adiudicatur, crucifigitur, ridetur, expirat, atque à cruce demiſſus cum honore ſepelitur. Hilarius in Matth. 26. Traditur deinde Pilato gentium iudici, *Hilarius.* non enim iudicari reus poterat ex lege, ipſe ſine dolo atque peccato.

Tu es Rex Iudæorum. Pilato nihil aliud interrogante criminis, niſi vtrum Rex Iudæorum ſit, arguuntur impietatis Iudæi, quod ne falſum quidem inuenire potuerint quod obijcerent Saluatori. Hieronymus in Matth. 27.

Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? *Hieron.* Theophylactus in Marc.15. Vide autem ſanguinarias Iudæorum mentes, & Pilati mo leſtiam, quamuis etiam ipſe con- *Theophyl.*

demnationem mereatur, eo quod non ſtrenue iuſtum defenderit: nam illi clamabant vt crucifigeretur, ille vero licet mollius tētabat Ieſū eripere à condemnatione, propterea iterum rogat, quid faciam de Ieſu?

Angariauerūt Symeonē Cyrenæū, nō quod Chriſto propriam crucem baiulanti ac laſſo compateretur, ſed nimia credulitate & crudelitate timentes ne Ieſus ſub onere crucis ſuccumberet, & antequā crux figeretur obiret. Dionyſ. Carthuſ. in Marc. 15. *Dionyſ.*

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt: Quomodo igitur hora ſexta iuxta cæteros? quia hora tertia iudicatus eſt morti, & ideo mortuus in hac hora dicitur: hora autem ſexta crucifixus, hora nona expirat. Alios ſaluos fecit: O inſani ſceleſtique homines! an prophetæ non erāt Prophetæ, & iuſti quos occidiſtis iuſti non erant, quoniam Deus à periculis nō eripuit; imo vero erant, etiamſi à vobis iniuria vexabantur. Quid igitur huic amentiæ veſtrę æquale excogitari poteſt? Chryſoſt. in Matth. 27.

Greg. Nazian. in ſanctum lauachrum: *Greg.* equidem temporis illius multa extitere

miracula, Deus crucifixus, ſol obſcurat' & rurſus illuminatus, oportebat creaturas creatori compati.

Ioſeph ab Arimathia munda ſyndone inuoluit corpus Ieſu, & quidem in hoc eodem linteo reperimus dè cælo ad Petrum vniuerſorum animantium genera ſubmiſſa, ex quo forte non ſuperfluè intelligitur ſub lintei huius nomine cōſepeliri Chriſto Eccleſiam, qui tum in eo, tum in confuſionem Eccleſię mundorum atque immundorum animalium fuerit congeſta diuerſitas. Hilarius in Math. 27. c. 9. Hæc ſyndon ſeu ſudarium Taurini in Pedemonte à Duce Sabaudiæ honorifice cuſtoditur, & reuerenter monſtratur.

Luc. 23.

Summa. Pilato mane præſentatus, & interrogatus, innocens reperitur, attamen Barraba dimiſſo, crucifigendus traditur, Cruci affixus ridetur, moritur, deponitur, ſepelitur. *Veſtes Pompeij.* Viri Pompeij veſte viſa ſanguinolenta, Iulia coniux concidit, partumque effudit. Val. Max.

Ioan. 19.

Chriſtus flagellatus coronatur, morti addictus inter duos crucifigitur; diuiſis veſtimentis matrem commendat Ioanni. Potatus ſpiritum emiſit, aperto latere depoſitus ſepelitur. *Summa.*

Ordo Sancti Benedicti Frontis Vallis fundatur ſuper hæc verba: Mulier, ecce filius tuus, deinde dixit diſcipulo, Ecce mater tua.

Crux Domini Palma, Cedrus, Cupreſſus, oliua. Crux clauis cœli Iſai. 22. *Vectis Arcæ* Exod. 25. *Nauis maris.* Iſai. 60. *Arbor Danielis*: Daniel. 4. *Palma fructuū.* Cant. 7. *Baculus Iacob, quo Iordanem tranſiuit.* Gen. 32. *Speculum imitationis.* Sap. 7. *Aſcenſionis ſcala, hamus quo Leuiatham capitur.* Iob. 4. *Torcular quo Chriſti ſanguis exprimitur.* Iſai. 63. *Cythara qua dæmon Saulis compeſcitur.* 1. Reg. 19. *Palus in quo ſerpens æneus ſuſpenditur.* Num. 21. *Tau quo frontes fidelium ſignantur.* Ezech. 9. *Candelabrum quo tabernaculum illuminatur.* Exod. 25. *Lignum aquas Marath dulcorans.* Exod. 15. *Virga Moyſi per mare rubrum populum Dei ducens.* Exod. 14.

Iſai. 22. *Exod.* 25. *Iſai.* 60. *Daniel.* 4. *Cant.* 7. *Iob.* 4. 1 *Reg.* 19. *Num.* 21. *Ezech.* 9. *Exod.* 15. *Exod.* 14.

Gladius impium Goliath decapitans. 1. Reg. 17. *Vexillum ad pugnam ſpiritualem colligens.* Numeri. 2. *Cathedra diſcipulos*
Heſter.6. *Chriſti erudiens* Ezechiel. 28. *Æquus* Dei
Ioſue.8. *amicos honorans.* Heſter. 6. *clypeus Ioſue Hai impugnans.* Ioſue. 8. *Liber myſteria profunda continens.* Deut. 31. *Altare acceptiſſimam oblationem ſuſcipiẽs, omne lignum paradiſi Dei non ei aſſimilatum, quoniam*
Ezech.31. *ſpecioſum fecit eum ex multis frondibus.* Ezechiel. 31.

Stationes Paſſionis.

1. A Cœna ad hortum.
2. Ab horto ad Annam.
3. Ab Anna ad Caypham.
4. à Caypha ad Pilatum.
5. A Pilato ad Herodem.
6. Ab Herode ad Pilatum.
7. A Pilato ad Crucem & tumulum.

Septem Verba à Chriſto in cruce dicta.

1. Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.
2. Hodie mecum eris in paradiſo.
3. Mulier ecce filius tuus, deinde dixit diſcipulo, Ecce mater tua.
4. Sitio.
5. Heli Heli Lamazabathani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliqui-

reliquiſti me?

6. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

7. Conſummatum eſt.

Fiat aproſtrophe ad crucem, quam denudabis vt adoretur, & tandem populo dabis benedictionem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Digitized by Google

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

Surrexit,non eſt hic. Marc. vltimo.

Cymbri. CYmbri antiquitus in occaſu ſolis funebria & luctuoſa agebāt, in ortu autem lętabantur, & incredibili gaudio transfundebantur: En ſol iuſtitiæ Christus Deus noſter occubuit, & triduo ecclipſim eius luximus, nunc vero in hemiſphærium noſtrum rediens hilares & lætos nos efficit: oritur tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſal. 117. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Hodie prophetia impletur. *Pſal. 29.* Pſ. 29. *Ad veſperū demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia*: Sol qui occiderat oritur ex alto, Chriſtus mortuus reſurrexit.

Digitized by Google

Aue Maria.

INter mirabilia diuinæ ſapiẽtiæ opera, quibus vniuerſa in hoc mundo regit & gubernat, illud quodammodo non minus mirabile videtur, quod nunquam gaudium præcedit triſtitiam, ſed ſemper triſtitia præcedit gaudium. Tob. 3. *Poſt triſtitiam & lachrymas gaudium infundis*: Et eſt hęc lex diuinæ non ſolum ſapientiæ, ſed etiam iuſtitiæ contra legem mundanæ iniquitatis & nequitiæ poſita. Lege ſeculi verecundiam præcedit gratia, & honor, ſicut grandinem anteit coruſcatio. Eccl. 32. Extrema gaudij humani occupat luctus: lege vero diuina triſtitiam gaudium ſequitur. Moribund⁹ Saluator ait, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, nunc reſurgens à mortuis gaudio vniuerſæ creaturæ eſt circundatus, omnes enim qui tunc ſecum triſtabantur & compatiebantur, nunc immenſo gaudio gauiſi ſunt. Angeli gaudent, quia primi reſurrectionem norunt

Tob. 3.

Angeli gaudent.

Ioan. 20. & mulieribus mœſtis nunciant: Gauiſi ſunt Apoſtoli viſo Domino. Ioan. 20. gauiſæ ſunt mulieres, Maria Virgo, Magdalena, & aliæ; ſancti Patres in lymbis tenti, quia inde eruti. 1. Petr. primo.
1. Pet. 1. *Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti*: Omnibus igitur creaturis, ſtatibus, ordinibus, offcijs, dignitatibus Chriſti reſurrectio gaudium eſſe debet, quia ad omnium vtilitatem ſurrexit.

Surrexit, non eſt hic, Marci vltimo. Chriſtus à mortuis tertia die ſuſcitatur reſumendo corpus, non tale quale prius habuit, ſed impaſſibile, & immortale: caro enim Chriſti quæ in natiuitate floruit, in paſſione aruit, per gloriam reſurrectionis refloruit, & renouata eſt vt aquilæ iuuentus Chriſti. Pſal.
Pſal. 102. 102. Tunc Leo catulum ſuum ſuſcitauit:
Gen 49. Gen. 49. tunc Phœnix reuixit : tunc ex Hieremiæ. decimo octauo. Figulus ex eodem luto fracti vaſis fecit vas aliud, ſicut placuit in oculis eius: tunc Ionas de ventre ceti illæſus tranſiuit: Ionæ. 2. Tunc veſtitum eſt cande-

labrum auro: Exod. 37. Tunc ſuſcitatum eſt tabernaculum Dauid quod cecidit. Amos nono. Tunc refulſit ſol qui prius erat in nubilo. I. Mach. 16. Tunc viuificatum eſt granum frumenti quod cadēs in terram mortuum fuerat Ioan. 12. Tunc ceruus reſumpſit cornua: tunc Sanſon tulit portas Gazan cum poſtibus: Iudic. 16. tunc Ioſeph eductus de carcere tondetur, & conſtituitur Dominus Ægypti: tunc conſcidiſti ſaccum meū, & circundediſti me lætitia.

Exod. 37.
Amos. 9.
Ioan. 12.
Iudic. 16.

Surrexit, non eſt hic: Dominus probauit reſurrectionē ſuam eſſe veram per Angelos qui non mentiuntur. Matt. 28. per inimicos, quorum validiſſimum eſt teſtimonium. Matth. 28. Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerdotum. Probauit in eodem corpore in quo paſſus eſt, factam, & hoc per oſtenſionem cicatricum: item probauit eam fuiſſe in corpore glorificato vnito deitati, & hoc per ingreſſum in domum ianuis clauſis.

Matth. 28.

Item probauit eam multis apparitionibus: Apparuit enim ipſa die reſur-

Apparitiones.

rectionis quinquies : Primo Mariæ Mag
Ioan.20. dalenæ Ioan. 20. Mulier quid ploras? Secundo mulieribus à monumēto redeūtibus. Matth. vlt. 3. duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Luc. vlt. 4. Petro,
Luc.24. ſed non inuenitur modus. Luc. 24. 5. diſcipulis congregatis propter metum ianuis clauſis, quando Thomas non fuit cum eis. Ioan. 20. Secundo diſcipulis piſcantibus ad mare Tyberiadis.
Ioan.21. Ioan. 21. 3. diſcipulis in monte Thabor. Matth. vlt. 4. in Hieruſalem. 5. Dum comedit cum diſcipulis
Act.1. medit cum diſcipulis Actor. 1. Multis de cauſis ſurrexit Dominus, vt ſcripturas
Luc.18. impleret: Quando enim Dominus dixit: Ecce aſcendimus Hieroſolymam Luc. 18. ſubiunxit, & tertia die reſurget, vt nos ad ſurgendum ſpiritualiter prouocaret: quia turpe eſt vt ſedeat ſeruus, quando coram eo ſurgit Dominus, vt futuram reſurrectionem eſſe probaret, vt potentiam ſuæ diuinitatis oſtenderet, quia mortuos ſuſcitare non eſt opus naturæ, ſed potentiæ diuinæ: non enim datur regreſſus à priuatione ad habitum, vt nos ad contemptum terrenorum pro gloria adipiſcenda animaret.

Surrexit Chriſtus velociter,quia tertia die,primę Corinth. decimo quinto. Ioan. vigeſimo. Nam ſicut ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, & ſicut ſalua virginitate de vtero matris prodijt; ſic eũ mortuũ nec petra in qua iacuit,nec militum cuſtodia valuit retinere: integraliter ſurrexit,quia in corpore & anima: Socialiter,quia multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt: Æternaliter. Rom. ſexto, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur: Similiter ſurgendum eſt nobis ſpiritaliter,ſicut eis modis reſurgemus die iudicij corporaliter.

Reſurrectio Chriſti cauſa eſt & figura noſtræ reſurrectionis ſpiritalis. Philipp. tertio, cauſa dico motiua,& hoc dupliciter: quia cauſa motiua eſt in comparatione noſtri. Dum enim conſideramus gloriam reſurrectionis Chriſti, mouemur ad ſurgendum in nouitate vitæ: Item cauſa motiua eſt, in conſideratione Dei Patris, quoniam Pater dans reſurrectionem Filio, mouetur ad dandã eandem gloriam ſuis fratribus, ſicut Rex quando facit filium ſuum militẽ,

filii amore mouetur, vt cum eo faciat multos milites. Sicut Chriſtus ſurrexit in nouitate vitæ, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Item ſicut diem reſurrectionis Ieſu Chriſti præceſſit dies mortis in paraſceue, & dies quietis in Sabbatho ſequenti, ita gloriam reſurrectionis noſtrę precedat in nobis mortificatio membrorum & vitiorum; & quies contemplationis æternorum. Notate quod ſicut duplex eſt mors; animæ per culpam, & corporis per extinctionem: ita duplex eſt reſurrectio; animæ per gratiam, & corporis per gloriam: & ſicut animæ mors cauſabit reſurrectionem corporis glorioſam.

Sciendum autem quod quidam reſuſcitantur ficte ſicut Samuel, qui licet vere Sauli apparuerit. 2. Reg. 27. non tamē vere reſuſcitatus fuit, vt quidā dicunt. Poëtæ in cōuiuio Deorū Pelopē à Tātalo propinatū coctū ſuſcitatū referūt, excepta coxa quæ à Minerua ei eburnea ſuppletur. Quidā imperfecte ſuſcitātur, ſicut Lazarus iterum moriturus. Quidā perfecte, ſicut Chriſtus ſemper victurus.

1. Reg. 27. *Pelops.*

Prima reſurrectio ſignificat cōuerſio-

nem ſeu pœnitentiam hypocritarum 2. recidentium 3. perſeuerantium. Sybillę oraculum Reſurrectionem Ieſu Chriſti præcinuit.

Triduum ſopitus à mortuis egreſſus in lucem veniet. Lactan. Diuin. Inſtit. Lib. 4. Cap. 9. Idem Ioſephus Lib. 18. Antiquit. Iud. Cap. 4. Chriſtus hic erat, quem Pilatus cum addixiſſet cruci, apparuit tertia die viuus, Surrexit, non eſt hic: per hoc enim confutatur mendacium Iudæorum dicentium Chriſtum eſſe ſubſtratum, & veritas fidelium. *Lactātius.* *Ioſephus.*

Circa quod ſciendum, quod Iudæi audientes Cuſtodes prædicare Chriſtum reſurrexiſſe, inierunt conſilium dantes pęcuniam copioſam militibus cuſtodibus, vt dicerent quod eis dormientibus diſcipuli eſſent furati corpus eius; ſed hoc falſum eſt propter plura.

1. Quia diſcipuli erant homines pauperrimi, & Idiotæ, ideo non audebant appropinquare ſepulchro. Ex quo enim tantum timuerunt eo veniente, vt eo relicto omnes fugiſſent, quanto amplius poſt mortem? 2. Quia lapis magnus aduolutus nō potuit amoueri ſine ſtrepitu quin ſuo ſonitu cuſtodes excitaſſet dor-

mientes circa ſepulchrum. 3. quia ſi voluiſſent furari, hoc feciſſent prima nocte ſepulturę, quando nullus ahuc erat cuſtos. 4. quia nouus modus furandi eſſet, mortuum abſque linteaminibus aſportare. 5. quia mirum eſſet quod tantam nacti eſſent opportunitatem aſportandi quod denudaſſent corpus, cui fortiter inheſerant linteamina cōglutinata vnguentis myrrhæ & aloes. 6. quia nemo fur ſic ſtultus inſanit, vt circa rem ſuperfluā occupetur, cuiuſmodi eſt linteamina conuoluere & complicare, & ſudarium ſimiliter.

Myrrha. Aloes.

Ex quibus omnibus patet mendaciū Iudęorum, per hoc quod dicunt ideo Chriſtum non reſurrexiſſe, quia non eſt inuentus in ſepulchro, ſed potius eſſe furatum. Et ex hoc è contra patet fides veritatis Chriſtianorum, dicentium Chriſtum vere reſurrexiſſe, ideo quia non eſt inuentus in ſepulchro iuxta verba Angeli dicentis: ſurrexit, non eſt hic: Ecce locus &c.

Ioan. 20.

Circa quod ſciendum, quod velit nolit audire perfidus Iudæus, neceſſario reſurrexit Chriſtus iuxta illud Ioan. 20. oportuit Chriſtum reſurgere ſecun-

dum ſcripturas, & hoc multiplici ratione: primo quidem propter dignitatem ſuę ſanctificationis,neque enim dignum erat vt Sanctus Sanctorum tandiu in puluere maneret.

Act.2. *Deus ſuſcitauit Ieſum ſolutis doloribus inferni*, iuxta quod impoſſibile erat teneri eum ab eo. 2. Oportuit eum reſurgere propter obedientiam paſſionis Philip.2. factus eſt obediens vſque ad mortem, ſequitur propter quod & Deus exaltauit illum, in reſurrectione ſcilicet. 3. Oportuit eũ reſurgere propter eius vtilem dominationem: Rom. 14. In hoc Chriſtus reſurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. *Act.2.* *Philip.2.* *Rom.14.*

Cum ergo iaceret mortuus, adhuc non poterat dici Dominus mortis, ſed ſubditus. Rom. 6. Mors illi vltra non dominabitur. Quarto oportuit eum ſurgere propter Euangelij prædicationem: ſi enim nõ reſurrexiſſet,nullus auſus fuiſſet prædicare remiſſionem peccatorũ in nomine eius. Luc. 24. oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis, & prædicari pœnitentiam in remiſſionem peccatorum in omnes gentes. 5. Oportuit Chriſtum reſurgere propter noſtrã *Rom. 6.*

Rom. 4. iuſtificationem. Rom. 4. Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram. 6. Oportuit eum reſurgere propter fidei confirmationem, quia niſi reſurrexiſſet, nequaquā filius Dei crederetur: ob id ait Apoſtolus: dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ideſt Dei: hoc nomen quod poſſit vere dici filius Dei, non quod ipſum ante non habuit, ſed quia mundo

1. Cor. 15. ignotum fuit. 1. Cor. 15. Si Chriſtus non ſurrexiſſet, vana eſſet fides noſtra. 7. Surrexit propter ſpei eleuationem, quia ſi caput reſurrexit, non remanebunt mē-

1. Petri. 1. bra 1. Pet. 1. Regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti. 8. Oportuit eum reſurgere propter noſtrā reſurrectionem in corpore: ſi enim non reſurrexiſſet, gloriam quidem beatę viſionis potuiſſent habere fideles in anima merito paſſionis eius, ſed gloriam corporis reſurgentis nunquam habuiſſent, quia reſurrectionē Chriſti oportebat eſſe cauſam noſtrę reſurrectionis. 1. Cor. 15.

1. Cor. 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus.

Ex his omnibus infero, quod ſi participes reſurrectionis Chriſti eſſe cupimus,

& cum eo in gloria regnare volumus, neceſſe eſt primo, vt cum ſanctis mulieribus non vacui, ſed cum aromatibus bonorum & odorantium operum ad Chriſtum accedamus.

Sunt autem tria vnguenta mentis, cō- *Tria vnguenta.* tritionis quæ conficiuntur amariſſimis ſpeciebus, ideſt ex cōmunibus miſerijs peccatorum proximorum, & vnguenta deuotionis, quæ conficiuntur ex pretioſiſſimis ſpeciebus, ideſt omnibus beneficijs diuinis. Pſal. *Introibo in potentias domini, domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.* Vnguenta linguæ ſunt confeſſio ad accuſandum ſeipſum, exhortatio ad ædificandum proximum, gratiarum actio ad laudandum Deum. Vnguenta manuum ſunt opera miſericordiæ tam corporalia quam ſpiritualia.

Cum iſtis autem vnguentis non eſt tardandum, ſed feſtinandum & ſurgendum valde mane: Eccl. 5. Ne tardes cō- *Eccl. 5.* uerti ad Dominum: ſed quam primum ſol intelligētiæ nobis lucet, ſtatim properemus, quatenus Chriſtum, qui eſt vita noſtra, reſurrexiſſe credamus.

Et valde mane vna ſabbathorum mulieres venerunt ad monumentum orto

iam ſole. Deuotio mulierum in tribus maxime apparet. 1. Quod triduanum mortuum contrectare non horrebant. 2. Quod non vererentur cuſtodes armatos. 3. Quod ſcirent ſepulchrũ clauſum grandi lapide. 4. Non timebant frangere ſigilla Pilati & Pontificum quibus ſignatus erat lapis. 5. Non expectauerunt diem: valde mane vna Sabbathorum: Valde mane, orto ſole, hoc eſt diluculo.

Surrexit, non eſt hic: vnum confirmabat Angelus, ſcilicet quod ſurrexit: alterum vim probationis, negabat ſcilicet quod non eſſet in ſepulchro. Et vere non fuit in ſepulchro per præſentiam humanitatis, qui iam ſurrexerat ad gloriam maieſtatis.

Et vt probaret ſe verum dicere, deſcendit ad ſingularem demonſtrationem dicens: Ecce locus vbi poſuerunt eum. ſi verbis meis non creditis, ſaltem vacuo credatis ſepulchro; circa quod ſciendum quod Chriſtus ſuam reſurrectionem hac de cauſa multiformiter probauit. Prima probatio fuit lapidis remotio: quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & ſequitur, vide-

runt reuolutum lapidem 2. probatio fuit linteaminũ & ſudarij ablatio: Ioan. 20. Petrus & Ioannes viderunt linteamina, & ſudarium in vnum locum poſita. 3. per tactum Magdalenæ. 4. per fractionem panis. Luc. vlt. 5. Angelico teſtimonio: ſurrexit, non eſt hic. Ioan. 20. dicitur quod fuerunt duo Angeli. *Ioan. 20.*

Angelus autem bonus efficax teſtis eſt, quia mentiri non poteſt, licet autem & poſtea multis argumentis, ſeu ſignis viſibilibus hoc idem Chriſtus probauit, tamen iſta ſunt ipſa die reſurrectionis facta, ad ſignificandum iſta eſſe neceſſaria omni communicanti.

Primo enim verus communicans debet habere lapidis reuolutionem, ideſt remotionem duritiei cordis, & obſtinationis eius: nam in cor inueteratum nõ deſcendit gratia. Sap. 1. non habitabit in corpore ſubdito peccatis, ideo de electis dicitur Ezechielis. 11. Dabo eis cor nouum, & ſpiritum nouum tribuam eis, & auferam ab eis cor lapideum: nec aliter ſuſcitatus eſt Lazarus, niſi prius amoto lapide. Ioan. 11. Lapideum cor ſecundum Bernardum, quod nec compunctione mollitur, nec nimis conteri- *Sap. 1.* *Ezech. 11.*

tur, nec beneficijs allicitur, paratum ad flagitia, ingratum ad beneficia 2. Neceſſaria eſt communicanti ad probandum ſinceritatem ſuæ conſcientiæ, & veritatem ſpiritalis reſurrectionis linteaminum, & ſudarij ablatio: ſicut enim tunc Angelus abſtulit linteamina & ſudarium, quibus corpus Chriſti erat inuolutum, vt nudum appareret & vacuum ſepulchrum: ſic neceſſe eſt omni communicanti auferre velamina circunſtantiarum, & oſtendere nuditatē peccati: Prouerb. 28. qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. 3. Eſt tali homini neceſſarium probari per tactum, ideſt reprehendi à prælato, accuſari à proximo, flagellari à Deo: ſic enim probat Deus electos eſſe filios ſuos. Gen. 27. Dixit Iſaac ad Iacob: accede ad me fili mi vt tangam te, & probem te ſi tu es filius meus. Apoc. 3. Quos amo arguo: quod contra de reprobis dicitur; argue ſtultum & oderit te: Prouerb. 9. & Eccleſ. 32. homo peccator vitabit correctionem. 4. Neceſſe eſt probari talem hominem per fractionem panis: ſcilicet per largitionē eelemoſynæ Iſai. 58. Frāge eſurienti panem tuum. Quinta probatio

Prouer. 28. *Gen. 27.* *Apoc. 3.* *Prouerb. 9.* *Iſai. 58.*

batio eſt teſtimonium ab his qui foris ſunt, & præcipue à viris Angelicis, ſcilicet Prædicatoribus, Prælatis, Doctorib⁹, Confeſſoribus diſcretis. Quem enim ipſi approbant dignum communione, approbatus eſt. Matth. 16. quodcumque ſolueritis ſuper terram erit ſolutum & in cælis. *Matth. 16.*

His enim argumentis comprobatur quia vere ſpiritaliter reſurrexit. Sed quia hic dicitur per Angelum de Chriſto: quia non eſt hic: Vnde merito quæritur vbi tunc poſt reſurrectionem erat? Reſpondeo, quia ex quo corpori glorificato nõ debetur determinatus locus hic inferi⁹, quod Chriſtus erat tunc vbi volebat, & forte cum ſanctis qui cum eo ſurrexerũt erat in ampliſſimis finibus orbis, & extremis maris, vel forte habitabat in Paradiſo terreſtri.

Sed tres difficultates emergunt. Prima, quomodo poteſt verificari illud dictum Anſelmi: quod Chriſtus ſemel aſſũpſit nũquã dimiſit, ſi non fuerit homo in triduo. Dicendum primo quod intelligitur de partibus principalibus, non de toto, cuiuſmodi eſt humanitas: aut partibus minus principalibus, cuiuſmodi eſt

raſio vnguium, aut aliquid ſanguinis eius qui in aliquibus locis reperitur .2. Dicendum quod intelligitur, quod non dimiſit ſimpliciter, ſcilicet hominē, quaſi homo quem aſſumpſit eſſet in rerū natura, & non ſecum vnitus. Secunda difficultas eſt de illa authoritate. Iob.13. in profūdum inferni deſcēdit anima mea, & ita cum Iob fuerit ſanctus, non dubium quin per Chriſtum fuerit liberatus: ex quo videtur animam Chriſti in infimum inferni deſcendiſſe: dicendum iuxta Theologos, infernum hic æquiuoce dici in iſta authoritate.

Iob.13.

Triplex infernus

Hinc obſeruate infernum tripliciter vſurpari. Primus infernus eſt aer caliginoſus, in quo eſt habitatio dæmonum, & dicitur profundus: Secundus hic mūdus, & dicitur profundior: Tertius locus ſubterraneus comprehēdens infernum damnatorum , purgatorium , ſinum Abrahæ, & Lymbum puerorū ſine baptiſmo decedentium : Ad ſinum Abrahæ & Lymbum Patrum dicitur anima Chriſti deſcendiſſe: iſta quatuor receptacula ſunt infernus profundiſſimus. Tertia difficultas vbi collacata Chriſti anima aſcēdentis in cælū: vero verius eſt

primas ſuper omnem creaturã ſedes occupare. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.

Pſal. *Exurge pſalterium & cythara, exurgam diluculo, ſalue feſta dies toto venerabilis æuo: qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.* In reditu prodigi ſpiritalis reſuſcitati pater lętabatur: in reſurrectione Chriſti gaudendum eſt, & hilariter cantandum reaſſumptum canticum Alleluya. Dum Iacob vidit Ioſeph gauiſus eſt Gen. 45. ſufficiat mihi, filius meus Ioſeph viuit: Eccleſia poteſt hilari iubilo canere, Chriſtus meus reſurrexit, viuit.

Ex Sigonio & Durando conſtat Angelos docuiſſe & ortum dediſſe cãtico: *Regina cæli lætare Alleluya.* Canit clerus: in reſurrectione tua Chriſte, cæli & terra lætantur. Tob. 3. Sarra filia Raguelis dicebat: Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum exultationem infundis. *Regina cæli.*

Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitũ tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti, vota noſtra quę

præueniendo aſpiras, etiam adiuuando proſequere, qui ſolemnitate paſchali mundo remedia contuliſti, populum tuum quæſumus cęleſti dono proſequere, vt & perfectam libertatem conſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternam. Amen.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

Peregrinatio ſtabilitate melior.

PEregrinus dicitur proprie, qui cauſa deuotionis alienas luſtrat Eccleſias, tales ſunt ſub protectione Eccleſiæ, & qui tales rebus ſuis ſpoliat, dicitur excommunicari: Hodie iuxta bullam in cœna Domini laxatam, excommunicati ipſo facto ſunt, & à Papa ſolum abſoluuntur qui Romipetas ſpoliant. Ieſus Chriſtus ſanctificauit & approbauit peregrinationes, quæ ſtabilitate meliores vbique ſunt.

Aue Maria.

Caluinus.

QVamuis caninis latratibus perſtrepentes, ac patulis rictibus mordentes, Ioãnes Caluinus inſtitutionis Chriſtianę lib.1.cap.11. ſect.10. nec non Eraſmus in epiſtola ſui Enchiridij dedicatoria, calumniētur peregrinationes ſacrorum locorum, eſſe cultum inutilem, religionemque ſuperſtitioſam, tamen ſancti & docti Patres nihil prius vtiliuſque cognouerunt, quam intimo cordis affectu inuiſere ſacra limina Petri Apoſtoli, aliorumque ſanctorum, quorum reliquias aut iconas in hoc vel illo loco ſacraſancta conſeruat Eccleſia : Ieſus Chriſtus diſcipulis duobus Luca & Cleopha euntibus in Emaus poſt reſurrectionem in ſpecie peregrini apparere dignatus eſt.

Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & hæc ignoras. Luc. 24. Immo ipſis priſcis veteris teſtamenti patribus, hic cultus plurimum fuit cordi, quando tribus in anno vicibus magno prolixi itineris labore apparere debuerunt iuſſu diuino

Hieroſolymis Exod.34. Rebecca quo- *Exod.34.*
que Gen. 25. perrexit vt conſuleret Do-
minum ad aram Abrahæ, vbi orationes
fundere conſueuerat, teſte Aug. l.quæſt.
ſuper Gen. cap.72. Gen.23. Caleph quo-
que gratia deprecationis peregrinatus
fuit ad mauſolea Patriarcharum princi-
palium, quorum corpora tumuli pene-
tralibus incluſa requieſcebant in Hebrō,
& quemadmodum inſinuatur Ioſue.14.
quando dicitur in ſingulari numero, ter- *Ioſue 14.*
ra quam calcauit pes tuus erit poſſeſ-
ſio tua. Et Num. 13. & aſcenderunt per
meridiem exploratores ſcilicet, & ſub- *Numeri.13*
ditur in ſingulari: & venit, nimirū ſolus
Caleph in Hebrō, vt manifeſte patet ex
Hebraica veritate, quæ ſic habet, Vai-
ialon Bannegebh Vaiiauo, quia ſecun-
dum Rabbi Salomonis elucidationem,
& V. Patris Nicolai Lyrani expoſitio-
nem, ſolus Caleph properauit in Hebrō *N. de Lyra*
oraturus ad ſepulchra patrum, quatenus
eum Dominus cælica fiducia præueni-
ret, firmaretque, ne aliorum explorato-
rum vulgaribus hominibus timorem i-
nutilem incutientium deceptionibus,
à recto veritatis tramite deterrere-
tur.

Haud diſſimili religionis affectu fecit
Abſalon. Abſalon quando dixit 2.Reg.15. Vadam & reddam vota mea quæ voui Domino meo in Hebron: cui ſuffragatur in eũdem locum Augelomi cõmentarius, intelligentis prædictam ſententiam de peregrinatione: quam vſitatiſſimam fuiſſe reperimus, in nouo etiam teſtamento.
Matth.3. Matth.3. Nam Magi ab oriente venerũt Hieroſolymam & Bethleem.

Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum venit vt adoraret Dominum in Hieruſalem Act. 8. huc etiam profectus eſt Alexander Epiſcopus Capadocũ, qui Hieroſolymæ diuino oraculo pr**æ**monitus mithra Pontificali fuit reſtitutus
Euſeb. redimitus ſecundum Euſeb. libro ſexto Eccleſiaſticiæ hiſtoriæ capite nono.

D. Ignatius Diuus Ignatius Euangeliſtæ diſcipulus ſcribit ad dilectiſſimum pręceptorem obſecrando, vt per eum liceat petere Hieroſolymam, deſiderio viſendorum ſanctorum, præcipuæ Virginis Deiparæ, cuius plurimos ſecum contuitum cõtractumq; omnibus votis optare aſſerit.

Origenes etiam voto ſe obſtrinxit

vt inuiſeret limina Petri Apoſtoli, cuius voti contemptorem fuiſſe effectum aſſeuerat Euſebius.

Ioannes quoque Chryſoſtom. ſic loquitur Serm. 3. in Epiſtolam ad Romanos. Ego Romam propterea diligo, tametſi aliunde quæram illam laudare, nempe à magnitudine, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, ab imperio, à diuitijs, à rebus in bello fortiter geſtis, ſed dimittens omnia ob id illam beatam prædico, quod erga illos Paulus dum viueret adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, ac coram diſſeruit, & poſtremo vitam apud illos finiuit. Cuius ſanctum corpus ibi poſſident, & propterea ciuitas illa hinc facta eſt inſignis magis quam ab alijs rebus omnibus, & tanquam corpus magnum ac validum, duos habet oculos illuſtres, ſanctorũ videlicet corpora. Non ita cœlũ ſplendeſcit quando radios ſol immittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens: hinc rapietur Paulus, illinc Petrus. *Chryſoſt.* *Petrus.* *Paulus,*

Conſiderate & horrete quale ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videli-

cet cum Petro ex theca illa repente reſurgentem in occurſum Domini ſurſum ferri, qualem Roſam Chriſti mittet Roma, quibus coronis duabus ornatur vrbs iſta? qualibus Cathenis aureis cincta eſt; quales habet fontes; propterea admiror hanc vrbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam rem, ſed propter columnas illas Eccleſiæ.

Quis mihi nunc dabit circumuolui corpori Pauli, affigi ſepulchro, videre puluerem corporis illius, quæ adhuc in Chriſto deerant adimplentis, ſtigmata illius geſtantis.

Hoc ipſum contemplabatur Beatus Ioannes Chryſoſtomus in memoriã reliquiarum ſanctorum illorum Apoſtolorum, adeo vt maximo teneretur deſiderio illas viſitandi ſermone 5. de S. Iob. imo dicit alio in loco, quod niſi impeditus multis curis ac Eccleſię occupationibus fuiſſet, & ſi per ſanitatem corporis licuiſſet, nihil in mundo eum cohibuiſſet à ſuſcipienda peregrinatione illa Romana, vbi cathenas illas & carceres, quibus Apoſtolus conſtrictus fuit, videre poſſet.

Chryſoſt.

Haud ſecus D. Auguſtinus proponit *Aug.* viſitare ſanctas Diui Hieronymi reliquias in Bethlehem, vbi habetur Epiſtola 205. Ad Cyrillum Epiſcopum Hieroſolymitanum: quin & Imperialis maieſtas accedit illa amplexura ſepulchra, & faſtu depoſito ſtat ſanctis ſupplicatura, vt pro ſe apud Deum intercedant, teſte Chryſoſt. Homil. 66. ad populum Antiochenum: & ſcenarum fabrum, ideſt Paulum, & piſcatorem, ideſt Petrum etiam mortuos, vt protectores orat Imperator qui redimitus incedit.

Nec hoc tantum Romę quis fieri viderit, verũ & Cõſtãtinopoli, nã Conſtantini ipſius filius honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus piſcatoris paternum corpus collocaret: & paulo poſt, quo regias aulas videat nullus vnquam peregrinatus fuit, multi vero reges plærumque huius ſpectaculi gratia peregrinati ſunt.

Quemadmodum liquido conſtat ex *Ruffinus.* Ruffino Lib 11. Cap. 33. de Theodoſio. *Theodoretus.* Et Helena Conſtantini mater crucem Domini honoratura, profecta eſt Hieroſolymam ſecundum Theodoretum Lib. 1. Cap. 18. nec non imperatrix Eu-

doxia orandi cauſa illuc quoque iter arripuit, teſte Nicephoro Eccleſ. Hiſt. & tripart. Lib. 2. Cap. 18. Lib, 14. Cap. 30. Nec ſolum iſti dominatores ac moderatores orbis Chriſtiani, tam ſpirituales quam ſeculares quaſi otio torpidi,& diuitiarum abundantia nimis onuſti, loca ſacra viſitarunt,nam Pagani idem factitare conſueuerunt.

Val. Max. Secundum Valerium Maximum Lib. Cap. I. Ac etiam plebæi ac vulgares homines, quoniam parentes ſanctæ Agnetis ſupplicandi gratia viſitarunt ſuæ ſacrum ſobolis tumulum, & mirabili apparentis Virginis gloria & ſplendore quaſi renouati domum conceſſerunt teſte Ambroſio:

Aug. Auguſtinus etiam duos ſacris initiatos inducit,atque hortatur peregrinari, atque viſitare corpus ſancti Fœlicis Nolenſis Epiſcopi. Item Gregorius Epiſt. 137. ad Clerum, miratur Ruſticanum cur deliberatæ viæ eundi ad loca ſancta intentionem & votum deflexit, cum nihil neceſſe ſit mente concipi, quin debeat celeri deuotione compleri.

Ioan. Chryſoſt. Ioannes Chryſoſtomus Lib. 2. Epiſt. Epiſt. 21. ſalutaribus ſuos tanquã calcari-

Google

bus inſtigabat cõſilijs peregrinari in Arabiã ad viſendã oſculandamque terrã, & fimum in quo ſanctus Iob vlceribus plenus opprobrijſque ſaturatus vtcumque quieuiſſet. Homil. 5. ad populum Antioch. neque hæc peregrinatio adſumitur à fidelibus cupiditate videndorum locorum, aut curioſitate antiquitatum, ſed ex Aug. Lib. 10. contra Fauſtum Cap. 21. Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationẽ, & vt meritis conſocietur, atque ex ipſorum locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatẽ, & in illis quos imitari poſſum⁹, & in illo quo adiuuante poſſumus, vt orationibus adiuuemur, nam ſanctorum cinis & fauilla, oſſa, inuiſibiles illas poteſtates dilaniant: quocirca regalibus ſepulchris hæc ſanctorum monumenta ſunt clariora: Chryſoſtomus Homil. 66. ad pop. Ant. Animę quoque defunctorum refrigerij ſedem, luminis claritatem peregrinationibus, ſanctorumque corporum viſitationibus adipiſcuntur, ſecundum Auguſt. Serm. 44. ad frat. de Erem. & Ambroſius de obitu Theodoſij, Chryſoſt. Aug.

vbi fides eſt, ibi eſt exercitus Angelorũ: bona itaque fides operatur in mortuis, frequenter denique aduerſarius, ac legationes eius quottidiana Martyrũ virtute torquentur: vnde arbitror (inquit) quod fila chordarum cytharæ ideo fides dicantur, quoniam & mortua ſonũ reddant, vti luculenter patet apud Auguſtinum. Nam Alexandrini peregrini protecti ſunt ſtupendô miraculo, ne latrones ſibi aliquam vim inferre poſſent, ac vt omnes alliciat, Chryſoſtom. ſerm. de Aſcens. Domini.

Quid miſerius illis eſt, qui conuentum iſtum ſplendidum derelinquunt, quo ſanctorum corpora viſitamus, & quid vobis beatius qui ad tãtam ſolemnitatẽ concurrere voluiſtis? & Ambroſius pronunciat illos plurimum damni paſſos, qui nuper memoriæ Petri & Pauli non interfuiſſent, & contra plurimum illis lucri ſpiritalis acceſſiſſe, qui adfuiſſent. Quotieſcumque ergo Martyrum memoria recurrit, prætermiſſis omnibus ſeculi actibus, ſine aliqua dubitatione concurrere debemus, illis redditūri honorificentiam, qui nobis ſalutem ſui ſanguinis effuſione pepererunt, præſer-

tim cum Dominus dicat: Luc. 10. qui vos ſpernit me ſpernit. Luc. 10.

Epiphanius teſtatur Lib. de vitis Prophetarum, tantam hominum multitudinem ad monumentum Ezechielis prophetæ confluere, precũ & obſequij cauſa, vt loci incolæ Chaldæi, metuant ne eum aliquãdo aſportent. Fortaſſe hæretici calumniabuntur peregrinationes fidelium duntaxat eſſe corporis recreationes, & perditiſſimi luxus occaſiones.

Profectò inficias ire nequimus quin Ambroſ. Lib. de Helia & ieiunio Cap. 17. S. Auguſtinus Lib. 20. contra Fauſt. Cap. 20. acerrime agant in illos, qui viſitando Martyrum ſepulchra carnis illecebris indulgent, & omnis generis diſſolutionibus vacãt, ſicut Conciliũ Cabilonen. 2. inuehitur contra illos qui temeraria præſumptione exiſtimant ſeſe probe egiſſe, ſi vrbem Compoſtellam, aliaue ſacra loca ſolo orationis prętextu luſtarint.

Non enim Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt, Hieron. Epiſt. ad Paulinũ; quid enim ſi multi peregrini non euadãt meliores, ſed deteriores qui ſe per mare, per ter-

ras circumferentes cælum, non animum mutant:nō enim per Apenninum montem, Pyrenæum, vel alium quempiam, non per famam vel fortunam&c.inquit, peruenitur ad ſummum bonum, ſed per animum rectum, quia non alia ratione Deo ſimilis effici anima noſtra poteſt.

Num ideo peregrinatio exſibilanda & abroganda, quod illi ſeſe propria immiſceat ſenſualitas, aut aliquis abuſus irrepat & inualeſcat? Ergo eadem ratione, & opera erunt improbāda, quod in illis aliqui cum Phariſæo intumeſcant omnes relinquant mundū, quia in maligno poſitus eſt, omnes diuitias abrumpant potius quam abijciant, quia multi ijs pereunt; vino omnes renunciēt, quia in eo eſt luxuria. Sicque non attendētes bonum alicuius rei vſum, ſed abusum qui poteſt ex hominum malitia, caſu, & ignorantia contingere, contemnamus omnes Dei cum Manichæo creaturas, quas ipſe creauit valde bonas: omnia ſiquidem peruerſæ poſſunt peruertere mentes, nec aliquid eſt tam ſanctum tamque eximiū, quod non queat mala mente proſcribi, ac hoc argumēto reprobari: cum quis abutitur quibus vti incom-

incumbebat.

Quo autem maturius huic abuſui occurrere valeat ſacroſãcta mater Eccleſia, tria potiſſimum decreuit peregrinaturis ſeruanda : primo vt nemo viſitare ſacra loca præſumat niſi licentia prius à Paſtore obtenta, quemadmodũ docetur in Concilio Laodiceno, & Salegunſtadienſi cap. 16. à quo canonicas & teſtimoniales litteras conferre debeat. 2. debent Pontifici pro indulgentijs lucrandis aut peccatis emendandis aut votis adimplendis : Seſſ. 25. In principio: Tertio humili exhomologeſi Deo recõcilientur; proximiſq; ſatisfaciant antequam viam carpere incipiant ſecundũ Concil. Cabilonen. 2. poſſunt nihilominus rei voti interdum ab itineris prolixo labore abſolui, ſecundum Concil. Lateranenſe ſub Alexandro 3. celebratũ, maxime quando Apoſtolica authoritas ſua indulgentia impertita dimittit, aut commutando relaxat.

Illi quoq; qui nõ ſunt ſui iuris, vt pueri & mulieres, poſſũt à ſuo Epiſcopo abſolui, nec ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutionis beneficio properare debent, ſi manus violentas fortaſſis in clericum

iniecerint: Tit. de illis qui incidunt in canonem latæ ſentẽtię. Pari modo eoſdem excuſatos crediderim, ſi votum eleemoſynis redimatur, ne cogãtur diſſitas maxima intercapedine peragrare regiones.

Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem & hæc ignoras? Theophilus ponit tres cauſas huiuſmodi apparitionis Chriſti peregrinæ. Prima vt diſcipuli non timẽtes eum dicerent totam ſuam intentionem corã ipſo. Secunda. vt intelligerent licet ſit idem corpus Chriſti quod reſurrexit ſicut prius, non tamen omnibus eſſe viſibile, ſed quibus vellet: 3. Vt intelligerent quod poſt mortem conuerſatio eius non erat digna hominibus, ſed Angelis.

Gregorius tamen dicit, quod talem ſe illis demonſtrauit exterius in oculis corporis, qualis apud illos erat in oculis mentis: ipſi enim Chriſtum amabant, & tamen de ipſo diſputabant. Propter amorem igitur ſe oſtendit eis, ſed propter dubitationem cognitionis ſuæ ſpeciem ab eis abſcondit. Poteſt dici quare non cognouerunt eum Apoſtoli: Primo quia eorum oculi tenebantur hoc ex

mœrore & triſtitia: Aug. in ipſis oculis operatione Sathanæ caligo quædam erat, fluxu alicuius humoris cauſata, per quam diabolus volebat impedire cognitionem Chriſti: Marc. *In alia ſpecie oſtenſus eſt eis, & locut⁹ ad eos* ait: *qui ſũt hi ſermones quos confertis ad inuicem, & eſtis triſtes? Vnus illorum nomine Cleophas reſpondit: Tu ſolus peregrinus es*, ſcilicet pro hac vice qua veniſti ad diem feſtum Hieruſalem cum alijs, vt dicitur Ioan. 2. 7. & dictio (ſolus) nõ facit excluſionem aliorum peregrinorum, ſed excludit cognitionem ab eo ſic apparente de manifeſta morte Ieſu, vt ſit ſenſus: cum multi peregrini ſint in Hieruſalem qui de hoc facto ſciunt.

Tu ſolus es inter eos qui hæc ignoras, & hoc eſt mirum: & bene dicunt iſti Chriſtum peregrinum. Primo quia erat de longinquis partibus cęli. Secũdo quia longe natura eius ab eis per reſurrectionis gloriam diſtat. 3. Quia fidei eorum erat extraneus. Pſal. *Extraneus factus ſũ fratribus meis, & peregrinis.* *Pſal.*

In itinere Chriſt⁹ peregrinus eſt interpretatus ſcripturas quæ de ſua morte & reſurrectione ſermonẽ faciebant: & ap-

propinquabāt caſtello ad quod ibāt: nō fuit eis tædium in via audire Chriſtum, & ita delectati in ſermone, cito ſe exiſtimauerunt veniſſe, & ipſe finxit ſe longi' ire, acſi remotius intenderet progredi ad locum magis diſtantem.

Fictionum ſemper duplicitas eſt: Ad malum & detrimentum, cauta & praua, indifferens, iocoſa, vel vtilis bona eſt. Per iſtam fictionem qua finxit ſe longius ire, ſignificatur quod longe erat, & quaſi peregrinus à fide eorum: Et coegerūt eum manere, verbis alliciebant & poſtea forte traxerunt eum, honeſte dicentes.

Mane nobiſcum Domine quoniam adueſperaſcit: Id eſt, incipit fieri nox, & quod hoc ſit verum oſtendunt ſigno cum dicunt: inclinata eſt iam dies ad occaſum: Virgilius,

Moreſque cadunt altis de montibus ombræ:

Ex hoc nos tenemur peregrinos non ſolum hoſpitari, ſed eoſdem ad ædes noſtras cogere, & ipſum Dominum Ieſum deprecari, vt in iſtis diebus & alijs omnibus maneat nobiſcum, & quia iſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, ſubditur exaudi-

tio eorum : Et intrauit cum illis ; quia prædictum deſiderium eorum diſponebatur ad fidei complementum.

Et factum eſt dum diſcumberet cum illis : Etiamſi exiſtimaretur peregrinus, verum cum eis recumbere voluerunt : quia certi erant quod per pauperes receptos Chriſtus in medio eorum ſuſcipiebatur : huc vſque latuit, ſed accepto pane benedicto & in virtute benedictionis fracto, cognouerunt eum, quibus mirantibus & arguentibus ſeipſos de ſtupore euanuit ab oculis eorum Chriſtus peregrinus, cui peregrinatio in terris charior ſtabili manſione fuit, vt ſol naturalis ſigna percurrit: ita Ieſus Chriſtus ciuitates Paleſtinæ, Iudeæ, & Galileæ.

Oratio.

DOMINE Ieſu Chriſte, qui tua benigniſſima humilitate in ſpecie peregrini diſcipulis euntibus in Emaus apparere dignatus es : fac nos

tua geſta ſectari, vt in debita legis Euangelicæ obſeruatione peregrinationem vitæ mortalis conficientes tandem in cælum aſcendere valeamus. Amen.

Digitized by Google

FERIA TERTIA
PASCHÆ.

Melius eſt dare quam accipere:

AD LECTOREM.

AMICE Lector, pro iſto die concionem ſolitam, & propoſitum ad hoc Paradoxũ percurrere non oportere conſulto mihi viſum eſt, quia cum vnuſquiſque ſuo ſenſu abundet, acumine ingenij excogitabit gratiarum actionem pro audientia habita, reconciliationem ſi quem offenderis verbo vel exemplo ante receſſum, vt bonum odorem famæ illic relinquat: Denique quæſtum pro te cōmendabis ſi videatur, & excogitabis myſtica munera, & donaria, pro

ſingulis quę modeſte offeres, ſuper omnia, pacem cum Ieſu Chriſto relinques, vt rerum Chriſti Eccleſiaſtes habearis, & mercedem à Deo hominibus pro labore tuo largiſſime accipies.

Viue, vale, & ora pro me.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM MEMORABILIVM TOTIVS HVIVS OPERIS.

Numerus paginam indicat.

A

Abigail potétia p. 185.
Abſalon parricida fugiens, per comam querculi ſuſpenſus adhæſit. p. 833.
Achab rex ieiunio Deum placat. 10.
Achillis Abbatis reſponſum ad quendam fratrem de pigritia conquerentem. p. 594. 595
Achitophel ſuſpendio ſibi mortem accelerauit. 760.
Acrothon oppidum in mõte Atho ſitum p. 221.
Actiones hominum duo tempora reſpiciunt. p. 648.
Adam ſcientiam habuit infuſam. p. 578. eius ſopor, an ſomnus fuerit, an vero extaſis. p. 621.
Adamitæ promiſcua connubia probant. 489.
Adulterij definitio. 507. etymologia ibid. eius ſupplicia varia apud varias gentes. p. 521.
Ægyptij mortuorum viſcera ſoli ex ponebant, &

quare. 15. Eorum mos & obſeruatio in conuiuijs ad mortis recordationé 608 in rerum ſuarum vſu. 571

Agamemnó increpatur ob nimium ſomnum. 629. Cytharœdum laudes probarũ mulierum canentem Clytemneſtræ vxori ſuæ reliquit. 774.

Agricolæ cum mercatore de vitæ fœlicitate collatio 79. cuiuſdam facetum reſponſum. 87.

Agricultura vita vrbana ſalubrior. 87. eius munus quale. 24.

Alectorius lapis, & eius virtutes, & quid deſignat. 480.

Alexandri Phrygij metus in imperio. 310.

Alluſio elegans ad nomen Eraſmi. 520.

Aman ſublatus in patibulum quod Mardochæo parauerat, 760.

Amentes qua ratione memoriam ſui æternã reddebant. 522

Ambitio matris filiorum Zebedæi. 314. 315. 3. 6. & eius triplex error, ibid.

Americana regio pleriſque in locis temperata. 230.

Anabaptiſtæ volunt pluralitatem vxorum eſſe licitam 489. 490. negant pluralitatem viorum vxoribus. 494.

Anacharſis reſponſum ad quæſtionem de genere mortis fœliciſſimo ſibi factam 78. eiuſdem de nauigantibus ſententia. ibid.

Anatholij apparitio. 245

Anexariti planctus auditis à Demoreto Alexandri magni rebus geſtis. 311

Angeli authores Cantici, *Regina cæli*, &c. 867

Angeli 4. habent conditiones ſacerdotibus imitandas. 480.

Animalia quædam cur apertis palpebris dormiunt. 630

Animalia noctis. 70.

Animæ immortalitas vnde deducitur. 7. diuinitatis imaginem gerit. In Stoicorum ſchola docebatur, ibid.

Animæ iuſtorum quo de-

ducuntur. 233. an euocari poſſint 237. anima Petri& Pauli Cōſtātino Imperatori apparuit. 240
Annibal cocles dux ſtrenuiſſimus. 589. à Carthaginenſibus in exilium expulſus. 707. 708
Antenodorus Philoſophus domum Athenis ſpiritibus nocturnis infeſtatam quo pacto liberat. 243
D. Anthonij preces nocturnæ. 69
Antipatri narratio de proſperis ſuæ peregrinationis diebus. 78
Apelles prophetis mendacium impegit. 411.
Aphoriſmi ſaluberrimi de ſomno 627. 628.
Aper vrina interiori grauatus niſi eam emiſerit facile capitur. 699
Apollo muſices & Cytharæ inuentor. 776.
Apparitio Chriſti Paulo. 528.
Areopagitæ Senes pro reipublicæ vtilitate conſtituti. 766
Armorum vſus hodiernus longe diuerſus à veteri. 573
Apparitiones Domini plurimæ, & quibus perſonis factæ 853. 854
Appius Clodius cum cæcus eſſet, magni tamen conſilij. 589
Apoſtoli ad Apoſtolatum vocati coniuges reliquerunt. 465. primi nouę legis ſacerdotes. 466.
Apoſtolorum victus vnde quæſitus. 326
Apum mira ad mel conficiendum induſtria. 578
Aqua omnium elementorum maxime infidum. 77
Aqua nuptiarum in vinū mutata. 350.
Architas Tarentinus villicum in agrorum cultu negligentiorem punire diſtulit. 594.
Arriani cantibus Eccleſiæ detraxerunt. 772
Ariſteus in extaſim raptus ab hoſtibus Cantharidibus exuſtus. 633
Argia ſacerdotiſſa Apollinis equis in via deficiētibus à filijs curru vecta. 604
Arbitrij libertas ſtat cum

cum præſcientia Dei. 111
Arbores Dijs ſacræ. 809
Arrij blaſphemia in Spiritum ſanctum. 269
Arrius primus Alexandriã in Eccleſiam Catholicam armauit. 407.
Arrij impietas cæcum deridentis. 597
Arion è maris periculo à Delphino ereptus. 80
Arſenij, Honorij & Arcadij Imperatorũ præceptoris vigiliæ. 614
Artaxerxis dictum de imperio. 523.
Artes virorum ad ſeducendas fœminas. 176
Artifices templi Salomonis. 132
Aſclepiadis reſponſum dẽ cæcitate ſua. 588.
Aſelo piſci gulo confertur. 4. vbi cor habet ibid.
Atlantis montis deſcriptio & ſitus. 228.
Attali martyris reſponſum factum Præſidi de Dei nomine eum interrogãti 638
Augerius Ferrerius inſignis medicus Toloſanus varia eidem morbo pro tempore remedia conſuluit. 726
Auguſtini Marlorati obiectio contra templa. 128
Auguſtinus Imperator culcitram mercatoris multo ære alieno preſſi, ſecure tamen dormientis emi iubet. 595. Dominus vecari noluit. 289
Auguſti Cæſaris cibi. 15
Aulus Gabinius reus à Cicerone, quem antea vrbe expulerat, defenditur. 61.
Auxilium diuinum. 113

B

Balaam filius Beor licet impius futura prędixit. 401
Balach conſilium à Balaam accepit quo aſtute filios Iſrael ad impietatem inducerct. 759
Balduinus ſtrenuiſſimus. 35
Baſilicę martyrum. 135.
Baſilius quæ & quam methodica ſuis nepotibus ad gẽtilium librorum lectionem dabat. 574

Beaupere & Beat pere quomodo vſurpatur. 289
Bellum cur à Latinis ſic dictum. 21. iuſto quæ capi poſſunt. 24
Berſabea pro Adonia orãs. 317
Blaſphemia in ſpiritum ſãctum trifariam accipi legitur. 269. quomodo intelligenda. 273
Blaſphemia ſuprema eſt Deo impingere mendaciũ. 412
Blaſphemia Caluini ſuper hæc verba: Heli Heli lamazabathani. 844
Boni proprium quod eſt. 946
Brachmanes quare in limine domus ſepulchra habebant. 607
Buffrides hoſpites opipare exceptos noctu occidebat. 161
Burdigalæ fœmina ex Pontacis eruditiſſima. 189

C

CÆcitas mater ſapientię 563. nominis Cain interpretatio. 321
Caiphas falſi nominis pontifex futura prædixit. 401
Calaſter exilium ſibi ab Athenienſibus indictum æquo animo tulit. 707
Calix Nachodonozor. 576
Calixtus Papa primus Preſbyteris, diaconis, ſubdiac. & monachis concubinas habere interdixit. 471
Caloierij qui apud Gręcos. 286
Caluarię mons vnde ſic dictus. 222.
Caluinus & Lutherus mendicitatem lege prohiberi dicunt. 323
Camilla virtute bellica viris præſtitit. 172
Cananeæ eloquentia. 186
Caninius Gallus accuſator ſimul, & defenſor. 61
Capitolini Toloſani Caluini dogmata ſectantes trucidati. 408
Carbones iuniperi cineribus operti ignem annum integrum ſeruant. 611
Carcaſſona tubam funera proclamantẽ habet. 608

Carmenta literarum inuentrix. 177
Caro furi comparatur. 201. qui ſunt eius ſocij. ibid.
Caro præliatur haſta duplici. 92
Carthaginenſes quod donum militibus ſuis aduerſus patriæ hoſtes fortiter decertantibus dare conſueuerant. 28
Caſtitas virtus maxima. 3
Caſtor amputat ſibi teſticulos vt venatoribus ſe eripiat. 700
Caſtrum de Pieue, & miracula ab homine illud inhabitante patrata. 558
Cataphryges primas nuptias admittunt, ſecundas damnant 484
D. Catherina Senenſis impreſſa in præcordijs habuit ſtigmata paſſionis I. Chriſti 824.
Catherinæ de Cleues Ducis Guyſiæ matris encomium. 181
Catharini & Mundini Nouatum ſequuti. 484
Cathurca Toloſam Lutheriſmo fœdauit. 408
Cato ob tria maxime doluit, & quæ. 78
Cauſa cur dæmon poſſideat corpora humana 382
Cauſa ſalutis noſtræ an in præſcientia Dei conſiſtit. 117
Cauſæ otij. 40
Centurio triplex in ſacra ſcriptura commendatus. 18. à primo Synagoga; à ſecundo Eccleſia ædificatur; tertius quid deſignat. 19. variæ ſingulorum commendationes. ibid.
Centurio cuius poteſtatis apud Romanos. 15
Ceremoniæ in receptione equitum S. Ioannis apud Melitenſem inſulã. 546
Ceſtus ſignificatio, Etymologia. 544. eo Venus vtebatur in luxum. ibid.
Chanaam cum tota eius poſteritate à patre maledictus. 347
Cherubinus paradiſi cuſtodiæ præpoſitus eius aditu prohibet. 232
Chordæ minoriticæ nodi Gordio cõparantur. 544

Chriſtus dicitur mercator 73. ſuper mare graditur. 76. reddit rationem cur in Nazareth miracula non faciebat. 404. non legitur ſcripſiſſe. 448. Paulo apparet. 528. qua arte vſus vt à Iudęis quæreretur. 69. eſt rex generis humani propter plurima & quę. 769. ad quatuor nobis venit. 797. plurimis modis ſe exinauit, & quibus. 799 800 & ſeq. cur ei condolendum. 812. in paſſione caruit conſolatione. 813. tulit crucem vbi moritur in Hieruſalem. ibid.

Chriſtianus an in ciuitate perfectus eſſe poſſit. 104

Chriſtiani prohibētur varijs decretorum Concilijs iudaïzare. 626

Ciconiæ cum homine collatio. 193. eius pietas in educatione parentum vetulorum. 313

Cinguli priuatio facta à iudice dedecorat. 555

Circumuenire quid ſignificat. 464

D Clara à monte Falco inſignia paſſionis in corde expreſſa habuit. 824

Cleoniſſa apud Biſantium à Pauſania ſomniante transfoſſa ei ſæpius nocturno tempore ſe obiecit. 252

Clodouæus primus Gallorum rex Chriſtianus. 792

clytemneſtra occiſo cytharædo ab Agamemnone viro ſuo ſibi relicto ab Ægiſto decepta. 774

Colix, quod dam genus 537

Collectę factę in Eccleſijs pro ſanctis 329

Color rufus, charitatis ſymbolum. 304

Comminatio indurationis. 261

Concilia œcumenica à Pōtifice Rom. conuocata à Chriſto authoritatem habent. 755

Conciliū Viennenſe delicita fratrum Minorū mendicatione. 329

Conciliorum decreta de ſacerdotum continentia & cœlibatu. 470

Conditiones veræ pœnitentiæ in Magdalena duę ab Euangeliſta deſcri-

buntur. 748
Conflagratio quinque ciuitatum. 94.
Coniugati ad quæ vſque tempora in ſacerdotes ordinati. 478
Conſiliarij quibus debent eſſe partibus præditi. 764 765. & ſeq.
Conſilij nomine quid ſignificetur. 768. eius impedimenta duo. 594. 754
Conſilij ergo tria ſeruanda. 753. quid in eo vitanda. 766.
Conſules à conſulendo dicti ſunt. 754.
Contingentis definitio. 108. tripliciter dicitur. 114. innati etymologia. 115
Contractui matrimonij verba à Iuriſperitis inſeri ſolita 491
Conuiuium Aſſueri. 524
Coronæ aureæ quare defunctorum capitibus olim impoſitæ. 603
Corporis in pluribus ſimul locis exiſtentis probationes. 528
Corpus immundum, atriū eſt cacodæmonis. 12
Crates Thebanus Athenis diuitias & delitias abijcit. 337
Cultus Iudæorum præcipuus fuit externus. 14. Obiectio. ibid.
Cultus internus proprius noui teſtamenti. 141
Cupiditas & ſtudium diſcendi in doctiſſimis viris. 150
Cupreſſus funebris arbor apud Romanos. 608
Curij Dentati donum militibus factum. 88
Cyclopes vino obruti oculo orbati fuere. 10
Cydonius author & ſtipes familiæ Leuiticæ de Mirapoix. 586
Cymbri antiquitus ad ſolis ortum lętabantur, ad occaſum vero flebant. 050
Cyprus ſaccarum ob abūdantiam porcis in eſcam obijcit. 363

D.

Dæmon expulſus attactu ſudarij D. Pauli 385 obſeſſionem patiētet ſeren-

ferenti duplex lucrum obuenit. 938
Damon muſicus Tibicinæ. 773
Danai bellicoſiſſimi. 371
Daniel, Helias & tres pueri mira, ieiunij virtute egerunt. 13
Daniel accuſatus læſæ maieſtatis à Principibus Regis Nabuchodonozor 759
Darius ſplendidam cœnã fecit, & quid in ea geſtum. 655
Dauid ſpecie Berſabeæ captus grauiſſime lapſus homicidium commiſit. 741. illius quotidianæ vigiliæ. 68
Decus vniuerſi, & quid ad allud requiritur. 268
Definitio Concilij Nycæni aduerſus monogamiam. 488. item Florentini. ibid.
Definitiones, ſõni, ſoporis, ſomnij, & extaſis. 618. 619
Defunctorum triplex genus defletur. 810
Delectatio in pulchritudine tam propria quam aliena, damnoſa eſt. 790
Demades Athenienſem ob ſepulchorum monumenta vendita ſupplicio afficit. 151
Demaratus fidum dat Xerxi regi conſilium. 765
Demetrius Phalereus exilium ægre ferens, & Cratem Philoſophum audire reſpuens, eo tandem audito, illud acceptiſſimum habuit. 707
Demetriꝰ à Theophraſto redargutus quod leonis victor à fœmina ſe vinci paſſus eſſet. 259
Democritus fixis oculis ſolem intuitus ſe excæcauit. 587
Denarij quibus Iudas Chriſtũ vendidit, cuius pretij. 840
Deſertum habitatione vrbana præſtat. 90. 91. & ſeqq.
Deſiderij Longobardi hæretici error. 332

333
Deus bello delectatus aliquando, & quibus nominibus ideo ab Iſraelitis appellatus. 22. illi & mammonæ ſimul ſeruire nemo poteſt. 103
Deus omnia cognoſcit cognitione infallibili. 107. vult omnes ſaluari. 112. an inferat vim voluntati. 123. quomodo eſt ebique. 144
Deus author omnium librorum tam veteris quam noui teſtamenti. 459
Deus anonimus. 638. varia eius nomina. 639. 640. & ſeqq.
Dianæ ſimulachrum in Græcia quale. 86.
Didymus licet orbus oculis doctiſſimus tamen factus. 587. 588
Dies fletus ſepulturæ indicti in veteri lege. 811
Differentia nominum Cōſilij & præcepti. 769
Differentia inter ſomnum, ſoporem, & ſomnium aſſignata. 618
Dilectio inimicorum ad quid exigitur. 43. exempla eius. 44. 45. 46. & ſeq.
Diodorus Siculus cęcus factus philoſophiæ acrius quam antea ſtuduit. 588.
Diogenes Cynicus mendicabat. 322. vnde patientiam diſcebat. ibidem.
Diogenes ſcutella quam ex tota ſua ſupellectile ſibi reſeruauit ſitim leuabat. 337
Diogenes Cynicus cadauera volutans Alexandro lachrymas extorſit. 609. illius de exilio arguta reſponſio. 704
Dionyſius Tyrannus præ metu pilos barbę ſibi ipſe carbone adurebat. 310.
B. Dionyſij ſententia de Deo. 640
Drithilmus veſpere è viuis excedens oriente ſole reſuſcitatus quæ narrauit. 441

Diſcrimen inter extaſim & ſomnum. 631
Deuortium quas ob cauſas permiſſum. 503. eius & repudij differentia. 512
Diuortij caſus. 514
Doctores Eccleſiæ & eorum nomina. 292
Dominę Carthaginis ex capillis funes ſtruxerũt. 546
Dominicus dies vetuſtiſſimus, & multas ob cauſas Sabbatho Iudęorum præſtat. 727
Dormitio à D. Bernardo dicitur tempus perditũ. 82.
Dyna filia Iacob diuagans à Sichem corrupta eſt. 729. 730.

E.

Eccleſiæ Chriſtianæ domus orationis vocatæ. 134
Eccleſia ad modum nauis regitur. 74. an aliquando ab hæreſib. trãquilla fuerit. 77
Eccleſiæ rationes & nomina. 135. præcipua orationis domus. 142. ad quid inſtitutæ. 145
Eccleſia vinea appellata. 352. propter ſex cauſas. 353. eius cũ naui cõparatio. 550.
Edictum Valentiniani Imperatoris & eius Collegæ de virtute Concilio-rum. 756
Elephantium inſtinctus in curãdis ſuis morbis. 198. dentes frangunt vt libere aufugere dimittãtur. 700
Eloim quantæ venerationi apud Iudæos. 642
Encomium ignorantiæ. 563
Endimięnis Lunæ amaſij ſomnus. 626
Enumeratio librorum ſacræ ſcripturæ à Concilio Tridentino facta. 459
Ephi menſuræ genus apud Hebræos. 539
D. Ephrem noctibus ſingulis orationi vacans. 69
Epicuri doctrina de animæ

ſtatu. 6
Epimenides Cretenſis in antro iacens. 40. annorum ſpatio requieuit. 629
Epitome illuſtrium fœminarum. 181
Epiſcopi vnde olim petebantur. 319. an pro perſecutione ſui corporis fugere poſſint. 710. 711
Epiſcopus quidam Beluacenſis ab Helinando monacho de nimio ſomno correptus. 595
Equa in exercitu Xerxis regis Medorum leporem enixa quid portendit. 765.
Equi tubis in prælio concitantur. 776
Equites varij pro fide tuẽda inſtituti. 20
Equites S. Iacobi in Hiſpania fune cincti. 546
Eſſe in Deo an ſit accidens.
Eri Armenij cadauer reliquorum iã corruptorum mole preſſum decimo die integrum repertum pyræ impoſitum reuixit. 242
Ethnici non Sophi, ſed Philoſophi appellati. 289
Ethnici cuiuſdam mira cõuerſio. 326
Euangeliũ paſſione Chriſti poſterius. 464
Eudoxia Imperatrix orandi cauſa Hieroſolymam profecta. 876
Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum venit in Hieruſalem vt adoraret Dominum. 872
Exceſſus Iudæorum Chriſtum crucifigentium. 247
Excommunicatio à Vviclef, Ioanne Hus, & Luthero contemnitur, & ſingulorum verba. 421. 422, eá debet præcedere examen qualitatis criminis. 427. medicinalis eſt. 429
Excommunicato communicare à concilijs prohibitum, 438. an hoc plane & plene obſeruandũ. 439
Exemplar pœnitentis. 733
Exemplum à Seneca rela-

tum de nimio & inſolenti inter coniuges amore. 506
Exorciſmus quid eſt. 389. quid etiam exorciſare. 390
Exorciſmus triplex, Benedictionis, Solemnitatis, Salomonis. 393
Experientia militię domina. 573
Expoſitio verborum, *Sit tibi Ethnicus & Publicanus &c.* 423
Extaſes antiquorum virorum. 632
Exulum priuilegia. 705. bona. ibid. & ſequentibus.
Ezechias propter peccata afflictus, & ægritudine ictus pœnitet. 378

F.

FAbiola inter publice pœnitentes comparuit. 518
Fabula Cadmi & Pythonis ſerpentis ab eo cæſi, & dentium huius ab illo diſiectorum quid figurat. 753
Fames quintuplex. 377
Familiæ adminiſtratio optima etiam ſine Ethica Ariſtotelis, & abſque aliorum authorum præceptis. 573
Familia Chriſti duplex fuit, & quæ. 794
Famulæ vxoris Senecæ cęcę factæ hiſtoria. 590
S. Felix Nolanus barbaris liberandis apparuit. 249
Feſtum à Principe, vel ciuitate, vel Epiſcopo poteſt inſtitui. 730. à maioribus inſtitutum obligatorium eſt & quomodo. 730. 731. quæ facere in eo licet. ibidem. quid ab eius obſeruatione excuſat. ibidem. circa illud conſuetudo ſeruanda. 731. quomodo in veteri le-

ge & quo tempore cele-
bratum. 714
Feſta à Iudæis præter ſab-
bathum culta. 715
Filiorũ Zebedęi ambitio.
299
Fontes & Putei quare æſta-
te quã hyeme frigidio-
res. 697
Forma dæmonijs eij-
ciendis ab Eccleſia
Catholica præſcripta.
396
Fornax Babylonis.
120
Foroatis Indiarum regis
victus. 88
D.Franciſcus noctu ad ſa-
cellum Portiunculæ iux-
ta Aſſiſium accitur. 84.
æger æſtuante morbo
cytharæ ſono ab Ange-
lo pulſatæ reficitur.
776. Stigmata Ieſu
Chriſti in corpore geſta-
uit. 824
Francones generoſiſſimi.
371
Friderici Imperatoris in
Eccleſiam inſultus, &
eius carmina ad ſum-
mum Pontificem, reſ-
cripta. 77. Pontificis
ad eum arguta reſpõſio.
ibid.
Frondes ante Chriſtum
ſtratæ quid denotant.
802
Frumenti Babylonici
granum per ducen-
ta multiplicatur.
366
Fuga ſæculi. 67
Funis multiplex. 151. 152.
& ſequentibus eius
commendatio. 542. 543.
& ſequentibus vſus.
548.
Funis amicitiæ triplex.
548

G.

Galenus parſimonia
& moderato cibo
ſanus ad. 140. annos vi-
xit. 624
Gallicinium. 71
Galliæ regnum ſucceſſio-
ne acquiritur. 319
Gaudiũ in humanis luctus
ſequitur, contra in diui-
nis. 851
Garizin mons. 140
Genuflexio in oratione

cur fit. 456
Georgij Dauid impia blaſphemia. 281
Gladius ad quid inſtitutus. 17.
Gontrandi galliarum pro-regis extaſis hiſtoria. 634
Gratia noctis. 69
Græci ante ordinationem coniugati, qua licentia poſt ordinationem etiam vxores tenent. 407
Gręcorum error de odiendo inimico. 41
Gula vitiorum omnium lerna. 1. eius qualitas. 2.
Gulielmus de ſancto Amore mẽdicitatem monachorum improbat. 333.
Gulones Belidarum imitatores. 8
Guygo Carthuſianus Patris nomen reſpuebat. 284

H.

HEbræi diebus Sabbathi ab artib. mechanicis abſtinebant. 713. eorum vigiliæ. 83. vitæ & mortis nomina quomodo diſtinguunt. 607
Helena meretrix cauſa hęreſis à Simone Mago inuentæ. 317
Helena Conſtantini imperatoris mater Hieroſolymã proficiſcitur crucem Domini honoratura. 875
Helias Angeli miniſterio paſtus in Iudæa tempore famis. 409
Heliſæus equites quos rex Syriæ aduerſus ſe miſerat cęcitate percuſſos in Samariam inter hoſtes deduxit. 691
Heliodorus templum expilaturus ab adoleſcente equite viſo virgis cæſus. 252
Hely excæcatio. 197
Henoch, Helias & Ioannes Euangeliſta ad diem iudicij reſeruantur. 232
Hæreſes ſunt fluctus quibus iactatur Eccleſia. 75 76

Hæretici, & eorum nomina à quibus iactata fuit Eccleſia. 77. cani Æſopico collati. 526. vnde orti. 575

Hericius arbore Cereris à ſe violata, miſera fame excruciatus ſeipſũ conſumpſit. 377

Herodes, interpretatur glorians in pellibus. 739

Heſperius domum ſuam malignis obnoxiam ſpiritibus ſacerdotum ſacrificijs expurgauit. 244

Heſter forma non eſt abuſa. 737. indixit Iudæis ieiunium trium dierũ. 12

in Hircania vuæ magnitudinis inauditæ. 365

Hieremias in lacum per conſiliarios Sedechiæ miſſus, per Abimelech ex eo educitur. 405 quo fine à Deo in officinã figuli adductus. 608

Hieruſalem gulæ vitio euerſa. 2

Hilarius hæreticus Eccleſiæ muſicam deriſit. 772

Hippolytus venationem amatorijs illecebriis prę fert. 88

Hiſtoria mira militis ſemel & iterum ad diuinum tribunal rapti, & in malitia nihilominus perſeuerantis. 242

Hiſtoriam bellorum apprime quidam callentes bello inutiles. 573

Homerus Græcorũ Poëtarũ primipilus cæcus. 587

Homines brutis peíores. 9

Homo terrenum numen à platone appellatus. 193 centum 40. morbis ſubiacet 194. extra paradiſum eſt conditus. 216. qua lege conditus. 504. illius corpus dicitur tẽplũ Dei & quo modo. 136

Honor, virtutis eſt prẹmiũ 301. eſt triplex 312. triplex triumphantibus impẽdi ſolit⁹. 302. triplex etiã eodẽ die moleſtia illata. 303

Honori & virtuti templa diuiſim ædificata à Romanis. 302

Horatius Cocles mirè à re militari laudatur. 18

Hymenes & Alexander à

Paulo Apoſtolo diabolo cruciandi traduntur. 383

Hymnus, & propria eius definitio & ſignificatio. 686

Hypocritarum cum Simone crucem Chriſti ferente elegans comparatio. 666

I

ICelon ſomni numen. 622.

Idolothitorum mēſæ quæ. 146.

Iehoua nomen tetragrammaton apud Hebræos, cui' ſignificationis. 641

Ieiunium immodicis cibis ſalubrius 2. ex præcepto diuino eſt,& ab hereticis nihil meriti habere dicitur ibid. virtus eſt & virtutum fomes. 3. an præmio dignum. ibid. magni roboris eſt ad iram Dei ſedandam. 10. dæmonem fugat. 11. an ſit corporea exercitatio. 13. & 14. die Dominico prohibitum. 717

Ieſus filius Syrach author libri qui eccleſiaſticus dicitur. 651

Ieſus filius Ioſedech pro ſalute populi interceſſor templum à Chaldæis dirutum reſtaurauit. 652

D. Ignatius martyr Epiſcopus Antiochenus nomen Ieſu in corde inſculptū in aureo numiſmate habuit. 824. viſionis Angelorum ſanctam Triadem laudantium figuram tradidit. 788. 789

Imperatori olim apud Cōſtātinopolim electo quid offerebatur vt mortis recordaretur. 608

Impœnitentia eſt ſpiritus blaſphemiæ. 273

Impugnatio veritatis agnitæ. 277

Indi duplicem colligunt vberrimam meſſem. 365 ſunt lymphatici. 366.

Indulgentia. 52

Infernus tripliciter vſurpatur. 856.

Infirmitates corporales ad quatuor vtiles & quę. 200

Inimici conſiderari poſſũt quadrupliciter. 40
Inſignia regalia potiſſimum tria. 795
Inſtitutum reip. Liguſtenſis aut Liquẽſis de magiſtratuum adminiſtratione. 566
Inſula ſãcti Thomæ, vulgo dicta *capo verde* calidiſſima. 230
Inuidi & cupidi vtilis hiſtoria. 592
Ioannes Euangeliſta ſummus Theologus. 580. à Domitiano in exilium actus. 708. ibi degens Apocalypſim ſcripſit. ibid.
Ioannis Cauanaci Marcoleſij ad funem mira deuotio. 558
Ionas quare dictus filius veritatis. 667
Ioſeph in patria ſua affligitur, in aliena extollitur. 404. 405
Iris Thaumantis filia. 562
Irlandia doctiſſimorum virorum mater. 371
Iſaias Propheta magni habitus à populo ſuo. 406
Iſaias ſerratus ex præcepto Manaſſes regis Iuda occiſus. 359
Iſidorus de ſomno cõqueritur. 82
Itali qua arte tortas coquunt. 207
Iudex an falſam ſententiã pro vitando ſcãdalo proferre debet. 670
Iudith potẽtia in nece Holophernis. 185. quamuis pulchra eſſet, forma tamen non eſt abuſa. 737
Iulius Cæſar Caſſio in certamine contra Philippẽſes viſus. 252. triumphãs grauiſſimis iniurijs impetitus. 303
Iupiter Danaes amplexibus potitus. 175
Iuſtina Valentiniani imperatoris mater ab Arrianis ſeducta Ambroſiũ perſequebatur. 782
Iuſti monachi anima Copioſo Fratri germano Romæ apparuit. 145
Iuuentus raro ſine trium vitiorum ſocietate creſcit. 738

L

Lacedæmonum mos in ſuorum ortu &

occaſu. 605
Latro Chriſtum faſſus in locum paradiſi ductus. 233
Laurus à fulmine immunis 304
Lazarus, id eſt auditus à Deo. 335
Leges gentium imperfectę 38
Leo cibis repletus qua arte venatores euadit. 699
Leontia Theophraſtũ diſputatione publica ſuperauit. 177. 178
Leōtidas Lacedæmon pro inſigni habuit prę foribus clauem ſerpente amictã & quid denotabat. 834
Lex de vnitate vxoris in libris canonicis reperitur. 491
Lex Mariana quid cauebat. 604
Libri Bibliæ perditi. 451
Lingua ad modum gladij facta quid deſignat. 7.
Logicæ partes. 570
Luciæ mulieres in Sicilia ſolo viſu perimũt. 593
Ludouicus nonus ad recuperationem Hieroſolymorum inſtruxit exercitum. 35
Lutherani & Caluiniſtæ quartum finem templorum extruendorum agnoſcunt, non autem Anabaptiſtæ & Vualdenſes. 128
Lutherus tertius Helias vniuerſi reſtaurator credi voluit. 280
Luxus Eccleſiaſticorum. 27

M

Macarius Romanus tribus monachis comitatus paradiſum diu & multo labore quęſitũ tandé inueuit, ſed eius aditu prohibitus eſt. 232
Macedonij hæretici blaſphemia in ſpiritum ſanctum. 269
Macrobij qui populi. 221
Madera ſaccari fertiliſſima 863
Magdalena vera pœnités. 734. 735. quatuor ob cauſas ad peccatum deflexit. 736
Magus olim ſapientem & philoſophum ſignifica-

bat. 694
Mala ex adulterio procedentia. 510 quæ fortiſſimis viris dormientibus illata. 105
Manaſſes in ſecunda fortuna inſolens Deum deſpexit, in aduerſa recognouit. 378
Manna die Dominico datum. 725
Mare fortuitorum capax ex ſententia Pittaci. 78 ex Ægyptiorum ſapientibus. ibid.
Margarita de Valois in litteris apprimè verſata. 181
Margarita in conchis reperitur. 290. 291
Marij in bello virtus, in otio vitium. 21
Martha fœtorem Lazari pre cæteris ſenſit. 405
D Martinus interdum etiã ſeruo ſuo miniſtrabat. 297
Matrona quædam vulnera paſſionis à Deo ſibi reuelata nouit. 823
Mauſoleum Dauidicum ab Hircano primum, deinde ab Herode expilatũ. 903
Mecœnas triẽnio palpebras claudere nõ potuit. 208
Menandri Græci dictum de die. 62
Mẽdicitas ab Euãgelio docetur. 325. eius definitio
Mendicus proprie quis dicitur. 328
Metempſychoſis à Pythagora docebatur. 8
Michael Archangelus cum dracone præliatus. 22
Militiæ munus quod eſt. 24
Miltiades poſt partam in Perſas inſignem victoriã in exilio obijt. 708
Miluus rapax auis. 376
Minerua oleæ inuentrix. 341
Miniſter quid in ſacris litationibus ſignificat. 674. 675. & ſeq. quæ eius hodie ſignificatio. 670
Miraculum inſigne apud Iudæos editum. 526.
Miſericordia quid eſt. 666
Momenta tria diſtinguũtur à Theologis. 122
Monachorum quis olim Pater dicebatur. 283. 28
Monaſterium introeuntis cum moribundo comparatio. 616

Monialis quædam maxime deuota circa paſſionem Chriſti. 822
Monicæ oratio pro filij cõuerſione 188
Monogamia in Eccleſia cauetur. 488
Monomotapa calidiſſima. 230
Montanus hæreticus prophetas arreptitios & ignaros vocat. 416
Morbi acuti 623
Morbi hominis. 192. cur ijs à Deo affligitur 169
Mori peccato 262. mori pro peccato 263. mori in peccato quis dicitur, ibid.
Morpheus ſomni numen. 622
Mortis cauſa varia in varijs. 605. 606
Mors triplex in ſcripturis, & quæ. 614
Moyſes & Aaron à Iudæis cæſi. 359
Moyſes cur filijs dignitatẽ cum poſſet relinquere noluit. 318. 319. à ſuis expoſitus à Pharaonis filia exceptus eſt. 407. conſilium Ietro lubenti aure accepit. 767
Mugil viſo reti velociſſime effugit. 701
Mulieris adulteræ peccatũ grauius quam viri. 509
Mulieris etymologia. 183
Mũdini vnde ſic dicti. 484
Mundus quotuplici telo certat. 91
Mũzerus cœleſtis Propheta dictus. 280
Murrani Reges Latinorũ appellati. 792
Muſica à quamplurimis æſtimatur morum formatrix. 773

N.

NAam Syrus ſolus ab Heliſæo & leproſis mundatus. 409. 410
Nabuchodonozoris cum Turca collatio. 32
Nabuzardam quis, & quid eius nomine ſignificatur. 182
Naim reſuſcitatur à Domino. 502
Narciſſus ab Apolline conſulto diuturnam vitam habiturus declaratur, ſi ſe non-noſſet. 740

criptio. ibid. & 217. quotuplici flumine irrigatus & ambitus. 217 variæ de eius ſitu & ornatu opiniones. ibid. & ſeq. duæ potiſſimum placẽt 220. quot ob causas in altiſſimo loco eſſe dicitur. ibid.
Patris nomẽ quale 282. 283 & ſeqq. qui eo appellabantur, ibi. eius etymologia. 285
Paulinus nobilis patritius bona cum habitu exuit. 335
Paulus & Sylas media nocte Deum laudabant. 68. & ſic à carcere erepti. 787
Paulus dicitur in paradisũ raptus. 233
Pauperum peccatum vnde proficiſcitur. 99
Peccatũ irremiſſibile dicitur in ſcholis tribus & quibus modis. 275. quot ſunt eius ſpecies. 275
Peccare quid eſt. 661
Peccatum, & eius definitio. 260. factũ contra ea quæ ſunt fidei, irremiſſibile. 262
Pellicani amor in filios. 819
Pelops pro humero ſibi ablato, cocto, & Dijs in mẽſa appoſito recipit eburneum. 858
Penteſilea militari virtute viris antepoſita. 172
Peregrinatio celeberrima ad monumentum Ezechielis Prophetę. 879
Peregrinus quis proprie dicitur. 869
Peſquaria Itala doctiſſima. 180
Petri ſolicitudo de ſocru quid docet. 462
Petrus Abbas quæſtus de Reuerendiſſimi appellatione. 285
Phanto ſomni & ſanitatis numen. 621
Pharao exquiſitiſſimus hiſtoriographus. 636
Pharaones dicti ſunt Ægyptiorum reges. 792
Phares vnde nomen accepit. 147
Phariſæi cur in angulis platearum orabant. 138
Phariſæi erant ex tribu Simeon. 757
Philonis Iudæi teſtimoniũ de Chriſtianorum meditatione & hymnis in

Alexã-

Alexandria. 66
Philonorius Galata ſeptem annorum ſpatio tumulo pro ſtrato vſus. 607
Philoſophia & doctrina hæreſum inuentrix 566
Philoſophi qui vt animi requiem haberēt ſibi oculos eruerūt. 582. hominū opera quomodo diſtinxerunt. 24. veterum vitæ ratio. 322
Philotes Hermogeni Magni diſcipulus cum Iacobo maiore de fide congreſſus & victus credidit. 691
Philoxenus qua ratione Dionyſij Siculi tragœdiam emendauit. 154
Phoronæus primus rex Argiuorum. 792
Phrines cura & sūptibus Thebarū muri reſtaurati, & qua pacta mercede. 174
Phryxi & Helles fortuna. 80
Phyſicæ partes. 570
Piſces locum in quo alius piſcis fuerit occiſus, horrore fugiunt. 701
Pittaci virtus in toleran- disinjurijs. 47. 48
Plato confutat opinionē magiſtri ſui Socratis de veritate. 669
Platonis ſtudium & vigiliæ ad carnem coercendam. 209
Polæmon diſſolutus adoleſcens audito Xenocrate reſipuit. 692
Polygamia cur Iudæis permiſſa. 468. 469. in Eccleſia cauetur. 488. eius authores noſtro ſeculo. 489
Pontifices ius habent cōuocandi concilia. 755
Pontifici promoto quid offertur ad mortis recordationem. 608
Præcepta vnde habeant robur ſuum. 451
Præſcientia Dei an cogit hominē vt talis ſit qualē Deus præſciuit. 109 de quibus eſt rebus. 117 certiſſima eſt ac determinata. 118. eius definitio. 106.
Princeps ob tria commēdatur. 523
Principes antiqui magiſtros ſuos, & qui quos

Mmm

habuere. 291
Prometheus ignẽ de cœlo petit. 192
Propheta hodie dictus, Videns ab antiquis vocatus eſt. 83. 414. vide hæreſim Montani. 414
Prophetæ Chriſto, & cur alij non apparuerunt. 248
Pſalterium ab Eccleſia alta voce decantatum cui rei prodeſt. 781
Pſeudoprophetę bene à ſuis excepti. 407
Publicanj iuſtificatio in templo. 133
Puer habitu regio indutus aperto Honorij Imp. ſepulchro repertus eſt. 603
Pulchritudo & prudentia raro ſimul reperiũtur. 738
Pygmæi cur multum dormiunt. 629
Pythagorę metẽpſychoſis. 8

Q.

Qvi eſt, cuius & quale nomen. 646
Quot & quę faciunt homines clamare. 361
Quot & qui nominis ratione & typica operatione Deum adũbrarunt. 650

R.

Rabbi, titulus pręcipuus Iuriſperitorum & Phariſæorum. 288
D. Raymondus qua ratione mari Barchinonam delatus. 80
Regio Petroſi Ioannis calidiſſima. 230
Regina Auſtri magnopere Salomonem audire exoptat. 150
Regis nomen apud antiquos quid ſignificabat. 149. ſuum vniuſcuiuſque gentis Regis proprium. 149
Reprobationis nomine tria potiſſimũ importantur, & quæ. 265. eius cauſa an meritoria 266 eius deſcriptio mala & bona. 267
Repudij viris dandi nullũ ius mulieres habuere apud Iudęos. 519

Reſponſum Themiſtoclis interrogati quid ſciret agere. 963
Reſponſum ab Agamenone à bello Troiano redeunte Telamoni ſibi minati factũ. 706
Reſtituti Presbyteri mira extaſis. 642
Roboam derelicto ſenũ, & iuuenum arrepto conſilio regno eſt eiectus. 763
Romæ quo ſigno capitali ſententia dãmnati indicantur. 608
Romulus primus Romanorum Rex & vrbis conditor. 792

S

Sabbathum in veteri teſtamento cur dictur violatum. 719 eius benedictio vnde habuit cauſam. 722
Sacerdotes aruorum à Romulo inſtituti. 287
Salomon noctu ſapientiã à Deo accepit. 64. 580 ſaluatum eſſe probatur à pag. 150. vſq; ad 169. eius vitæ genus diuerſum. 311. gẽtem ſuã modos exorciſmi docuit. 390
Saluij Abbatis à mortuis reuocati expoſita viſio. 249
Samuel in ſpiritu apparuit Saul. 249. vtrum fuerit veritas an ſpectrũ. 251. per Pithoniſſã euocatus. 255
Samſon à Philiſtæis excæcatus. 6
Sãctimonialis à dæmone poſſeſſa quod lactucã eſura ſigno crucis bẽnedicere oblita eſſet. 383
Sapho carminis Saphi inuentrix. 178
Sarepta Sidoniorum ciuitas Phœniciæ. 409
Satanas quo pacto poteſt corpora penetrare. 382. quomodo ex eis pellitur 385. 391. Aſtronomorum circa id opinio. ibid. quomodo à Prelato, vel ob exorciſta. qui non eſt communitatis membrum eijcitur. 396
Satyrus ignem amplexurus à Protheo deterritus

& deriſus. 38
Saul à dæmone obſeſſus Dauide cytharam pulſante leuius ſe habebat 174. 385. fuit primus rex Iſrael. 792
Scenæ Principis ſacerdotum 7. filij à dæmonio illud à poſſeſſo expellere volentes deriſi. 393
Scholaſticus quidam per. 7. annos dormijt in abacu vbi poſtea repertus eſt. 626
Scientiæ & præſcientiæ diſcrimen. 106
Scipio Naſica à cenſore notatus & quare. 88
Scipiones maximam ab armis ſibi gloriam cõpararunt. 18
Scytharum in pecunijs contemptus, tectorum & veſtiũ vſus. 339. apud eos furtũ grauiſſimũ ſcelus. ibid. ſunt ſtrenuiſſimi. 571. eorum cũ ſeruis congredientiũ conſilium & arma. 541
Sedaſſus Peloponidæ apparens eum ad ſtrenuitatem induxit. 252
Sedes epiſcopalis cur in eccleſijs cęteris excelſior. 425
Semiramidis diligentia. 172
Seniores ob amorem Suſannæ quo turpiter arſerunt, lapidibus obruti. 741
Septem dormiẽtes Epheſini perſecutionẽ Decij declinãtes ad trigeſimũ Imperij Theodoſij annum in antro abditi dormierunt. 625. eorum nomina. 626
Seruetus vnicum mundi oraculum haberi voluit. 281
Seuerus hęreticus vini potum prohibuit. 348
Signa obſeſſionis à dęmone. 384
Silentium nocturnum apud Iudæos. 66
Simia fœtuum pondere onuſta capi ſe permittit. 699
Simõ Magus blaſphemus in Spiritum sãctũ, 274
Siren à D. Bernardo deſcripta. 336
Socratis ſententiæ docta. 16

Solon Athenienſis legiſlator à ſuis in exilium eijcitur. 708
Somnium Pharaonis, & viſio. 363
Spartani prælium inituri anapæſti pedis modo ſeſe incitabant. 775
Stationes Paſſionis. 848
Status triplex ad quem vniuerſa mundi conuerſatio redigitur. 483
Stilboni Philoſophi elegãs de infirmo cũ carcere ruinoſo comparatio. 206
Stryges in Hiſpania veneficijs & vnguentis in extaſim correptæ. 634
Supergredi quid ſignificat. 494
Suſannæ de Gramond cõſortis Marchionis à Mõte-Penſato mirum ingenium. 181
Syluani, Reges Albanorum dicti ſunt. 792
Syluanus Abbas aduerſus diem querebatur. 68

T

TAlpa quandiu viuit noxius. 376
Tapaca Africæ ciuitas omnium rerum feraciſſima. 366.
Targelia Mileſia. 14. viris nupſit. 487
Tartari pecunias contempſerunt. 339
Tatianus encratitatũ princeps vini vſum prohibebat. 349
Templa Dei duo hoſtium genera habuerunt. 126. ob quatuor fines erigũtur. 128. quatuor eorum nomina. ibi. duplicis tẽpli meminit ſacra Scriptura. 130. ad quid facta templa. 132 etiam diruta veneranda. 154
Templarij fratres ſe appellant. 286
Terpander ſeditionẽ muſica ſopiuit. 774
Tertulliani error de nuptijs. 448
Teſtis an teſtimonium pro vitando ſcandalo ferre debet. 670
Thebarum ciuitas centũ portarum fuit. 174
Thales Cretenſem peſtẽ muſica ſuſtulit. 774
Themiſtocles à ſuis exul

factus ab alijs glorioſe exceptus eſt. 708
Theodas apud ſuos Galilęos floruit. 407
Theodoſius Imperator qua ratione iram compeſcere docetur à Philoſopho. 594
Thermuta quo modo Moyſem faſcinauit. 522
Thraces in ortu mœſti, in obitu læti. 605
Thymantes pictor Agamemnis triſtitiam & dolorem de obitu Iphigeniæ filiæ qua arte expreſſit. 822
Titulus cruci Chriſti ſuperſcriptus quis & qualis. 795
Titus Roman' qua ratione imperium Romanũ refugit. 309
Tobias à Raphaele noctu conſulitur. 64
Toloſatum duorum impietas. 281
Toloſę adoleſcentula de Grepiac litteris exculta. 181
Tribuni duo lecta S. Anthonij Anachoretæ vita mundo exceſſerũt. 335
Traditiones humanæ duplices. 442
Tria neceſſaria accedenti ad ſacramentum Euchariſtiæ. 539
Tria ad bene fugiendum neceſſaria & quæ. 698
Triphon & Agamedes mortem poſt tẽpli conſtructionem pro mercede acceperunt. 604
Triumphantium honor. 302. moleſtia. ibid.
Turcæ bello laceſſẽdi tribus potiſſimum de cauſis. 30
Turris Babylonica. 91. eã ædificantibus qui ſimiles. ibid.
Tyberius Cæſar lauro caput cælo tonante redimire ſolitus. 304
Typus conſilij aduerſus Chriſtum initi prælibatus in Ioſephi fratribus. 758.
Tyrannus, apud Siculos Princeps, apud nos ſæuientem in populum ſignificat. 674. 792
V.
Valeriani adoleſcentis Romani peſte in-

fecti extaſis. 633
Yatinius dignitati Ciceronis infeſtus ab eo defenditur. 61
Verbum Dei in quot à noſtro differt. 660
Veritas præcipua quæ eſt & quotuplex. 661. quæ cuiuſq; partes & proprietates. ibid.
Veritas an pro vitando ſcandalo ſit omittenda. 670. quotuplex nobis facienda. 657
Veronica mulier doctiſſima. 180
Veſtes turbarũ ante Chriſtum in via ſtratarũ quid ſignificant. 802
Virtutum nomina cur fœminina tã apud Græcos quam Latinos. 189
Vites fuerintne ante diluuium 342. quando in vſu hominibus eſſe cœperum. 343. in vinea 4. animalium genera timenda. 344. vnde vites exortæ. 345
Vitia tria annexa dignitatibus. 310
Vlpianus Alexandri Imp. Conſiliarius & ſcrinij magiſter. 344
Vlyſſes malo nauis alligari ſe fecit vt naufragium & ſyrenarum cantus vitaret. 820
Vnguenta mẽtis ſunt tria & quæ. 881
Votum factum, an neceſſario adimplendum. 473
Vrſi poſt partum. 14. dies dormiunt. 630
Vtilitas tanta ab Atheniensibus accepta à cõſilio Solonis, quanta à victricibus armis Themiſtoclis. 754
Vviclef docuit mendicitatem non eſſe licitam 323. & hoc damnatum in Concilio Conſtantienſi. 329. Anglorum labes. 408. dicebat cuiuſuis excõmunicationem non eſſe timẽdam. 421. illius quadraginta quinque aſſertiones à Concilio Conſtantienſi damnatæ. 432. cantantes in Eccleſia ſacerdotes Baal appellat. 777
Vuiclefuitæ benedictiones Eccleſiæ ex necromantia deductas di-

60.

cunt. 389
Vulpium & hæreticorum collatio. 344
Vxor Loth in ſtatuam ſalis conuerſa. 94
Vxor. 20. virorum. 487

X

Xenodochia à pijs mulieribus extructa. 173. ad quid. 511. 512
Xenophontis laus de agricultura. 88
Xerxes innumera ſui exercitus multitudine è loco edito attente cõſpecta memor mortis in lachrymas prorupit. 613
Xiſti Pythagorici dictum de nimio viri in coniugem amore. 506

Y

Yμνς quomodo Latine interpretatur. 686

Z

Zacharias lapidatus. 339
Zaræ manus coccino diſtincta. 548
Zelotypia orta inter vxores Iacob. 497

FINIS.

Errata.

PAg. 5. l. 8 iaculat. l. iaculatur. p. 7. l. 2. proſtrantur. l. proſternũtur. p. 15. l. vlt. poſt paucos adde edebat. p. 62. nos l. nox p. 64 proſtramus l proſternimus p 77 l. vlt. magis l. maxime p. 78. l. 21. vento l. ligno. p. 89. l. 9. Lybẽs. l. Lybeus p. 108. l 2 ego l. ergo p. 122 l 22. conſenſert l. conſenſerit. p. 177. l. 5 animus muliebris. l animos muliebres p 189 l. 13. prudenti. l prudentia, p. 208. l. 4 patitia. l patientia p 242. hir Sutoq l. hirſutoq p 244. l. 8. eorum l. earum. p. 231 l. 17 quæ. l. qua p. 280. l vlt on l. an p. 309. vatus l. ratus. p. 544 l vlt. mendicatum l medicatũ. p. 569. l. 6. Mullus l Nullus. p. 595 l. pen. ſternentem. l. ſtertentem. p. 628. l. vlt. facientes. l. faciens p 730 l. 9 ſalutaria, l ſalutaris p 741. l. pen. Diei. l. Dei.

VITTORIO
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google